III

WBP
Opole
2549 sd.

PROMPTVARIVM

STATVTORVM OMNIVM Et Constitutionum REGNI POLONIAE

Per PAVLVM SCZERBIC Secretarium S.R.M. conscriptu[m]

CVM INDICE Rerum et Verborum copiosissimo singulari, eiusdem PAVLI SCZERBIC studio, & diligentia confecto

CVM GRATIA & PRIVILEGIO S.R.M.

IVSTITIA

OBEDIENTIA

BRVNSBERGAE.
Typis Georgij Schoenfels
ANNO. DOMINI. M.DC. IV.

WBP Opole
K 66179 Istor

ILLVSTRISSIMO DOMINO
DOMINO

IOANNI ZAMOISKI DE ZAMOSCIE R.P. SVPREMO CANCELLARIO ET EXERCITVVM DVCI BELZEN. Mariæburgen. Derpaten. Miedzyrecen. &c. Capitaneo, &c. &c.

Domino & fautori suo colendissimo.

CVM TVO BENEFICIO ILLVstrissime Domine, Serenissimo olim & pientissimo Regi nostro STEPHANO commendatus, & in Secretariorum Regiorum numerum cooptatus, annum iam primũ & vigesimũ, iudicijs Regijs consiliarius assideam, nihil mihi toto hoc tempore fuit antiquius, quã vt primum quidem DEVS nihil in me desideret, deinde verò prudentissimi illius Principis & tuæ ipsius de me conceptæ expectationi satisfacerem. Hinc est vt ad eam qualemcunq; quam mihi iam olim compararam, & Ciuilis, & nostri iuris cognitionem, repetita lectione, commentandi etiã & scri-

 bendi

bendi curã adiunxerim, & ea quę àme concepta erant in compendium redegerim, quod antea quoq; adoleſcens, gratia exercendi ingenij, in transferendo iure Saxonico, eodemque magnis ſumptibus, ijſq; meis proprijs, promulgando præſtiteram.

Et primum quidem Oeconomiam iuris Ciuilis ſequutus, (vti & ab alijs factitatum animaduerteram) in ſex partes totum opus diſtribuendum putaui, quarum primam iuri perſonarum dedi, in qua ea omnia continentur, quæcunq; ad munus principis, officia dignitariorum, & officialium, deniq; ad perſonas aliorum quorumuis hominũ pertinent. Secundam rebus, cum publicis, tum priuatis aſſignaui. Ad tertiam omnia contuli, quæcunque ad iudiciorum normam pertinent. In quarta de delictis & criminibus. In quinta de bello & re militari. In vltima de Ducatibus Regni tractaui. In legibus vero ipſis, illud præcipuè obſeruaui, vt non quidem ipſum verborum contextum, ſed ſenſum legum exprimerem, ita tamẽ ne

quid ad intellectum totius legis deſiderari poſſe videretur. Quoniam autem opuſculum hoc tale eſſe volui, vt repertorij potiùs, quàm ſolidi aut perfecti alicuius voluminis formam habeat, ideo ad quamlibet legem, ex vna parte Reges & annos poſui. In altera verò, editionum Laſcij, Pryluſij, Herborti, & Conſtitutionum Regni, à tempore SIGISMVNDI I. Regis, ad tempora vſque Sereniſſimi Regis noſtri SIGISMVNDI III. qui nobis fœliciſſimè & ſanctiſſimè imperat, folia connotaui, ita vt ſi quis ex ipſis fontibus haurire maluerit, ſtatim ad manum habeat, quo loco id quod vult reperire debeat. Cùm itaq; hi mei labores, voluntate Sereniſſimi Regis mei in lucem prodeunt, eos tibi nominiq́; tuo maximo dedicandos cenſui, cuius rei cauſas me habuiſſe iuſtiſſimas exiſtimo. Primùm quidem quod vir ſis in Republica noſtra princeps, patriæq́; noſtræ pater, taceo hic egregia tua facta, æterna poſteritatis memoria digniſſima, immortalem gloriam, infinitas victorias. Non enim ea à me dignè ac

sufficienter recenseri possunt, cum neq; huius libelli sint, neq; mearum virium. Deinde quod sis legum omnium nostrarum, libertatumq́; Regni, custos vigilantissimus, & præ alijs fideliter in pectore condita geras, ita vt meritò omnes, quicunq; in concinnandis legibus nostris laborant, tibi earum prudentissimo moderatori, operas suas sub censuram exhibere debere videantur. Præterea, quod sciam te in animum induxisse, vt aliquando cura operaq́; tua, ius nostrũ in bonum aliquẽ ordinẽ redigatur, hac ergo mea opella tuam volui operã iuuare, laborisq́; aliquantulum pro virili leuare. Hoc si præstitero fœlices labores meos existimabo, sin minùs, sufficiet mihi animi in te mei & gratitudinis testificatio. Patiêris itaque benignus, vt sub tuis auspicijs, & sub tuo patrocinio tutũ sit, quicquid minerua rudior, memoria attrita, oculi diurna nocturnaq́; lectione fracti, ætas ad decrepitam inclinans, in his assiduis & grauissimis occupationibus meis facere potuerunt, me verò meosq́; eadem

dem gratia, & fauore prosequi non desinas quo hucusque prosequutus es. Deus verò qui docuit manus tuas ad prælium, & digitos tuos ad bellum, tibi adsit in omnibus consilijs tuis, vt nostri patriæq́ue diutissimè curam geras incolumis. Cracouiæ diebus Iulij. Anno 1603.

Illustrissimæ D. Tuæ

Obsequentissimus

Paulus Sczerbitz S. R. M. Secretarius.

IN PROMPTVARIVM.

ADMODVM REVERENDI DOMINI PAVLI SCZERBICII SECRETARII REGII.

PHALEVCION.

LEges Iuraq́; Conſtitutiones,
Si ſint perſpicuæ, breueſq́; factæ,
Traditæ methodoq́; congruentes,
Hoc cognouimus omnibus placere.
Hoc ſi quenquam alium benigne Lector,
Præſtitiſſe putas, putato noſtrum
Præſtitiſſe: nec illa præſtitiſſe
Tantum: quin quoque Conſtitutiones
Aptatæ ſtudijs vt eſſent,
Ornataeq́; venuſtiore veſte.
Latina, facit autor ille noſter.
Hoc noſtri Sary Ducis ſupremi,
Hoc eſt iudicium meum virorum
SCERBICII decus eruditorum:
Quin tu perfice Conſtitutionum
Quicquid eſt reliquum, ſed abſoluta.
Et perfecta magis magiſq́; laudem
Perfectam pariunt & abſolutam.

Ergò

Ergò tam faciliq́; commodaq́;
Via perfice Conſtitutionum
Quicquid eſt reliquum. Tibi virorum
SCZERBITII decus eruditorum,
Debebunt Patrij tui penates,
Debedunt magis vſq; dictitantes,
Polonos Litauoſq́; iuris omnis
Expertes ſine iure & vſq́; & vſque
Vagari. Vigil eſto Lechiana
Soboles, & inæſtimabile aurum
Libertatis ama & tuere? Quæris
Teuto, ſi tua non ſit hic auita
Libertas precioſior vel auro?

DAVID HILCHEN S. R. M.
Secret. & Not. Terr. Vendenſ.

IDEM.

QVicquid ab ordinibus Regni Magniq́; Ducatus
Lithuaniæ ſcitum eſt, legibus innumeris
Tranſtulit in methodum patrio ex ſermone Latinam
Quid grauius? quidnam doctius & melius?
Author honorandus SCZERBICZ digniſsimus omni
Laude, patrocinio, ſorte, loco, & præmio?

HVIVS

HVIVS OPERIS PARTES SVNT SEX.

PARS
- I. De Iure personarum.
- II. De Rebus pub. & priuatis.
- III. De Iudicijs.
- IV. De Delictis.
- V. De Bello, & re militari.
- VI. De Ducatibus Regni.

PRIMÆ

PRIMÆ PARTIS CAPITA.

1 De Rege.
2 De Interregno.
3 De Comitijs.
4 De Statutis & Constitutionibus.
5 De Spiritualibus.
6 De Senatoribus, & Dignitarijs Regni, nec non Officialibus Curiæ.
7 De Officialibus Terrarum.
8 De Capitaneis.
9 De Nobilibus.
10 De Ciuitatibus.
11 De Scultetijs.
12 De Cmethonibus.
13 De Seruis.
14 De Vagis & mendicis.
15 De Iudæis.
16 De Iuramentis Dignitariorum.

SECVN-

SECVNDÆ PARTIS CAPITA.

1 De Rebus Fiſci & bonis Regalibus.
2 De Salis fodinis.
3 De Vijs publicis, & poduodis.
4 De Fluminibus.
5 De Vectigalibus & theloneis.
6 De Moneta.
7 De Contributionibus.
8 De Fundorum Nobilium liberate.
9 De Patria poteſtate.
10 De Teſtamentis.
11 De Tutoribus.
12 De Diuiſione inter fratres, & familia herciſcunda.
13 De Statu mulierum, & iure dotali.
14 De Contractibus, debitis, & obligationibus.
15 De Fideiuſſionibus.
16 De Poſſeſſione & præſcriptionibus.

TERTIÆ

TERTIÆ PARTIS CAPITA.

1 De Iudiciis Comitialibus.
2 De Iudiciis poſt Curiam.
3 De Iudiciis Terreſtribus.
4 De Iudiciis Colloquialibus.
5 De Iudiciis Tribunalis Regni.
6 De Iudiciis Commiſſarialibus, & bonorum Regalium limitibus.
7 De Iudiciis finium regundorum.
8 De Iudiciis Caſtrenſibus.
9 De Iudiciorũ, & Conuentuũ ſecuritate.
10 De Proceſſu iuris antiquo.
11 De Proceſſu iuris nouo, dilationibus, & iure deliberandi.
12 De Exceptionibus.
13 De Suſcipien. recognitionibus, & Actis.
14 De Procuratoribus.
15 De Foro competenti.
16 De Citationibus.
17 De Miniſterialibus.
18 De Inhibitionibus.
19 De Probationibus, & tranſactionibus,
20 De Appellationibus.
12 De Re iudicata, eiuſq; exequutione.
22 De Salario & taxa reſcriptorum.

QVARTÆ

QVARTÆ PARTIS CAPITA.

1 De Violentijs tam in Ciuitatibus quàm in vijs commissis.
2 De Domus inuasione.
3 De Raptoribus.
4 De Vulneribus.
5 De Homicidiis.
6 De Proscriptis & infamibus.
7 De Prædis ac furtis.
8 De Falsariis & calumniatoribus.
9 De Incendiariis.
10 De Violenta expulsione, & turbata possessione.
11 De Iniuriis, damnis, & inuentis.
12 De Abigeis, & si quadrupes pauperiem fecerit.
13 De Feris animalibus, venationibus & apisteriis.
14 De Saluo conductu.
15 De Hæreticis.
16 De Rebellibus.

QVINTÆ

QVINTÆ PARTIS CAPVT.

1 De Bello, Expeditionibus, & disciplina militari.

SEXTÆ PARTIS CAPITA.

1 De Magno Ducatu Lithuaniæ.
2 De Ducatu Russiæ.
3 De Ducatu Prussiæ.
4 De Ducatu Masouiæ.
5 De Ducatu Osvviecimensi, & Zatorien si.
6 De Ducatu Kiouiensi.
7 De Terra Belzensi.
8 De Terra Podlachiæ.
9 De Terra VVolhiniæ.
10 De Terra Liuoniæ.

NOTA-

NOTARVM AD MARGINES POSITARVM EXPLICATIO

L. Statutum Ioannis Laski.
S. Statutum Sigismundi primi.
P. Statutum Iacobi Prilusij.
HL. Statutum Ioannis Herborti Latinũ
HP. Statutum eiusdem Polonicum.
C. Constitutiones Regni.

PROMPTVA-

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

per
PAVLVM SCZERBICZ
Secretarium Sac. R. Maiest.
conscripti;

PARS PRIMA,
De Iure personarum.

CAPVT PRIMVM.
DE REGE.

Kasi. Wiś. 1368. Insuper statuimus:

QVI CORAM REGE EXtracto gladio aliquem vulnerat, sine gratia puniatur. Si absq; vulnere gladium extrahit, in gratia Regis consistat. Idem fiet si id coram Capitaneo factum fuerit. L. 39. P. 22. HL. 303. HP. 9.

Ibidem.

In Curia Regis res minutas furatus, auris periculo subsit. L. 39. P. 22. HL. 103. HP. 10.

Kasi. Wiś. 1454. Item pollicemur:

Rex terras aliquas ingrediens, cum Capitaneis ius dicat. L. 93. P. 207. HL. 223. HP. 31.

Kasi. Wiś. 1454. Inprimis igitur.

Rex neminem captiuabit, nec cuiquam bona recipiet, nisi sit iure victus. L. 92. 48. P. 456. HL. 223. HP. 240.

Kas. 3. in Nieß. 1454. Item promittim9. Alex. Petr. 1504. Nos de innato.

Rex differentias omnes inter Status Spiritualem & Secularem componat. L. 93. P. 78. HL. 252.

Regia Diademata, Thesaurarius Regni Cracouiæ asseruet: Idq; sub clauibus Castellani Cracouiensis, Palatinorum Cracouien. Posnanien. Wilnen. Sandomirien. Calisien. Trocen. qui eas non aperiant, nisi omnium Ordinum consensu. Absens ex iusta causa clauem mittat, defuncti verò sigillum & claustrũ per reliquos aperiatur. P. 22. L. 7. C. 149.

Steph. Crac. 1576. Boron á Brodiewska.

Sig. Crac. 1539. Crimen læsæ Maiestatis. Sig. 3. Crac. 1588. De crimine.

Crimen læsæ Maiestatis, non nisi in persona Regia committitur. P. 21. HL. 70. HP. 9.

Hoc est: machinatione, conspiratione, violento conatu, facto ipso in vitam Regiam. Cuius criminis suspectus vir Nobilis, debet ab Instigatore, cum scitu Regni supremi Marschalci, ad Conuentum citari. Citatio debet sex septimanis ante terminum poni. Relatio eius positionis, in acta Castrensia loci illius inscribatur, in quam citatio ipsa inseratur, atq; eadem Citato in Conuentu particulari illius districtus innotescat, & per Ministerialem publicetur. Citatus peremptoriè compareat. Rex post auditam causam ipse è Senatu secedat, eamq; Senatoribus & Nuncijs iudicandam relinquat, qui vbi concordes in vnam sententiam iuerint, feratur decretum; Rege præsente, ex scripto, per Marschalcum. Si verò concordes non fuerint, maior pars concludat. Ad hoc iudicium pertinere debent Nuncij numero octo, qui iurati sententias dicant, & sententiæ illorum, Senatorum sententijs pares sint. Delator Instigatori adsit, qui & Plebeius esse potest. Quod si probationes manifestæ & notoriæ non fuerint, vel sententiæ numero pares fuerint, citatus propior sit ad euadendum: complex eiusdem criminis, vbi contra illum sufficienter probatum fuerit, ad similem pœnam condẽnetur. Citato non nisi viginti personæ, tàm in Comitijs quàm in Iudicio asistant, inter quos & amici & serui computentur. Procurator Citato detur, si eo opus habuerit, cui dilatio ad delibarandum & respondendum ad diem tertiam concedatur, si eam petierit. Quod si Citatus iniustè accusetur, delator Nobilis pœna calumniatorum C. 22.

torum iuxta Constitutioñ. Anni 1565. Plebeius verò pœna capitis puniatur. Vbi autem citatus per iuramentum euadit, pœnæ isti non subiacebit delator. Tales causæ non protrahantur per Instigatorẽ, alioquin citatus in euasione condemnabitur, nisi ipse citatus dilatione veræ infirmitatis negotium differat, quæ sola in ijs causis admittatur. Prouocari etiam ad scrutinium poterit si opus fuerit. Idem processus seruetur contra perduelles, & cõtra eos, qui in Rempub. peccant, in quibus causis ipse Rex Senatui asidebit, & maiori parti sentẽtiarum adhęrebit. Quod si in causis perduellionis, delator non reperiatur, ipse Instigator, cum scitu Marschalci agat, documenta tamen sufficientia habeat.

Aug. Petr. 1550. A naprzod.

Rex non nisi liberè electus coronetur. P. 17. C. 2.

Et Casi. 3. 1451. Quantum ad Coronationes.

Idq; ab Archiepiscopo & Episcopis qui ad ea pertinẽt. P. 22. C. 2. HP. 8.

Aug. Petr. 1550. Win przed. Dzmych. Lag. 1422. & 1433.

Pœnas pecuniarias iudicialiter iniunctas, Rex nemini conferat. C. 2. HL. 180. HP. 508. L. 48. 52. P. 242.

Casi. Wiśl. 1368. Vt itaq;.

Pœna 14. Marcarum Regi debetur, in casibus incendij, dispercussionis viæ, si quis in expurgatione sui defecerit, extractionis gladij coram Iudicio, & denegatæ cautionis.

Steph. Crac. 1576 Rády Koronne.

Rex titulo hæredis non vtatur. C. 147.

Inter disidentes de religione pacem conseruet.

Absq; Senatu in negotijs Reipub. personam, & dignitatem Regiam, legationes, bella, expeditiones concernen. nihil statuat, saluis ijs, quæ ad Conuentum pertinent. Legationes tamen, quæ Rempublicam non tangunt poterit cum Senatoribus Regni expedire. C. 159.

Expeditionem bellicam absq; Comitijs non indicat.

Nobilitatem neq; precario, neq; solutione quinque marcarum super hastam, extra fines Regni ducat, nisi ex laudo communi. Quod si quando acciderit, extunc Nobilitas diutius vltra duas septimanas in loco expeditioni asigna-

asſignato non detineatur. Si verò Rex vltra fines Regni eam duxerit, quinque marcas cuilibet Nobili, tàm equiti quàm pediti, numeret, pro quibus non vltra vnum quartuale bellum ſeruiant.

Tempore bellì tormenta, puluerem, pixidarios, globos, & cuſtodiam omnem, ſuo ſumptu prouideat.

Fines Regni ſuo ſumptu defendat, Salua Quarta. *Ibidem.*

Vota Senatorum conciliet,& ei parti adhæreat,quæ ad leges & libertates Regni proximè accedit. C. 160.

Senatores ſedecim præſentes ſemper habeat.

Comitia nõ niſi biennio indicat, neq; ea diutiùs,quàm ſex ſeptimanis celebret, particularibus Conuentibus prę-miſsis.

Sigillo annulari in cauſis Reipub. non vtatur. *Ibidem.*

Officia & dignitates non minuat, neq; impediat.

Fundorum hæreditariorum vſum, etiam fodinas minerarum, non impediat.

Allegationes iuris extèrni non admittat,quibus probari debeat, donationes antiquas hæreditarias feudum eſſe, niſi fortè in literis id expreſſum ſit. *Ibidem.*

Iudicia vltimæ inſtantiæ Tribunalis Regni conſeruet, & ſi Nobilitati aliquando placuerit, rurſus Iudicia ſuſcipiat.

Contributiones extra Comitia non inſtituat.

Neq; coniugia abſq; Senatu, neq; diuortia abſq; iuſtis cauſis,quærat.

Steph. Crac. 1576. Articuli de obedientia. Articulus de non præſtanda Regi obedientia, vbi contra leges peccaret, ita intelligi debet, vt id tum demũ fiat, cum Rex temerè, ſciens, volens peccauerit, neq; Senatus admonitionibus ſuis quidquam proficeret. C. 161.

Sig. Crac. 1588. De pactis. Rex pacta & fœdera cum externis renouet, neq; de ijs tum & de legationib⁹ audiendis & expediendis, abſq; Senatoribus in Curia præſentibus, quicquam ſtatuat. C. 24.

Sig. Warſ. 1589. Tranſactio. Tranſactio cum Auſtriacis Archiducibus facta, approbatur, & ad confirmandam eandem iuramento, perſonæ ex toto Reipub. corpore deputantur. C. 4.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

De Interregno.

Ex Priuilegio Præl. Lit. 1401. SI REX SINE PROLE DECESſerit, Poloni ſine Lithuanis Regem ne eligant, & è conuerſo. L. 126. 129. 131. P. 17. HL. 89. HP. 8.

Sig. Crac. 1507. Quoniam ea. Sub Interregno ex Theſauro nihil rapiatur, ſub pœna fraudis & peculatus. P. 18. HL. 122. S. 3. HP. 8.

In Radomskie 1382. Poſt mortem Ludouici Regis,Confœderationè, dicta Kaptur,cautum eſt,ne quis Iura Regni labefactaret,ſed vt ea omnes defendant, nec minùs Eccleſias & bona Eccleſiaſtica. P. 6. 18. HL. 85. 122.

Crac. 1572. Poſt mortem Regis Auguſti, itidem cautum eſt, ne quis cuiquam ſit iniurius, alioquin in eius deſtructionem omnes conſurgere debent,iuxta Confœderationem Anni 1438. contra hæreticos factam, de qua infrà parte 4. Capite 15. de Hæreticis. C. 119.

Varſ. 1573. Tandem alia Confœderatione, eiuſdem Interregni cautum eſt, vt Rex ſine diſmembratione eligatur, electus ante omnia iura & libertates iuramento approbet, & ſpecialiter iuret, quòd inter diſſidentes de religione pacem conſeruabit, neq; Nobilitatem extra fines Regni, etiam ſolutione quinque marcarum ſuper haſtam educet, ne quis priuatim electiones indicat, vel factæ contraueniat, ne quiſquam propter religionem quicquam patiatur, ſaluis Magiſtratibus. Compoſitio inter ſtatus, vt finem ſortiatur in Conuentu. Iudicia vt fiant, ad inſcriptionem citatus reſpondeat. Inſcriptiones & reſignationes valeãt, bona liberè redimantur. Euntes ad Electionem ſecuri ſint. C. 120.

Steph. Crac. 1576 interregni. Acta eius Interregni, approbata & confirmata ſunt. C. 169.

Anno 1586. Post mortem Regis Stephani, iterum ad similes Confœderationes recurritur,& iudicia vltimæ instantię in singulis Palatinatibus instituuntur,de quibus postea in Conuocatione Warssouien. leges latæ,& multa alia pro temporis ratione sancita sunt: succesit deinde Electionis Cōuentus, quem subsequitur Conuentus ad Wisliciam, vbi Electio Regis SIGISMVNDI Tertij confirmatur, de quibus omnibus extant literæ vniuersales, partim typis excusæ, partim manu scriptæ, & ad singulorum Palatinatuum, & Terrarum Acta Castrensia relatæ.

Sig. 3. Warss. 1590. c. 3. Electio Archiducis Maximiliani, tanquam à paucis, illegitimè, & non suo ordine facta abrogatur, ita vt in posterum seu viuente seu decedente Rege, nemo illi fauere, nemo literas accipere, nemo illum proponere, nominare, eiq; patrocinari audeat, sub pœnis criminis læsæ Maiestatis & perduellionis. Quo nomine Instigator, seu alius quilibet,in Conuentu agere poterit: sub Interregno verò, omnes contra talem consurgere in eius ruinam debent.

Sig. 3. Warss. 1590. Vmtarkowánie. c. 39. Processus iuris contra adhęrentes Archiducis Maximiliani, ratione damnorum, in contumaciam super absentibus vel detentis obtenti, tolluntur,& causæ in integrum restituuntur, ita vt iure victi, ad Tribunal proximum citati, peremptoriè super originalem citationem, non obstantibus fatalibus, respondeant; quibus integrum erit, vel ad scrutinium prouocare, aut per iuramentum euadere, quod etiam ad causas inchoatas, in quibus perlucra non interceserunt, extendi debet. Si citati coram Tribunali non comparuerint, extunc actores veterem processum prosequantur. In causis tamen nondum intentatis, fatalibus locus esto.

Sig. 3. Warss. 1591. Restitutia. c. 10. Exules omnes qui partes Archiducis Maximiliani sequuti erant, reuocantur, & in pristinum statum restituuntur: abrogatis processibus, accessus ad regnū illis permittitur, modò iuramento fidem suam testentur.

Sig. 3. Warss. 1593. c. 4. Rex in Sueciam, Regnum suum hæreditarium, feliciter con-

ter consensu omniū Ordinum discessurus, data acceptaq; fide, bonum Regimen in Regno Poloniæ, ita prouidet.

Idem ibidem. c. 4. Et primum, Si quis cuicunq; hominum, ad Regnum Regi eripiendum patrocinatus fuerit, talis ad instantiam Instigatoris, ex delatione, vel ad instantiam solius delatoris, genere Nobilis, poterit ad Comitia Regni citari, tāquam perduellis; sub prętentē verò discessum Regium, ad Tribunal, contra quem ita procedi debet: Primò Citatio sex septimanis ante terminum insinuari debet. Relatio eius positionis in Actis Castrensibus illius districtus, in quo citatus residet, fiat. Impossessionato vbiq; Citatio in manus tradatur, vel in Parochia ponatur; coram officio tamen Castrensi, sub quo citatio tradita est, publicetur. Processus & pœna contra citatum talis obseruetur, qualis descriptus est in causis criminis læsę Maiestatis:Capitanei ex remissione Tribunalis exequutionem faciant, tàm in bonis, quàm in personis, sub pœna trecentarum marcarum, cum motione Nobilitatis, tanquam contra bannitū, per litetas vniuersales Capitaneales, etiam absq; mandatis Regijs, sub absentia Regis. Capitaneus eo nomine inculpatus, & conuictus, simili processui subiacebit, quem vicinior Capitaneus exequi debet, ex decreto Tribunalis.

Idem ibidem. Wolnosć Elekcyey. c. 5. Ne liberæ Electioni Regis aliquid decedat, neq; Rex ipse Successorem Regni deligat,neq; Regno cuiquam cedat, alioquin irritum & inane futurum est. Tum & prętensiones quarumcunq; personarū, ex quibuscūq; causis, atq; cessiones,valere nihil debēt. Quod si quis tàm internus, quàm externus, siue viuente, siue decedente Rege, quocunq; prætextu, vltra liberam electionem, Regnum vsurpauerit, etiamsi per vim coronatus fuerit, talis pro hoste patriæ haberi debet,& omnes illum adiuuantes,pro perduellibus; contra quos omnia iura, naturalia, & positiua, pœnæ, & processus, Confœderationes, in hostes patriæ & perduelles sancitæ, in exequutionē deduci debent. Quod temporib' perpetuis sanctissimè & incorruptè seruari debet. Hanc legem si quis in dubium vocauerit,pro hoste patriæ haberi & puniri debet.

Sub

Idem ibidem. O Posłách. Sub abſentiam Regis, ſi Nuncius Turcicus, Moſcouiticus, aut Tartaricus venerit, debet Capitaneus confinio proximus, ſtatim de aduentu illius Archiepiſcopo,& Theſaurario ſignificare,& alium famulum Nuncio addere, qui videat ne cum quopiam tractatus habeat, eumq; Warſſouiam deducat. Archiepiſcopus verò, accepta de Nuncio eiuſmodi notitia, Senatores vtriuſq; gentis conuocet: qui congregati, habebunt facultatem, literas aperiendi, legationem audiendi, & Legatis ex mutuo conſilio, Reiq; publicæ vſu reſpondendi. Sumptus in Nuncios, Cubicularios, & Legatos,ſuppeditari debent ex Theſauro,tàm Regni, quàm Lithuanico; non tamen ex Zuppis, neq; ex Capitaneatu Breſtenſi. Legatus Moſcouiticus ſimiliter Wilnam deducatur, & per Senatores, communicato vtriuſq; gentis conſilio audiatur,& remittatur. c. 5.

Idem ibidem. O Sądzich. Iudicia Caſtrenſia, limitum, tàm Succamerarij, quàm Commiſſariorum, reuiſiones, & alia omnia ſubſellia,nec non Iudicia Tribunalis Regni,non obſtante abſentia Regis, non ſecùs celebrentur, quàm Rege præſente. De retentis prouentibus menſæ Regiæ, & contributionum,de retentis Quartæ tàm antiquis quàm recẽtibus, exemptiones bonorum Regalium, cognitio ſummarum in bonis vacantibus, de bonis Iuris caduci, tàm in principali,quàm in exequutione rei iudicatæ, Tribunal iudicabit, donec Rex redeat,pro hac vice. Exceptis ſummis nouis,Quingentorum millium, & actionibus Quartæ, ex Tribunali Lublineñ. & Wilneñ. ad Comitia remiſsis,excepta quoque Quarta Palatinatus Wolhijneñ.ex bonis non reuiſis, & antiquis ſummis oneratis, quæ iudicio Conuentus reſeruantur. Qui quidem prouentus omnes, in Theſaurũ tàm Regni quàm Ducatus Lithuaniæ inferri debent, ſub pœna in Conſtitutione Anni 1591. ſancita. Idem proceſſus (ſed de prouentibus menſæ Regiæ tantum) ſeruari quoq; debet in Lithuania. Nobili quoq;, qui in prouentibus Regalibus, vel in Quarta, bona terreſtria dimiſit, licebit ad exemptionem agere coram Tribunali, inter cauſſas officij. Simili proceſſu pro bonis Regalibus agere c. 6.

gere poterit, ſi cui per vim adempta ſunt, quæ cãuſæ,tàm ex citationibus, quàm ex appellationibus, ab exequutione incidentes, iudicari debent in Iudicio Tribunalis, in ſex ſeptimanis à tempore appellationis, inter cauſſas officij; vbi etiam iudicari debent appellationes, de denegata poſſeſsione bonorũ Regalium. Si quis quietationem de toto proceſſu iuris, & de ipſa bannitione, à parte obtinuerit, debet habere locum ſtandi, etiamſi relaxationem nõ habuerit, coram omnibus ſubſellijs, ad duodecem vſque ſeptimanas poſt reditum Regis. Redeunte verò Rege omnia ad priorem ſtatum & forum proprium, reſtitui debent. Hæc autem Lex quoad Iudicium retentorum prouentuum, & Quartæ, nec non cognitionis ſummarum, ad Ducatum Lithuaniæ ſeſe extendere non debet.

lig. 3. Warſ. 1593. O Tumulciech. Statutum Torunenſe de violentijs, extendi debet ad quoſuis tumultus, quicunq; ſub diſceſſum Regium, ex quacunq; occaſione, in omnibus Ciuitatibus & locis acciderint. Vbi tumultuantes per officium Ciuile & Capitaneale coërceri & detineri atq; per vtrumq; officium iudicari & ex concordi ſententia puniri debent, etiam cum refuſione damnorũ,ſalua appellatione (Nobili tantum) ad Tribunal. Si officia in ſententijs diſſenſerint, informationem apud Tribunal petant. Si quid in aliquo officialium deſideratum fuerit, citari debet ad Tribunal, & reus peractus,ad pœnam trecentarum marcarum,damnorumq; refuſionem iniuriam paſſo condemnari. Propior tamen eſſe debet ad euadendum patrator tumultus,ſi manus officij euaſerit, vel carcerem effregerit. Nobilis poteſt ex bonis vel ex perſona, in officio Capitaneali fori ſui conueniri. Quod ſi ſanguis effuſus fuerit, capite puniri debet, & nihilominus ex bonis eius damna reſarciantur. Plebeius verò, vbicunq; deprehenſus, capi & per officium tàm Ciuile quàm Capitaneale puniri poterit. Si quis in reprimendis tumultibus, officijs reſtiterit, & interim occidatur, vel vulneretur, eo nomine illi actio non dabitur, tàm contra officium, quàm contra eorum famulos, & adiutores. Hæc lex Terras Pruſsiæ non afficiat, ſed c. 7.

Sig. Warß. 1596. O Tumiéiech. ràm ad Regnum quàm ad Ducatum Lithuaniæ referri debet, & durare ad reditum Regis ex Suecia. Hæc Constitutio prorogatur ad futura Comitia. Appellatione ad Cõuentum salua, quæ appellationes prima septimana Comitiorum proponantur. Informationes quoq; Rex absq; mora expediat. c. 12.

Sig. Warß. 1593. O pospolitym rußeniu. Si potens hostis immineret, cum Reipub. periculo, sub Regis absentiam, expeditio publica fiat, ad quam primæ restium litteræ pro tertijs valere debent, quę hoc modo publicabuntur. Primum Duces exercituum, de periculo Archiepiscopo significent, is Senatores quamprimũ Warssouiam conuocet, ibi communicatis consilijs, literæ per Senatores publicentur, quibus omnes pareant, sub pœna expeditionis bellicæ. c. 8.

Idem ibidem. Obrona z Quárty. Milites Quartenses, per omnia sese gerant, iuxta Constitutionẽ Anni 1591. Et insuper Rothmagistri & commilitones iurent, quod Regi fidem seruabunt, & nullis priuatis negotijs, vel tumultibus sese admiscebũt. Iidem per hyemem in bonis Regalibus, propè fines Regni hibernabunt, citra cuiusquam præiudiciũ. Quod animaduertet Campiductor, non derogando iuribus Capitanei generalis. Per æstatem verò miles sit in Castris, victualia in oppidis bonisq; Regalibus soluat, iuxta æstimationem per Regem subscriptam. Castra ingressuri, pecuniam pro duobus Quartualibus à Rothmagistris accipient, Rothmagistri videant, vt commilitones in Castris, de victualibus sibi prouideant, iuxta articulos bellicos sese cõseruent, Rothmagistri turmis suis semper adsint præsentes, neq; discedant absq; literis Ducis, sub pœna infamiæ. Turmatim per Regnum non eant, sed quilibet seorsim, tanquam priuati veniant ad conscribendum, sub pœna Centum Marcarum, coram Tribunali repetenda. Capitaneus generalis de militibus ius dicat. Si iniuriam passus, decreto Capitanei nõ acquieuerit, licebit ei Rothmagistrum coram Tribunali conuenire, iuxta Constitutionem Anni superioris. c. 8.

Pro de-

Sig. 3. Warß. 1593. Opátrzenie Miast. Pro defensá Ciuitatum & Arcium, Cracouiæ, Lubovvla, Rabstin, Osvvieczim, Cameneciæ, Posnaniæ, Kiouiæ, Braczlauiæ, Rex autoritate Conuentus militem relinquit, qui Capitaneis subesse debet: Rothmagistri tamen iurent, quod loca sibi commissa fideliter custodient, & ad tempus vsq; assignatum asseruabunt. Seditionibus & contentionibus priuatorum sese non misceant, Ciuitates & Castra sibi commissa, circa Capitaneos defendant, tumultus in Ciuitatibus exortos ex mandato Capitaneorum compescant, fidem & subiectionem per omnia integram seruent. c. 9.

Idem ibidem. Declárátia. Constitutio Anni 1591. de disciplina militari, sic declaratur. Quod Generali Capitaneo, in Iudicijs militaribus, integrũ esse debet, auditis sententijs Rothmagistrorum, & Commilitonum, iuxta quod illi conscientia dictauerit, ex disciplina militari, insolentes & inobedientes punire. Quod si quid tale repentè acciderit, quod in pugna damnum, vel moram aliquam inducat, hoc etiam absq; Rothmagistris & Commilitonibus punire poterit. Milites verò in retinenda fide & obedientia, constantes, atq; in defendendo Regno meritos, pręcipuè & ipse Dux obseruabit, & Regi commendabit, salua per omnia Cõstitutione prædicta, & cautione de retinenda fide & subiectione Regi, per ordines data, iuramento militari confirmañ. Ad fluuium Dniepr certus numerus militum suscipiatur, qui prohibeat, ne per aquam hostes insolentes, in ditiones vicinas irruant, ijs ex publico stipendia soluantur. Capitanei, qui victualia ex antiquo in Arcem Cameneceñ. conferre tenentur, id sine mora faciant, alioquin per Instigatorem conueniantur, tanquam pro prouentibus Regijs. Quæ quidem victualia ad manus Dispensatoris, per Regem assignati reddantur. Oeconomiam Samborieñ. hoc non afficiat. Ciues Cameneceñ. liberè mercaturam exerceant, saluis iuribus aliarum Ciuitatum. c. 10.

Sig. 3. Warß. 1598. Regi discessus secundo in Sueciam ad certum tempus permittitur, data vtrinq; cautione. c. 3.

Idem ibidem. Reássumptia. Constitiones Anni 1593. quæ perpetuæ sunt, in robore conseruantur. Temporaneæ autem, propter Regium discessum sancitæ, reassumuntur, & prorogantur, ad reditum Regis. Præsertim Constitutiones de Iudicijs, de expeditione bellica, de exemptis à iudicijs, & de prouisione Arcium Cracouien. Lublovvien. & Cameneceñ. Ad legem de iudicijs id additur, vt illi quoq;, qui post decessum tenutarij, bona Regalia ad manus Thesaurarij Regni non deocupauerint, in Iudicio Tribunalis Regni inter causas officij conueniantur. Lex quoq; de Tumultibus, per omnia approbatur, cum ea declaratione, quod pro tumultu censeri debet, si quis alium violenter inuaserit, occiderit, vulnerauerit, vim mulieri intulerit, in domum, curiam vel hospitium alicuius in Ciuitate irruerit. Quæ declaratio Ducatum Lithuaniæ non afficiat, stipendia militi Cracouien. pro hac vice ex Quarta soluantur. S. 4.

CAPVT TERTIVM.

De Comitijs Regni.

Ex Priuilegio Iag. & VVitold. in Hrod. 1413. Sig. Crac. 1507. Quamuis Constitutionibus. POloni cum Lithuanis, Lublini vel Parczouij, Conuentus celebrent. L. 127. P. 24. HL. 51. HP. 11.

Ad Conuentus & Iudicia, si quis cum armis seditionem præseferentibus veniat, tanquam communis pacis violator, pœna capitis plectatur, si fugerit, bona confiscentur, hæc autem lex, cum ad omnes, tum vel maximè ad Capitaneos pertineat. P. 611. HL. 127. S. 5. HP. 454.

Sig. Crac. 1510. Prouidentes. Cancellaria informari debet, de præstituendis locis, & temporibus Cõuentuum particularium, & præsertim, vt Conuentus Sredeñ. quindena ante Coleñ. tandem verò Petricouien. in Octaua celebretur. S. 8. P. 289. HL. 51. HP. 11.

Sig. Petr. 1518. Decreuim⁹ etiam. Senatores, nisi ad Conuentus particulares veniant, vel se in eisdem Cõuentibus iustè excusent, Episcopi 40. Palatini S. 8. P. 290. HL. 52. HP. 258.

latini & maiores Castellani 20. minores verò Castellani 10. Marcis, Fisco Regio mulctentur.

Sig. Crac. 1510. Petitioni Terrarum. Terræ Bresteñ. & Iunivvladislauien. vnum Conuentum particularem Radzieiouij celebrent. S. 9. P. 289. HL. 51. HP. 257.

Sig. Crac. 1510. Item contra eos. Senatores, Legatos, Commissarios, aliosq; officiales, dum officia sua obeunt, dum ad Conuentus eunt & redeunt, quatuor septimanis, ante & post Conuentus violans, pœna criminis læsæ Maiestatis puniatur. S. 13. P. 611. HL. 171. HP. 77.

Antiquata hæc lex est, nam crimen læsæ Maiestatis non nisi in persona Regia committitur. Vt supra Cap. 1.

Sig. Petr. 1519. Vnus duntaxat. In Terra Sandomirien. vnus duntaxat Cõuentus particularis celebretur, Conuentu Skrzynnensi abrogato. S. 23. P. 289. HL. 51. HP. 257.

Sig. Bidg. 1520. Statuto hoc præsenti. Qui turbat Conuentum, sine vulnere, pœna viginti marcarum, cum vulnere, pœna Statuti, cum homicidio, pœna capitis, puniatur. Tales autem violatores, Capitanei inquirant, & puniant, sub pœna Centum marcarum. Si fugerint, proscribantur & infames sint. S. 26. P 612. HL. 51. HP. 259.

Sig. Crac. 1532. Celebrationes. Conuentus particulares Vrzedouien. Lublinum transfertur. S. 6. ij.

Sig. Crac. 1540. Cum grauatim. 1543. Assentimur. Comitia Regni, Petricouiæ celebrentur, nisi quid obstet. P. 24. HL. 51. HP. 10.

Sig. Crac. 1540. Cum cerneremus. Ad Comitia Regni, non plures Nuncij eligantur, quam vt olim eligi consueuerunt, & tales, quibus lites iudiciariæ in Conuentu non intercedant. P. 24. HL. 171. HP. 259.

Aug. Petr. 1550. Aby zá pżez snego. Comitia & Conuentus particulares, temporibus & locis in Statuto descriptis instituantur & indicantur. P. 24. HL. 51. HP. 11. C. 2.

Seymik Powiátowy. Aug. VV 1578. 1563 Steph. 1581. Seymik Halicki. Conuentus particularis Haliciæ institutus, octo diebus ante Wisnensem celebretur. HP. 257. C. 23. C. 214.

Aug. Pet. 1565. Seymiki Powiátowe.

Senatores Regni, tàm Spirituales quàm Sæculares, in Conuentibus particularibus adsint, postulata districtuum vnà cum Nobilitate connotent, atq; ad Conuentus generales, in qualibet Regni parte celebrari solitos, referant, vt ibidem à Nobilitate correcta, tandem in Comitijs Regni ritè proponantur. HP. 257. C. 45.

Aug. Petr. 1565. Rozdawánie gospod.

In conuentibus particularibus, & iudicijs, Capitaneus hospicia pro cuiusq; dignitate distribuat. HP. 260. C. 25.

Aug. Petr. 1567. Seymik Sobrzynski.

Conuentus Terræ Dobrzyneñ, in Lipno celebrari solitus approbatur. HP. 258. C. 76.

Aug. Lublini 1569. Mieysce Seymom.

Comitia Warssouiæ celebrenturni, si quid obstet. Cõuentus verò particulares ita per Capitaneos publicentur, vt duabus vel tribus septimanis, ante tempus præfixum, ad noticiam hominum perueniant. HP. 11. C. 104.

Ibidem. Seymik Powiátowy.

Conuentus particularis instituitur Rauæ. HP. 258. C. 109.

Ibidem. Seymik też.

Conuentus in Proßovvicze, quatriduo ante Korczyneñ. celebretur. C. 110.

Steph. 1576. Seymiki Gostinskie.

Conuentus particulares Gostineñ. & Sochaczouieñ. instituti. C. 163.

Steph. 1576. Seym Wálny.

Comitia, non nisi biennio indicantur, nisi necessitas secus suadeat, neq; diutius sex septimanis celebrentur. Conuentus verò districtuum generales, sicut in Regno in Kolo & Korczyn, ita in Lithuania in Wolkovvisko, præmittantur, in quibus Rex ea proponat, de quibus cõsultationem habere vult. C. 148.

Steph. Warß. 1578. Scrutinium.

Comitia Regni ipso die in literis specificato, à propositione incipiant. C. 186.

Sig. Crac. 1588. O Nieftánowieniu.

In Conuocationibus nihil statuatur, quod ad Comitia pertineat, sub vitio nullitatis. C. 24.

Sig. Warß. 1589. Sawánie.

Nuncij Terrestres, in Conuentu electionis deputatorum, Nobilitati referant, quid in Comitijs actum est. C. 19.

Sig. 3. Warß. 1591. O Seymie.

Comitia incipere debent ea ipsa die, qua literis Vniuersalibus indicta fuerint; determinari autem, eadem die in sex septimanis. In dies autem Dominicos & festos indici non debent. C. 7.

Conuen-

Sig. 3. Warß. 1591. Zleżenie ziazdow.

Conuentus particulares indicuntur, octo septimanis post determinationem Comitiorum, ad reddendas rationes legationis Nobilitati, & ad eligendos exactores & dispensatores, iuxta Constitutiones Conuentus præsentis. Excepto Palatinatu Masouiæ, & alijs, ex quibus iam sunt electi. Saluo iure Magni Ducatus Lithuaniæ. Securitati eorum Conuentuum ita cauetur, sicut aliorum, pro hac vice. C. 91

CAPVT QVARTVM.

De Statutis & Constitutionibus.

Casim. Visl. 1368. In procemio.

STatuta Regni Casimirus Magnus condidit & promulgauit primus. L. 7. 8. P. 39.

Idem Casim. Visl. 1368. Cum omnis.

Statuta & Constitutiones nouæ, non prętenta sed pręsentia tantum & futura respiciãt. L. 8. P. 24. HL. 61. HP. 23.

Casim. in Nieß. 1454. Item pollicemur.

Constitutiones non nisi in Conuentu, idq; cum communi omnium consensu fiant. L. 95. P. 40. HL. 61. HP. 24.

Alex. Rad. 1505. Quoniam iura.

L. 115. S. 61. P. 42. 44. HL. 61. HP. 24.

Sig. Petr. 1538. Cõstitutiones nouas

Cra. 1539. 1540.

Alex. Rad. 1505. Ne verò per ignorantiam.

Constitutiones nouæ, neminem afficiant, nisi publicentur. S. 1. L. 115. P. 45. HL. 61. HP. 24.

Sig. Crac. 1507. In exordio.

Sig. Bidg. 1520. Diuersitas Constitut. Crac. 1532. Etsi iam antea.

Statuta Regni conferant & corrigant certæ personæ, per Regem & per Nobilitatem, ex singulis Palatinatibus designandæ. Ad quam correcturam, Palatini consuetudines suarum terrarum conferant. S. 25. P. 38. 591. S. A. 2. HL. 263. 264.

Correcturæ istius extant aliquot exemplaria typis excusa, sed susceptæ non est.

Statu-

Sig. Crac. 1543. Statuta posteriora.

Statuta Regni posteriora obseruentur donec concilia- P. 592. HL. 264.
tio & correctura Statutorum perficiatur.

De qua supra.

Aug. Petr. 1550. Czyniąc dosyć.

Statuta Anni 1543. in robore reseruantur, ad proxi- C. 4.
mum Conuentum, donec de iure communi, aliquid melius Respub. decernat.

Originales istius Statuti in fine id expresè habent, quod omnes istius Anni 1543. Constitutiones Annales duntaxat erant. Ideoq; etiamsi hac constitutione Anni 1550. satis ambiguis verbis aliqua ex parte prorogatæ sunt, & postea nihil eo nomine actum, cautumue sit, per hanc tamen cõditionem illis appositam antiquatæ esse videntur.

Statut Polski. Aug. Petr. 1562. O Polskich Statutach.

Statuta Regni Polonicè conscribantur. C. 16.

Aug. Warsz. 1563. Przeleczenie Statutu.

Ad transferenda Statuta Regni in Polonicum, designã- C. 20.
tur: Castellanus Lublineñ., Kiovvski Canonicus Cracouiensis, & Ioannes Herbortus.

Aug. Petr. 1565. Statut Polski.

Tandem solus Ioannes Herbortus, ad idem perficien- C. 48.
dum designatur.

Steph. 1576. Taksa obiecuiemy.

Allegationes legum externarum non admittãtur, qui- C. 148.
bus donationes perpetuæ in dubium vocari debeant.

De quo supra.

Sig. Crac. 1588. O Constitutiach.

Constitutiones Regni, in Comitijs factæ, per Senato- C. 24.
res & Nuncios subscribantur, in præsentia Regia leguntur, & cum omnium consensu expresso sigillentur.

Sig. Warsz. 1589. Correcturą.

Ad correctionem iuris Terrestris, institutionem breui- C. 16.
oris processus, ad inscriptiones, qui exceptiones & dilationes superfluas excluderet, nec non ad conscribendum modum exequutionis rei iudicatæ, deputentur certæ personæ, tàm Spirituales quàm Sæculares, ex singulis Palatinatibus, qui ad festum Sancti Martini proximum, Lublinum conueniant, salaria verò illis Nobilitas de suo in Cõuenti-

uentibus electionis Deputatorum Tribunalis Regni prouideat.

Sed hoc effectum suum sortitum non est.

CAPVT QVINTVM.

De Spiritualibus & Decimis.

Casi. VVis. 1368. Insuper statuim9.

CORAM Archiepiscopo, si quis gladium L. 39. P. 98.
strinxerit, siue vulnerauerit siue non, qua- HL. 252.
tuordecim; si verò turpia verba dixerit, tri- HP. 128.
um marcarum pœna puniatur.

Casi. VVis. 1369. Cum excitata.

Iaroslaus Archiepiscopus Gnæsneñ. differentias inter L. 53. P. 113.
Regem Casimirum & Bodzentam Episcopũ Cracouieñ. 112. HL. 72.
ita arbitrario iudicio composuit. HP. 139.

Pro raptu.

Vt raptor decimæ prædialis, monitione præmissa ex- Ibidem.
communicetur, & eius villæ subditi, vbi dominus per sex menses excommunicationem tolerauerit. Vxor quoq; absente marito decimam rapiens, excommunicationibus ad satisfaciendum compellatur.

Præterea.

Propter Præsbyterum captum, vulneratum, vel occi- L. 54. P. 98.
sum, Ecclesia interdicto subijciatur, donec malefactor HL. 252. HP. 160.
Episcopo præsentetur; vel incolæ iurent, se illum comprehendere non potuisse, tunc verò interdicto sublato, malefactor proscribatur, & excommunicetur.

Item Quicunq;

Dominus villæ, si decimam emere vult, id faciat ante L. 54. P. 113.
festum Sancti Iacobi. HL. 73. HP. 140.

Vbicunq;

In campis & hortis, vbicunq; aratum fuerit, decima Ibidem.
soluatur, exceptis rapis, cepis, papauere, caulib9, allio, &c. In hortis verò, vbi quis ligonisando plantauerit, ad decimam non tenetur.

Pro decima.

Canapi ratione integri agri quatuor, ratione medij Ibidem.
duo manipuli, decimæ nomine exigantur, qui autem non arat à decima liber esto.

Super Interdicto. Interdictum Ciuitati Cracouiensi factum, non afficit Casimiriam, & è conuerso. L. 54. P. 133. HL. 122. HP. 163.

Statuimus. Excommunicato veniente in Ecclesiam, cessatur à diuinis, quæ eo recedente reassumantur. Ibidem & L. 58.

Inter cætera. Interdictum triduanum, quod propter aduentum excommunicati, alias seruabatur, abrogatur. Sententiæ tamen Sedis Apostolicæ, vbi ea interuenerit, iuxta suum tenorem satisfiat. Ibidem & L. 58.

1369. Bodzenta quoq; Episcopus Cracouiensis, eodem anno, de differentijs, inter Spirituales & Sæculares ita constituit. L. 55. P. 114. HL. 73. HP. 141.

In nomine Domini. Terræ Lublineñ. Sieciechouieñ. & Lukouiensis, liberantur à decimis, propter insultus Tartarorum ad 30. Annos, saluis iuribus Monasteriorum.

Cæterum mandamus. Decimæ iuxta morem antiquum exigantur, & soluãtur: Sculteti de quatuor mansis, proprio labore excultis, per quatuor Scotos Pragenses, decimæ nomine soluant. Si verò quid vltra quatuor mansos possident, vel si eosdẽ cuipiam locauerint, vendiderintúe, decimam instar aliorum pendant.

Et ne labores. Decimator in octaua Sancti Iacobi, decimas recipiat, alioquin in campo relinquantur.

In noualibus. De noualibus circa fines Russiæ & Vngariæ, ratione singulorum mansorum, vnus ferto soluatur, Sculteti à quatuor mansis noualium, per se excultis, per tres Scotos. Si verò eos vendiderint locauerintúe per vnum fertonem soluant. L. 56.

Verum quia. De agris circa Dlugiepole & Czorstyn, versus Mislimicze, tres Scoti de quolibet manso soluantur. L. 56.

Quam pecuniam. Vtramq; hanc pecuniam Sculteti colligant, & ad Episcopum deferant. L. 56.

Item decreuimus. Cmethonem si quis remouerit, & ipse agrum eius coluerit, decimam soluat. L. 56.

Præterea. In petitione decimæ, si intercedet quæstio de Nobilitate, eam Iudex Spiritualis non iudicet, sed ad Iudicium Sæculare remittat.

Demum statuim⁹. De agris recens extirpatis, decima ei debetur, qui eam de antiquis agris recipiebat. Colum-

Insuper volumus. Columbationes abrogantur, sed quod vltrò offertur accipiatur. L. 57. HL. 47.

Prohibemus. Archidiaconus & alij Prælati, dum visitant, modum cuectionum non excedant, neq; subditos depactent. Rectores quoq; Ecclesiarum, pro Sacramentis nihil exigant, alioquin puniendi. L. 57. P. 124. HL. 253.

Item Bodzanta. Et vt diuinus. Clerici de bonis paternis, ad expeditionem bellicam eant. L. 57. 10. P. 867. HP. 560.

Et Cas. Wis. 1368. Cum iure suo. Aut bona resignent, alioquin confiscabuntur.

Sig. Petr. 1518. Visum est. Aug. Petr. 1550. Jż gdżieludżi. Aug. Petr. 1562. O głuzeniu woyny. Probent tamen in Cõuentu, libertatem ab expeditione suorum Sculterorum. S. C. 1. P. 867. HL. 249. HP. 343. C. 3.

Quod tamen negotium reiectum est ad Reuisionem literarum. HP. 344. C. 16.

Vbi eo nomine factum est nihil.

Idem Bodzanta. Et vt diuinus. Ecclesiam per Patronum prouisam & dotatam, Episcopus confirmabit & fundabit. L. 57. P. 122. HL. 279.

Bodz. Quod etiam. Contributio pro fabrica Ecclesiæ Cracouiensis, Spiritualibus remittitur. L. 57. P. 108.

Idem. Item etiam. Parochia propter vnum excommunicatum, non debet mulctari. L. 58. P. 134. HL. 255.

Statuimus. Tabelliones, non nisi à Priuilegio per sex grossos Pragenses, pro citationibus vnum grossum, pro contumacia duos, pro aggrauationib⁹ sex grossos itidem Pragẽses exigant, sub pœna Excommunicationis. L. 58. P. 134. HL. 255.

De raptu decimæ, idem quod suprà in arbitratione Iaroslai. Itidem & de Præsbytericidio, & de tempore decimæ emendæ, de decimisq; hortorum & canapi, & de interdictis. L. 57.

Ex Priuilegijs. Scholam Cracouiensem Rex Iagello erigit. P. 154. HP. 380.

Papa Vrbanus confirmat, Theologiam tamen doceri vetat. HL. 244.

Quam postea Bonifacius permittit.

Synodus Petricouiensis decernit, vt Episcopi per 100. florenos in vsum Academię cõferant. Magistrãdi & Baccalaureandi ne depactentur, Scholares vagi pellantur.

Ex Priuilegio Iag. 1401.

Scholares ab omnibus pensionibus liberantur. Coram nemine præter Rectorem respondeant. Campsorem Iudæum vnum habeant, qui illis super pignora pecuniam det, vsuræq; nomine vnum grossum à singulis marcis quolibet mense exigat. P.162. HL.244. HP. 380.

Domus pro Collegio designatur.

Iag. in Iedl. 1433. Primo quidem.

Templa & dignitates, tàm Ecclesiasticæ quàm sæculares, circa iura & libertates suas conseruantur. Non nisi Nobilibus indigenis conferantur, Expectatiuæ non dabuntur. L. 50. P. 83. HL. 279. HP. 126.

Ex Priuilegio Iag. Crac. 1458.

Raptor, inuasor, occupator, & detentor decimarum, & bonorum Ecclesiasticorum, pœnis & censuris Ecclesiasticis, subijciatur. Quod si excommunicationes vltra annum sustinuerit, bona ipsius Capitaneus apprehẽdat, donec iniuriam passo satisfiat. Capitanei verò in præmissis negligentes, itidem censuris Ecclesiasticis feriantur. L. 66. P. 129. HL. 75. HP. 145.

Cas. Pet. 1451. Ex Priuilegio.

Ecclesia Gnæsnensis præponitur Cracouiensi. Cardinalatus & Legationes ne ambiantur, sine consensu Regis & Consiliariorum. Cardinalis tamen pro illa vice, alternatim cum Archiepiscopo vocati in Senatum veniebant. P. 84. HL. 35. HP. 127.

Cas. Nieß. 1454. Item promittim⁹. Cõfœderatio Anni 1573. Aiż to do pokoiu. Steph. 1576. Aiż wyżey. Idem 1578. Jáko sądźić máią. Idem 1581. O Szlesiẽcách.

Differentias inter Status Spiritualem & Sæcularẽ Rex componat. L. 93. P. 78. HL. 252. HP. 10. C. 120. 159. 185. 216.

Ex Priuilegio. 1460.

Conuentus Lublineñ. Abbatem electum Regi presentet, neq; Episcopus Posnanienſis, ad eum consecrandum procedat, antequam Rex in eum consenserit. L. 74. 75. P. 145. HL. 1. HP. 150.

Alb. Petr. 1496. Item quamuis. Verum ne quid. Alex. Rad. 1505. Ad Ecclesias. Sig. Crac. 1510. Ad tollendas. Sig. Petr. 1538. Aug. Petr. 1550. Ponieważ.

Ad maiores Ecclesias, Nobiles ex vtroq; parente Nobili nati, recipiantur. Ex plebeis verò, non nisi Doctores, vnus Iurisprudentiæ, alter Theologus, tertius Medicus, suscipiantur, vbi talis est fundatio: vbi verò non, suscipi debent duo Iuristæ, duo Theologi, quintus Medicus. L. 100. P. 86. HL. 84. HP. 130. S. 14. b 1. C. 3.

Idem

Steph. Crac. 1576. Te3 pstáwiaemy.

Idem de Ecclesijs Russiæ. C. 163.

Alb. Petr. 1496. Et similiter. Alex. Rad. 1505. Fit nonnunquam.

Beneficia iurispatronatus Regij, & incolarum Regni, per reseruationes in vita, vel pensiones, nemo impetret, aliâs pœna confiscationis bonorum & proscriptionis, & ipse & amici consanguineiq; punientur. L. 101. 117. 118. P. 96. HL. 140. HP. 138.

Alb. Petr. 1496. Item riam.

Inhibitiones Spiritualiũ ad Sæcularia iudicia non dentur, datæ nullius sint valoris, nisi in causis merè Spiritualibus. L. 108. P. 125. HL. 114.

Statutum Domini Ioannis.

Iuxta Statutum Lutkonis Episcopi Cracouieñ. quilibet beneficiatus, siue curatus, siue non; si primis tribus mensibus anni decesserit, quarta; si secundis, media; si tertijs, tertia (relicta seminatione) pars prouentuum ad illum pertinebit. Si verò id vltimis tribus mensibus contigerit, omnes prouentus anni illius integrè illi debebuntur. L. 58. P. 118. HL. 9. HP. 149.

Alex Rad. 1505. Quamuis. Sig. Crac. 1510. Concordiam. Pet. 1519. Vt ordo debitus.

Spirituales, ne vocent Sæculares ad Iudicium Spirituale, in causis illi Iudicio non competentibus. L. 57. 117. P. 125. 603. S. 11. 21. HL. 91. 253. HP. 447.

Alex. Rad. 1505. Spirituales.

Causæ Spiritualium pro limitibus, Cmethone fugitiuo, cæde, vulneribus, in Iudicio Terrestri iudicentur. L. 117. P. 125. HL. 253. HP. 159.

Sig. Crac. 1510.

Ius patronatus, nisi expresse inscribatur, iuri Regio reseruatum esse censetur. P. 96. S. 15. HL. 140. HP. 138.

Sig. Petr. 1511. Item iniquum. Crac. 1539. De Abbatibus.

Ad Monasteria Regni, etiam Polonĩ, non tantum Germani suscipiantur, nisi obstent Priuilegia specialia. P. 146. 147. S. 19. HL. 2. HP. 152. 153.

Sig. Petr. 1519. Præscriptio.

Moniales intra viginti annos, bona hæreditaria repetant. S. 23. P. 150. HL. 161. HP. 155.

Sig. Crac. 1527. Statuimus etiam.

Moniales in bona paterna & materna ita succedant, vt ea alienare non possint, atq; dimidio censuum, à consanguineis sint contentæ, quoad vixerint. Quod si fuerint bona exigua, & sine vllis prouentibus, Episcopus pensionem constituat. Propinquus verò si pensionem Monialis retinuerit, atq; eo nomine per tres menses excõmunicationem sustinuerit, vsumfructum bonorum amittat. S. 25. P. 149. HL. 161. HP. 154.

Sig. Crac. 1532. Cum magna pars.

Lociordinarij in conferendis beneficijs, ſex menſes liberos, viciſsim cum Sede Apoſtolica habeant, in quibus nullæ reſeruationes, acceſſus, regreſſus, & coadiutoriæ in Curia Romana impetrentur. Si verò quis contra hoc Priuilegium quidquam procurauerit, ſuſceperitúe, confiſcationis & priuationis omnium bonorum & beneficiorum, nec non proſcriptionis pœna puniatur. Sb. iij. P. 92. HL. 250. HP. 132.

Sig. Petr. 1538. Statuta. Quod ſi. Cæterum quid.

Statuta de plebeis, ad Eccleſias Cathedrales non ſuſcipiendis, & de Corteſanis, exequutioni tradãtur. Corteſanus, negotium alicui exhibens, niſi in termino liti ceſſerit, & expenſas ſoluerit, pœna proſcriptionis, infamiæ & confiſcationis bonorum puniatur. Omnes verò Corteſani ſub pœna exilij ad Sacerdotia redeant. Sb. i. b. ij. P. 94. HL. 186. HP. 135.

Sig. Crac. 1540. Ad petitionem.

Redire autem debent infra ſex menſes ſub eiſdem pœnis. P. 94. HL. 69. HP. 136.

Sig. Crac. 1588. O Biſkupſtwách.

Statuta de Corteſanis approbantur, & in vim perpetuæ legis cauetur, ne quis Epiſcopatus in derogationem iuris Regij impetret, alioquin impetratio irrita ſit & inanis. C. 40.

Sig. 1538. Frequentibus. Aug. 1550. Aby nádánia.

Abbates & Præpoſiti ex Nobilibus creentur, in defectu verò Nobilium Plebeij eligantur, modò ſint Poloni. Sa. 4. P. 147. HL. 2. HP. 152. C. 5.

Sig. Crac. 1588. O Opátwách.

Poſt mortem Abbatis vel Præpoſiti regularis, Loci ordinarij bonum ordinem Monaſteriorum curent, prouentibus in poteſtate Monachorum relictis. Electionem verò, Epiſcopi, morte Abbatis defuncti Regi ſignificatâ, quamprimum indicant, de eoq; cum Rege communicent, & conſuetudinem veterem obſeruent: Electum competenter Regi ſignificent, eumq; à Rege præſentatum, inſtituant. Quod ſi quis in contrarium Abbatiam inuadat, pœnis in Corteſanos, Conſtitutionibus annorum 1538. & 1540. ſancitis ſubijciatur, idq; in Cõuentione generali ad cuiuſcunq; inſtantiam. C. 40.

Sig. Petr. 1538. Petitionibus.

Spirituales ne ſe negotijs Sæcularibus immiſceãt, neúe officia Notariorum & Vicenotariorum gerant, Caſtrenſes tamen Notarij eſſe, & in Regis præſentia ſententiam dicere poſſunt. Sb. 4. P. 56. HL. 252. HP. 30.

Anna-

Sig. Crac. 1543. Doſyć czynięc.

Annatæ ne dentur amplius Romam, ſed in defenſionem Reipub. conuertantur. P. 109.

Lex Annalis.

Aug. Petr. 1569. Annaty. Steph. 1576. Annaty.

Atq; in Theſaurum inferantur ſub pœna duplicis annatæ. C. 75. 105. 153.

Sig. Crac. 1543. Rożnice.

Ex Eccleſijs & Cœnobijs, capiendi ſunt nocturni ſegetum, fundorum vel agrorum damnidatores, viarum obſeſſores, prædones, & Eccleſiarum violatores. P. 108.

Lex Annalis.

Sig. Crac. 1543. Rożnice.

Ad Iudicium Spirituale pertinent cauſæ fidei, Hæreſes, Schiſmata, Blaſphemiæ, Apoſtaſiæ, pro decimis, de Sacramentis, beneficijs, Sacrilegijs, Symonia, fœnoribus, Præsbytericidijs, de ijs qui ad Eccleſias confugiunt. Exceptis tamen nocturnis damnidatoribus, in ſegetibus, fundis, vel agris, ſicarijs, diſpercuſſoribus itineris, furibus publicè proclamatis, vel ter notatis, incẽdiarijs, & violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, tum de Incantationibus, magijs, cenſibus Eccleſiaſticis, perpetuis & temporalibus, reemptionibus Eccleſiarum, dotationibus Posvviatne dictis. Deinde ad Iudicium Spirituale pertinent perſonæ miſeræ, & derelictæ, cauſæ illegittimitatis, ex inſcriptionibus in iure Spirituali factis, Iurispatronatuum, Plebanatuum, Altarium, Præbendarum, Sacerdotiorum, diuortiorum & dotium inter perſonas ſæparatas. P. 126. HL. 153. HP. 156.

Lex Annalis.

Aug. Petr. 1550. A iż wiele.

Expectatiuæ, ſolida, iura patronatus, penitus abrogantur. P. 84. HL. 92. HP. 138. C. 3.

Aug. Petr. 1550. A ponieważ.

Abbates, Scholas Nobilium puerorum, in ſuis Monaſterijs inſtituant. P. 148. HL. 2. HP. 153. C. 5.

Aug. Warſ. 1557 Aby ſtárby.

Theſauros Eccleſiarum Epiſcopi, in bonis Regalibus cum Capitaneis ſeu Tenutarijs, in bonis verò Nobilium cum collatoribus conſcribant. HL. 279. P. 149. C. 6.

Aug. Petr 1562. O Niedopuſczeniu.

Abuſus in non admittendis excommunicatis ad Iudicia, tollantur. HP. 174. C. 17.

Aug. 1562. O Szkołách.

Rex admonebit Spirituales, vt Scholas Cracouienſem, Poſnanienſem & Pultouienſem, reforment & reſtituant. HP. 386. C. 17.

Propter

Confœderatio Nobilitatis Poloniæ sub interregno 1573. Warß. Związ w Rzeczypospolitey. Steph. Crac. 1576 Związ wyższy.

Propter diuersitatem Religionis, nemo seditiones excitet, alterumue in bonis, honore, carceribus, exilio mulctet, quod si quis id facere præsumat, reliqui omnes id prohibeant, etiamsi id prætextu alicuius decreti aut processus faciat. C. 120. 159.

Steph. Warß. 1578. Jáko sądzić máią.

Negotium de decimis, ex bonis hæreditarijs Nobilium, (iure cuiuslibet in eo statu prout nunc est permanen.) transfertur ad compositionem, in proximo Conuentu perficiendam. C. 185.

Steph. Warß. 1581. O Szłesiecinach.

Exequutio decretorum de Decimis ex bonis hæreditarijs, suspenditur ad Conuentum proximè futurum, in quo compositio perfici debet. C. 218.

Sig. Crac. 1588. O dobrách Kościelnych.

Bona Ecclesiastica tàm Romani quàm Græci ritus, ne alienentur, & alienationes nihil valeant, quæ in Priuilegijs causas iustas & conditiones Ecclesiæ illi vtiles probabiliter, specificè, & authenticè expressas non habent, & in quas cõsensus quorum interest non accessit. Alioquin bona recuperari semper per successores possunt, quo nomine Iudicio Terrestri agendum est. Possessores tamen ad vitã suam vsumfructuum cõcedere possunt, citra prę-iudicium Ecclesię, & onerum de iure illis incumbentium, derogationem. C. 41.

Sig. Warß. 1589. Wolności.

Bona hæreditaria per Nicolaum Christophorum Radzivvil Castellanum Trocen. Collegio Societatis IESV Niesvviezensi collata, cum villis ad id pertinentibus, à Contributionibus & stationibus militum liberantur, & libertatibus Ecclesiasticis asscribuntur. C. 36.

Sig. 3. Warß. 1590. Incorporácya.

Præpositura Sancti Floriani Vniuersitati Cracouiensi incorporatur. C. 40.

Sig. 3. Warß. 1598. Approbácya.

Molendinum Wolski, Conuentui Sancti Dominici Brestensi incorporatur. C. 23.

Sig. 3. Warß. 1598. Wymierzenie.

Monasterijs Plocensibus, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sancti Dominici, certæ areæ, ex fundis Regalibus cõceduntur, quas Reuisor Regius, cum scitu Episcopi & Capitanei Plocensis assignabit. C. 3.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

De Dignitarijs Senatoribusq; Regni, & Officialibus Curiæ, puta Palatinis, Castellanis, Cancellarijs, Marschalcis, Thesaurarijs, Secretarijs, Referendarijs.

Lod. Cas. 1374. Item promittimus. L. 41. 92. P. 174. HL. 78. HP. 165.

MAgistratus, Dignitates, Officia, Castra, & Ciuitates cum iurisditione, non nisi terrigenis conferantur. Alia verò liceat Regi conferre cui voluerit.

Ex Priuilegio Iag. in Iedl. 1433. Cas. Nicß. 1454. Item cũ indigenæ. Aug. 1550. Dostoieństw. L. 50. P. 175. HL. 77. HP. 166 C. 2.

Dignitates Ecclesiasticæ Politicæ Regni; circa iura, prouentus, libertates, conseruantur; nec augeantur, neq; minuantur, neq; cuiquam extraneo; præter Nobilem in illa terra possessionatum conferantur.

Aug. Petr. 1550. Iż wiele. Steph. Crac. 1576 Vrzędy. C. 2.

Literæ expectatiuæ, super dignitates non dentur, possessiones, census, & salaria earum non suffocentur. Nulli Duci vel ex Ducali genere descendenti Castra, Fortalitia, & Ciuitates committantur.

Iag. 1433. Nam spondemus. L. 51. P. 183. HL. 140. HP. 589

Iustitionarius, nullibi in Regno constituatur; neq; surrogetur.

Prælati Pet. 1503. Vnanimi Dominorũ. Alex. Rad. 1505. Innitentes. Sig Crac. 1510. Cum nouæ & antiquæ. Sig. Petr. 1519. Capitanei. Sig. Petr. 1538. Præterea. L. 111. 118. S. 6. 22. B. 2. P. 176. HL. 78. HP. 167. 169.

Dignitates & Officia, indigenis possessionatis conferantur, alioquin inuestito non pareatur, & Rex contra iuramentum facturus est.

Alex. Rad. 1505. Cum essent. L. 119. P. 177. HL. 80. HP. 172.

Dignitarij & Officiales sint possessionati, & satisfaciant officijs, sub pœna priuationis.

Sig. Crac. 1510. Æquitatem. S. 10. P. 177. HL. 79. HP. 169.

Impossessionato si dignitas pro meritis data fuerit; infra dimidium annum possessionem acquirat, sub pœna priuationis.

Sig. Crac. 1532. Vtcunq;
Sig Crac. 1507. Licet vniuersi.

Prouentus omnes, dignitarijs & officialibus exoluantur. S. b 1.

Sig. Crac. 1532. In petitione.

Rex admoneat dignitarios & officiales, vt officijs suis satisfaciant. S. a 3.

Sig. Petr. 1538. In collatione. Crac. 1543. Satisfaciendo.

Dignitates & Capitaneatus eiusdem loci, sunt incompatibilia, neq; extraneis conferantur, sed indigenis, veram & hæreditariam possessionem ibidem habentibus, alioquin talis in Conuentione monitus, nisi officium resignauerit, infamis esto. S. b 2. P. 178. HL. 79. HP. 168.

Sig. Petr. 1538. Nulli demceps. Quod dignitates.

Alienigenæ à dignitatibus excludantur, neq; eas ambiant, sub pœna confiscationis & infamiæ. S. b 3. b 4. P. 179. HL. 79. HP. 194.

Sig. Petr. 1538. Ad euitandas.

Dignitarij & Officiales, veras non fictas habeant possessiones. S. b 2. P. 179. HL. 79. HP. 168.

Aug Petr. 1562. O osiádlosti Signitarzow.

Statutum de possessione Dignitariorum, ita intelligi debet, vt quilibet Dignitarius, sit saltem in illo Palatinatu possessionatus, non in Districtu. Exceptis Palatinatibus Russiæ, Masouiæ, Raueñ. & Terra Wielunensi, vbi officiales in districtu debent esse possessionati, excepto Palatino, quem sufficit in quocunq; Districtu sui Palatinatus esse possessionatum. HP. 168. C. 13.

Aug. Warſ. 1563 O osiádlosti Signitarzow.

Dignitarij & Officiales, possessiones veras in illa terra vel districtu habeant, antequam dignitas sit vacua; & talem, in qua ante residebant, non quæ recens inscripta sit, alioquin ad quodcunq; Iudicium seu Officium, totiens quotiens citatus fuerit, pœnam ducentarum marcarum luat, sine appellatione, & officium deserat. HP. 168. C. 20.

Idem ibidem. O dwoygu Stárostw.

Duos Capitaneatus, cum iurisdictione, nemo ambiat, sub pœna confiscationis omnium bonorum, & 200. marcarum, exceptis modernis possessoribus. HP. 170. C. 13.

Idem Petr. 1565. O negliencicy. ic.

Negligentes dignitarij & officiales, tunc præsentes absoluuntur, reliqui Citati in Conuentu respondeant. HP. 172. C. 44.

Steph. 1576. Czásto sie też.

In quibuslibet Comitijs, sedecem Senatores deputentur, qui semper Regi adsint, quolibet dimidio anni quatuor, vnus ex Episcopis, vnus ex Palatinis, duo Castellani. Senatores Russiæ, dum Regi adsunt, quingentis florenis contententur. C. 148. 159.

Senato-

Sig. Crac. 1588. O poprawie.

Senatores iuramento suo addant, quod in Iudicio iuste sententiam sunt dicturi. C. 40.

Sig. 3. Wars. 1593 Mieysce.

Episcopus Vendensis, locum habeat in Senatu, ad latus Episcopi Camenecensis. C. 20.

Cas. Nieß. 1454. Item cum singula.

Palatini & Castellani, in Capitaneos eligi nõ possunt, præter Capitaneum Cracouiensem. L. 92. P. 178. HL. 175 HP. 170

Aug. Pet. 1562. O osiádlosti dignitarzow. Gdyż kázde.

Neq; Palatinus, neq; Castellanus, potest simul gerere Capitaneatum, & officium Terrestre, illius districtus, cuius est Palatinus, aut Castellanus, excepto Castellanatu & Capitaneatu Cracouiensi. HP 168. C. 14.

Sig. Crac. 1510. Querelu.

Palatini officijs suis satisfaciant, sub pœna 100. marcarum, & videant ne iudicia intermittantur. S. 9. P. 187. HL. 176. HP. 174.

De Palatinis precia rebus imposituris, vide infrà Cap. 12. de Ciuitatibus.

Cas. Wis. 1368. Quia plerunq;

Castellanus Cracouiensis, Sandomirienſis, & alij, in certis locis iudicia celebrent, sub pœna nullitatis. L. 12. P. 193. HL. 35. HP. 183.

Cas. Wis. 1368. Præterea quicũq;

Castellani eorumq; Iudices, sine certo Actore non iudicent, neq; Citationes dent. L. 14. P. 193. HL. 36. HP. 184.

Sig. Crac. 1510. Quodam abusu. Bidg. 1520. Statuimus. Petr. 1523. Item vt expeditio. Crac. 1532 De militibus.

Castellani, in bello milites ordinẽt, & sine damno ducant, atq; precia rebus imponant. S. 9. 25. 29. b 2. P. 898. HL. 36 HP. 185.

Aug. Pet. 1562. De incõpatibilib9

Castellanus, in Burgrabium Cracouiensem eligi non debet. HP. 171. C. 12.

Cas. Nieß. 1454. Item pollicemur.

Marschalcatus, Cancellariatus, & Vicecancellariatus, de quibuscunq; Terris hominibus, conferatur. L. 93. P. 181. HL. 153. HP. 187.

Alex. Pet. 1504. Officia Regni.

Marschalci, sint Cæremoniarum & Curiæ Magistri, Aulicos conscribant, soluant, diligentes & negligentes sciant, & arceant, hospites excipiant, malos puniant, foralia exigant, precia rebus imponant. Absente verò Marschalco supremo, Marschalcus Curiæ officium administret. L. 112. P. 197. HP. 187. HL. 153.

Aug. Pet. 1565. O spolnośći Vrzędow.

Marschalcus & Thesaurarius, dignitates & officia simul non teneant, exceptis modernis. HP. 171. C. 44.

Alex. Petr. 1504. Cancellarij autem.

Cancellarius & Vicecancellarius, Archiepiscopatus, Episcopatus, Prælaturas, Dignitates, & beneficia expectent. L. 113. P. 193. HL. 31. HP. 193.

Idem ibidem. Item Cancellarius. Cancellarius & Vicecancellarius, adepto Episcopatu Gnæsnensi, Cracouiensi, Wladislauiensi, Posnanensi, Varmiensi, Plocensi: vel Sæcularis Palatinatu, aut Castellanatu aliquo, cedere officio Cancellariatus tenetur. *Ibidem.*

Sig. Crac. 1507. Petitionibus. In Cancellariatu & Vicecancellariatu Regni, alter sit Spiritualis, alter Sæcularis. *S. 4. P. 181. HL. 32. HP. 194.*

Sig. Petr. 1507. Item in Statuto. Petr. 1538. Officia. Cancellarium, Vicecancellarium, & Secretarium maiorem, Rex promoueat, pro meritorum cuiusq; ratione. *S. b 1. 2. P. 182. HL. 31. HP. 193.*

Alex. Petr. 1504. Cancellarij. Cancellarij literas Iuri contrarias ne dent. Iuri autem contrariæ censentur: Inhibitiones, (absq; necessitate Reipublicæ datæ) Commissiones, (nisi granicierum, diuisionis inter fratres, vel de consensu partium) & libertationes ab expeditione bellica. *L. 113. P. 201. HL. 31. HP. 194.*

Aug. Pet. 1562. Opoświeleniu cżwartey cżęści. Cancellarius & Vicecancellarius, literas alienationis bonorum Regalium ne extradat, sub priuatione officij. *HP. 53. C. 13.*

Alex. Pet. 1504. Antiquis Regni. Thesaurarius, Coronas & Thesauros Regni asseruet, sententiam dicat, accepti & expensi rationes teneat. Magister Monetarum sit, expeditiones & rationes stipendiariorum Curiensium, aliorumq; Regi seruientium, & debita Regia notet. In absentia Thesaurarij supremi, Vicethesaurarius munus eius obeat. *L. 114. P. 199. HL. 278. HP. 190*

Aug. Petr. 1562. O podskarbiem. Thesaurarius, post mortem tenutarij, bona Regalia prouideat, & cui concessa fuerint, ab eo rationes exigat, iuxta inuentarios per Reuisores factos. Rex gratiam alicui facturus, ex suo id faciat, salua Quarta. Thesaurarius quoq; in Conuentu rationem reddat. *HP. 190. C. 13.*

Aug. Mars. 1563. Skarb Koronny. Thesaurus nouo Thesaurario, per quatuor Dignitarios tradatur, qui Regestrum eius conscribant, atq; vnum Regi, alterum Thesaurario dent, tertium ipsi asseruent. *HP. 191. C. 21.*

Alex. Pet. 1504. Propter multiplicationem. Secretarius maior vnus sit, qui ad secretas expeditiones admittatur, & Prælaturas, Dignitates, beneficia expectet, atq; Cancellarijs succedat. *L. 113. P. 181. HL. 239. HP. 32.*

Sig. Crac. 1507. Pro clariori. In Curia sint duo Iurisperiti, alter Spiritualis, alter Sęcularis, qui querelas ac preces supplicum audiant, officialibusq; Cancellariæ, arbitrio Regis, (iure tamen) deciden- *S. 5. P. 57. HL. 221. HP. 32.*

dendas referant, eorum verò officia, ab officijs Iudicum Terrestrium, diuersa sunto.

Sig. Petr. 1538. Referendarij. Referendarij Iudicum officia ne inuadant, sed tantùm circa Regem causas audiant. *S. b 3. P. 58. HL. 221. HP. 32.*

Aug. Petr. 1550. Iż tęż prawem. Iż w Mieleckich. Referendarij causas Teutonicas audiant, easq; cum Cancellarijs referant. *P. 58. HL. 222. HP. 32. C. 4.*

CAPVT SEPTIMVM.

De Officialibus Terrarum, puta Succamerarijs, Tribunis, & Burgrabijs.

Cas. 1368. Item statuimus. Succamerario Cracouiensi, dum Zupparium visitat, debetur Stamen panni Machlinensis, aut decem marcæ, is autem Zuppas nunquam intret, sed ad hospitium descendat, cui sectores vnam mensuram auenæ, octo pullos, sexagenam panis, medium quartale carnium bouinarum, & potum offerant. Nullum tamen in Zuppis manentem iudicet, equum quoq; nullum præter Camerarij in Zuppis constituat; Consules verò Wielicienses & Bochnenses eligat, & iuxta eorum iura iudicet. *L. 81. P. 401. HL. 234. HP. 107.*

Aug. 1565. Podkom: Rożańskie. Succamerarius Terræ Rozanensi detur. *HP. 234. C. 57.*

Aug. Lub. 1569. Podkomorstwie. Succamerarius ad officium suum non iuret, siquidem fide, honore, & conscientia est oneratus, Camerarius tamen & iuratus sit, & possessionatus. *HP. 234. C. 109.*

Sig. 3. Mar. 1593. Podkomorstwo. Succamerarius Terræ Czernensis, officium suum per omnia administret, instar aliorum Succamerariorum. *C. 20.*

Sig. Crac. 1588. Obieránie sądu. Iudicij Terrestris Officiales antiquo more eligantur. Electioni post cessum vel decessum eorum, in sex septimanis, Palatinus Conuentum indicat, hoc negligente *C. 28.*

Palatino, faciat Castellanus. Eodem modo Succamerarij eligantur, qui ex nunc (possessoribus modernis exceptis) iurati esse debent. Conuentus verò eiusmodi tàm securi sint, sicut Conuentus in Electione Iudicum Tribunalis Regni.

Sig. Crac. 1588. Xiewoletnie. Terris, Nurensi, Ostrouiensi, & Camenecensi, Succamerarius ex electione detur, post cessum vel decessum moderni. C. 53.

Sig. 3. Wars 1589 Podkomorzowie. Succamerarij, Liuensis & Nurensis, adæquantur prærogatiuis Succamerariorum Regni. C. 28.

Succamerarius quid iuris habet in limitibus constituendis, habes Parte 2. Capite 17. infrà.

Sig. Petr. 1538. Decernimus. Tribunatus noui, post mortem modernorum possessorum abrogantur, antiqui verò benemeritis conferantur. P. 183. S. 63. HL. 284. HP. 234.

Aug. Petr. 1550. A 13 lez. Tribunatus omnes, post annum 1538. instituti, & ij qui castris carent, abrogantur, antiqui verò, & qui castra habent, benemeritis, iuxta Statutum tribuantur. HL. 284. HP. 234.

Lod. Kas. 1374. Decernentes statuimus. Burgrabij & tenutarij Castrorum, eorumq; homines, in Iudicijs Terrestribus & Castrensibus respondeant, exceptis causis sanguinis. L. 41. P. 383. HL. 30. HP. 235.

Alb. Petr. 1496. Alex. Rad 1505. Aug. 1550. Item quoniam. Capitanei. Chcąc wstrzedz. Neq; Capitanei, neq; Burgrabij, ab intromissione quidquam accipiant. L. 109. 116. P. 239. HL. 123. C. 4.

Sig. Crac. 1507. Cum nouæ. Burgrabij & Iudices Castrenses, sint possessionati, & itinerantes defendant. S. 6. P. 207. 215. HL. 29. HP. 235.

Aug. Wars. 1563 Inne rzeczy. Sicut Castellani, ita & Officiales Terrestres, Burgrabiatum Cracouiensem non ambiant, neq; portitores sint. HP. 236. C. 20.

Idem 1565. Burgrábiowie Krákowscy. Burgrabij Cracouienses, in Arce assidui sint, ita tamẽ, vt singulis quartualibus anni, tribus septimanis, vel integro anno, duodecim septimanis, eis abesse, cum scitu Capitanei, liceat, quopiam in locum suum substituto. HP. 236. C. 47.

Aug. Lub. 1569. Ceyże ziemi. Vexilliferum habeat terra Braczlauiensis. C. 109.

Sig. 3. Wars. 1591. O przysiędze. Officiales Terrestres Masouiæ, in absentia Palatini aut Castellani, iurent super officia, coram officialibus, & Nobilitate illius terræ, in terminis terrestribus. C. 21.

Officia-

Sig. 3. Wars. 1598. O przysiędze Bach. Officiales quoq; terrestres Regni, puta Succamerarius, Iudex, Subiudex, Notarius, possunt super officia sua iurare, absente Palatino & Castellano, coram alijs officialibus Terrestribus, & Nobilitate, in terminis terrestribus, vel positione actorum illius Palatinatus vel Terræ. C. 12.

De Iudicibus, Subiudicibus, & Notarijs Terrestribus, habes infrà Parte Tertia Cap: de Iudicijs Terrestribus.

CAPVT OCTAVVM.

De Capitaneis.

Cas. Wisl. 1368. Insuper statuim⁹. CORAM Capitaneo, si quis alium vulnerauerit, æquè punitur, ac si id coram Rege fecisset. L. 39. P. 208. HL. 303. HP. 197.

Lod. Cas. 1374. Decernimus. Capitanei, & bonorum Regalium tenutarij, in Iudicijs Terrestribus & Castrensibus respondeant, exceptis causis sanguinis. L. 41. P. 383. HL. 29. HP. 235.

Iag. in Czerm. 1422. Item cum. Kas. Nieß. 1454. Item cum. Nullus Iudex Terrestris, potest esse Capitaneus, illius terræ, quam iudicat. L. 48. P. 178. HL. 125. HP. 394.

Sig Petr. 1538. In collatione. Aug. Petr. 1562. O ostátkach Signitarstw. Palatinus & Castellanus, in Capitaneum non eligantur, præter Capitaneum Cracouiensem. S. b 2. P. 178. L. 92. HL. 79. 175. HP. 170.

Kasi. Nieß 1454 Item pollicemur. Rex Terras & districtus ingrediens, iustitiam de Capitaneis faciat. L. 93. P. 207. HL. 223.

Alex. Rad. 1505. Cum essent. Sig. Petr 1519. Capitanei. Sig. Crac. 1543. Satisfaciendo. Capitanei, sicut & reliqui officiales, sint possessionati, & nisi officijs suis ter moniti satisfecerint, officijs priuentur. L. 119. S. 22. P. 177. HL. 32. HP. 197.

Sig. Crac. 1507. Vt Officiales. Pœna negligentium Capitaneorum, ea est: Si Capitaneatum obligatum possidet, 100. marcarum. Si liberum, priuationis. S. 3. P. 206. HL. 32. HP. 197.

Lod. Kas. 1374. In Capitaneum, non nisi Polonus præficiatur. L. 41.

Iudices

Sig. Pet. 1519. Iudices Terreſtres. Crac. 1532. Iudices Caſtrenſes. Sig. Crac. 1532. In eo quod.

Iudices Caſtrenſes, in primis terminis, coram Capitaneis ſeu Vicecapitaneis iurent, ſub pœna priuationis. S. 24. b 1. P. 208. HL. 126. HP. 392.

Rex admoneat Capitaneos, vt malefactores diligentius coërceant. S. 43.

Sig. Pet. 1538. Petitionibus.

Notarius Caſtrenſis Spiritualis eſſe poteſt. S. b 4. P. 208. L. 252. HP. 399.

Aug. Petr. 1550. Iz Kázdy.

Iudex, Notarius Caſtrenſis, & Vicecapitaneus, ex Iudice vel Notario Terreſtri ne ſint, & ſint poſſeſſionati. HL. 125. HP. 394. C. 4.

Aug. Warſ. 1517 Konie Krote.

Capitanei videant, ne equi extra Regnum ducantur, ſub pœna 200. marcarum. HL. 90. HP. 541. C. 7.

Aug. Petr. 1562. O dwoygu Stároſtw.

Duos Capitaneatus cum iurisditione nemo ambiat. HP. 171. C. 13.

Aug. Petr. 1562. O Stárooſtwách.

Capitanei ſine Iurisditione eſſe poſſunt, etiam impoſſeſſionati, tamen pro iniurijs, in Iudicijs Terreſtribus & Caſtrenſibus reſpondeant, perlucra verò, bona Regalia non afficiant, ſed pro exequutione, ad locum poſſeſſionis ipſorum remittantur, citationes quoq; contra eos in reſidentia ponantur. HP. 173. C. 14.

Idem. 1563. Stárooſtowie nie Sądowi.

Idem exiſtimandum eſt, de Articulis Caſtrenſibus, pro quibus Capitanei absq; iurisditione, in iudicijs Caſtrenſibus, reſpondere debent & tenentur. C. 21.

Steph. Warſ. 1581. Pozywánie.

Capitaneus Braczlauienſis, apud viciniorem Capitaneum, pro Cmethonibus fugitiuis conueniatur. C. 215.

Sig. Crac. 1588. O Commiſſiach.

Capitanei, in bonorum Regalium defenſione, eum modum obſeruent, ne labores proprios, & ſegetes conculcent, vel ædificia diruant, ea præſertim, quæ per vnum annum, ſine eius contradictione ſteterunt, ſed tantum vſum ſuum continuent, vel Iure Terreſtri agant. Quod ſi Capitaneus iniurioſus ſit, damnum vel alicui dederit, eo nomine in Iudicio Terreſtri, vbi bona illa ſunt ſita, reſpondeat. Si in illo diſtrictu poſſeſſionatus non ſit, exequutio fiat in bonis, vbicunq; ea habuerit, iuxta Conſtitutioñ. Anni 1562. Quod ſi nuſquam ſit poſſeſſionatus, procedatur contra eum iuxta Conſtitutionem Anni 1588. de proceſſu contra impoſſeſſionatos. Si ſummam in bonis Regalibus habeat, in ea exequutio fiat. Integrũ quoq; ſit Ca- C. 26.

ſit Capitaneis, pro damnis & iniurijs, tàm in Regalibus quàm Capitanealibus prouentibus illatis, iure Terreſtri contra iniurioſos agere, vbi & iurare, tàm pro ſe quàm pro Rege poterint, ſalua appellatione ad Tribunal, vbi ſine vlla remiſsione, tales actiones decidantur. Subditi ex villis Regijs, iniurias ſuas, iure cum Capitanei aſsiſtẽtia proſequãtur, Ciues tamen, ſine aſsiſtentia, more ſolito agere poſſunt. Vbi limites non ſunt, decerni debet vt Nobilis Cõmiſſarios educat ſine intermiſsione. Quodſi poſt factos limites Nobilis vicinus fundum Regium adimat, citari debet ad Iudicium Terreſtre, vbi vel ipſum Iudicium exire, vel iuratos Camerarios mittere debet, ad fundum, & re oculis ſubiecta, recompenſa iuxta liquidationem iniuriam paſsi decernatur.

Sig. Wars. 1539. Stároſtwá.

Capitaneatus cum Iurisdictione, & Arces in confinijs ſitæ, non pueris, ſed viris idoneis, & de Repub. meritis conferantur, quod ſi quis contra eam Conſtitutionem, quidpiam poſtea impetrauerit, collato officio priuetur. C. 36.

Sig. 3. Wars. 1593. Spráwy.

Capitaneus Lomzeñ. Colnæ quærelas offiicijq; cauſas, ſemper in duabus ſeptimanis iudicet, aliaq; iudicia Capitanealia ibidem celebret, ſicut & Lomzæ. Et Vicecapitaneus ibidem ſemper præſens ſit. C. 18.

Sig. 3. Wars. 1593. Grod Kámieniecki.

In Kamieniec Maſouiæ, officium Caſtrenſe inſtituitur, cauſas officij iudicare debet Capitaneus Nurenſis, qui terminos Caſtrenſes quater in anno obſeruare debet. C. 21.

Sig. Wars. 1596. Surrogátia.

Surrogatio Capitaneatus Plocenſis, ad vnum annum, approbatur. C. 11.

Sig. 3. Wars. 1598. Sądy.

Capitaneus Nurenſis, iudicia Caſtrenſia in Kamieniec, in Curia Regali, diebus Lunæ celebret, iuxta Cõſtitutioñ. Anni 1593. C. 28.

Reliqua de Capitaneorum Iudicijs & Actis, habes infrà Par: 3. ſuis Capitibus.

CAPVT NONVM.

De Nobilibus.

Cas. Wis. 1368. Quia filij.

NObilium filij, viuentibus patribus, sigillo proprio non vtantur, sed paterno. L. 9. P. 268. HL. 243. HP. 238

Idem ibidem. Nobilitatis.

Nobilitas sex testibus probatur, quorum duo ex eadem stirpe, duo ex secunda, duo ex tertia genealogia esse debent. L. 16. P. 267. HL. 167. HP. 237.

Idem ibidem. Cum omnis.

Nobilis Nobilem asserens esse filium meretricis, si non reuocat statim, aut negat, probatúe, sexaginta marcis, & reuocationis pœna puniatur. L. 27. P. 268. HL. 167. HP. 238.

Iag. Crac. 1423. Si quis Nobilis.

Qui Nobilem vituperat, si vituperator impar sit, & negat, iuret se non dixisse. L. 46. P. 269. HL. 167. HP. 239.

Idem ibidem. Cmetho verò.

Cmetho, vituperio suo, Nobilem non infamat, bellum seruientem, & Iudicio Terrestri subiectum, nisi ab alio Nobili audiuerit, idem illi fuisse obiectum, & is crimen non diluit. Nobiles tamen in Ciuitatibus, cereuisiam propinantes, & vagi atq; impossessionati, etiam Cmethoni ignobilitatem obijcienti sese expurgent. Ibidem.

Iag. in Iedl. 1433. Cæterum.

Nobilis nullus capi debet, nisi fuerit iure victus. L. 51. 92. P. 270. HL. 167. HP. 240

Kas. Nieß. 1454. Inprimis.

Iag. in Iedl. 1433. Illo tamen.

Fur tamen, latro, incendiarius, homicida, raptor, villarum populator, prædo, vbiq; detinetur, & qui cautionem dare non vult. L. 51. P. 271. HL. 103. HP. 240

Alex. Rad. 1505. Volentes. Et quoniam.

Nobilis dignitatum Ecclesiasticarum capax est, qui vtroq; parente, ex Familia Nobili nascitur, & iuxta morem patriæ inter Nobiles viuit, nec minus Nobilis est, qui patre Nobili, quamuis matre Plebeia natus est, modo viuat instar Nobilium, & artibus mæchanicis abstineat. L. 117. P. 267. HL. 167. HP. 238.

Aug. Pet. 1550. Stuby Slá-chectwem.

Ciuis Nobilitate ornatus, non alias iure Nobilitatis gaudeat, quàm vt abstineat à negotijs, quæ statum militarem non decent. P. 268. HL. 46. HP. 304. C. 3.

Nobilis

Sig. Crac. 1540. Ita postulantibus. Aug. Petr. 1550. Slubem ja-den.

Nobilis obligari sponsione fidei non potest, nisi aut sit iure victus, aut militet, aut seruiat, negotiaúe gerat, vel subditus sit, aut si Reipublicæ causa sit accusandus. P. 271. HL. 260. HP. 241. C. 3.

Steph. Wars. 1578. Plebeiorum Nobilitatio.

Nobilitatio, non nisi in Conuentu fiat, cum scitu Senatorum, vel in bello. C. 189.

Idem ibidem. O Slách-cie.

Nobiles qui bonis venditis, in Ciuitatibus residẽt, bellum seruiant, ex summis, sub pœna priuationis omnium bonorum. Ibidem.

Sig. Crac. 1588. Indigenatus.

Andreas Cardinalis, & Balthasar Bathorei, pro indigenis suscipiuntur, & ad libertates Regni admittuntur, ita vt vterq; fidelitatem Regno iuret: Andreas verò Archiepiscopatum Gnæsnensem non ambiat, neq; Regis inaugurationem vsurpet, sententiam quoq; tanquam Episcopus dicat. C. 64.

Sig. Wars. 1589. O Slách-ctwie.

Si quis se Nobilem asserat, nec sit, bona sua omnia amittat, quorum dimidia pars ad prouentus quartæ partis, dimidia ad delatorem pertineat. Huic verò actioni forum in Tribunali, inter causas officij. Impossessionatus verò conuictus in Turri sedeat, per dimidium annum, saluo iure eorum, qui legitimè creati sunt. Is verò qui hoc nomine aliquem criminatus fuerit, pœnis Statutorum subiaceat, de quibus ibidem cognitio fiat, vbi causa instituta est. C. 18.

Sig 3. Wars. 1593. Declárátia.

Wladislaus & Gabriel Bekesij, pro indigenis tàm Regni quàm Ducatus Lithuaniæ suscipiuntur, & habiles ad omnes dignitates, Spirituales & Sæculares declarantur, ita tamen, vt fidelitatẽ, tàm Regno quàm Ducatui Lithuanię iurent, ex quibus vnus Wladislaus in eodem Conuentu iurauit, Gabriel in proximo Conuentu iurare debet. C. 13.

Sig. 3. Wars. 1593. Indigenatus.

Lucas Stroicz & Hieremias Mogila Valachi, pro indigenis Nobilibus suscipiuntur, modo fidelitatem iurent. C. 14.

Sig. 3. Wars. 1596. Indigenatus.

Georgius Mohila, Metropolita Valachiæ, Simeon Mohila, & Simeon Stroicz Valachi, pro indigenis Nobilibus Regni suscipiuntur. C. 11.

Sig. 3. Wars. 1598. Przyłączenie.

Nobiles Sadurſczij, Iurisdictioni Terreſtri & Caſtrẽſi Lublinenſi incorporantur, ſaluis inſcriptionibus, in Caſtro Kazimirienſi factis. c. 25.

De violentijs, vulneribus, cæde Nobilium, vide infrà Parte 4. De Iniurijs.

CAPVT DECIMVM.

De Ciuitatibus.

Caſ. Wis. 1368. Cum Actor.

IN Ciuitatibus, ius reconuentionale non ſeruetur, ſed Actor ſequatur forum Rei. L. 23. P. 294. HL. 4. HP. 448.

Idem ibidem. Fimem litibus.

Mercatores, ſi quid Nobilibus mutuò dant, citra literalem obligationem, probẽt idipſum per teſtes, alias negans citatus, per iuramentum euadet. L. 16. P. 310. HL. 166. HP. 308.

Idem ibidem. Abuſiua.

Bona Ciuium & villanorum, ſteriliter decedentium, ad propinquos, non ad Dominos, deuoluantur. L. 21. P. 306. HL. 145. HP. 305.

Kaſ. Crac. 1356.

Ius Supremum Magdeburgenſe Cracouiæ fundatur, appellationibus quæ Magdeburgum deferri conſueuerãt abrogatis. L. 167. P. 294. HP. 295.

Iug. Crac. 1422. Ad præcludẽ.

Fraternitates abrogantur, Palatini vèrò cum Capitaneis, alijſq; dignitarijs, menſuras frumentorum & pannorum conſtituant; Fraternitas verò reperta, 70. Marcis Regi mulctetur. L. 47. P. 315. HL. 99. HP. 307.

Sig. Crac. 1532. De Communitatibus.

Fraternitates permiſſæ, modo Palatinus cum alijs dignitarijs & officialibus, precia mæchanicis conſtituat. S. 4. P. 319. HL. 100. HP. 307

Sig. Petr. 1538. Frequentibus.

Sed iterum ſunt omninò abrogatæ. S. 3. P. 321. HL. 100. HP. 307

Idem Crac. 1543. Quandoquidem.

Cautumq; ne amplius obſeruentur, ſub pœna Centum Marcarum, per Palatinum exigenda, quod Capitaneus exequi debet, ſub priuatione officij. Ibidem.

Aug. Petr. 1550. Czechy ij.

Ordine tantùm Eccleſiaſtico illis relicto. Ibidem & C. 4.

Ciuis

Iag. in Ield. 1433. De Ciuitatibus.

Ciuis in Ciuitate reſidens, fumalia non ſoluit, ſuburbanus ſoluat. L. 51. P. 444. HL. 47. HP. 304

Cas. in Korcz. 1451. Item plerumq;. Nicß. 1454. Item volumus.

Palatinus, rerum venditiones moderetur, contrauenientes ſuæ moderationi puniat, menſuraſq; & modos vendendi, in Ciuitatibus conſtituat, idq; ſingulis annis, ſub pœna Regali. L. 88. 95. P. 316. HL. 175. HP. 176.

Alb. Petr. 1496. Item. Quemadmodum.

Palatini, frumentis alijſq; rebus per Kmethones ad forum ductis, precia imponant, Fraternitates tollant, Palatinus verò negligens, equum ambulatorem Regi mulctæ nomine det. L. 105. P. 316. HL. 175. HP. 177.

Præl: Petr. 1503. Dignitarij.

Capitanei Conſtitutiones Palatinales exequantur, ſub pœna priuationis officij, aut Centum Marcarum, ſi obligatum Capitaneatum tenent. L. 111. P. 317. HL. 175. HP. 181.

Alex. Rad. 1505. Quamuis de precio.

Palatini, precia rebus imponant, iuxta quod apud externos emptæ fuerint, contemptores verò Conſtitutionũ Palatinalium, priuentur mercibus. L. 118. P. 317. HL. 176 HP. 177

Sig. Petr. 1507. Ne Conſules.

Palatino precia rebus imponenti, Conſules adſint, & Conſtitutiones exequantur, ſub pœna 100. Marcarum, cuius tertia pars Palatino, duæ Regi debentur. S. 4. P. 317. HL. 176. HP. 180.

Sig. Crac. 1507. Quia poſſet.

Pannos ſtrictiores, vel breuiores, quàm eſſe debent, nemo vendat, ſub amiſsione eorum. S. 4. P. 318. HL. 177. HP. 113.

Aug. Pet. 1565. Sukná ziem. ſkie.

Longi autem eſſe debent vlnis triginta, lati duabus. HP. 313. C. 51.

Sig. Crac. 1588. Strychowá. nie.

Panni externi, per Palatinos non cenſeantur, ſed ea cẽſura ad domeſticos tantùm pannos referatur, quæ tamen vnà cum impoſitione precij merciũ fieri debet, prima die nundinarum; ita vt altera die liberè omnia vendantur. C. 69.

Sig. Crac. 1507. Licet Priuilegia.

In Nundinis vt omnia per talenta & vlnas liberè vendantur, Palatini videant, non obſtantibus Priuilegijs Poſnanienſis Ciuitatis. S. 6. & 6. P. 314. HL. 172. HP. 312.

Sig. Petr. 1538. Licet Priuilegia.

Idem de reliquis omnibus Ciuitatibus, ſub pœna 100. Marcarum.

Sig. Crac. 1510. Querelis.

Palatini ſuis officijs in conſtituendis rerum precijs ſatisfaciant, tranſgreſſores Conſtitutionum Palatinalium quatuordecem Marcarum; Conſules verò, in eos non animaduertentes Centum Marcarum pœna, & negligens itidem Palatinus puniatur. S. 9. P. 318. HL. 176. HP. 175.

Sig. Petr. 1511. Item ne subditi.

Vt mensura à mercatoribus, & Constitutiones Palatinales obseruẽtur, Palatini cum Capitaneis animaduertant. S. 17. P. 318. HL. 156. HP. 314.

Sig. Petr. 1523. Quia mercatores.

Palatini, in constituendis rerum venalium precijs, officijs suis satisfaciant, præsertim ingruente belli necessitate, quos Capitanei, non tantùm non impediant, sed etiam adiuuent. S. 28. P. 319. HL. 176. HP. 177.

Sig. Petr. 1538. Consentientibus. Crac. 1543. Domini Palatini.

Palatini, officia sua in constituendis rerum venalium precijs exerceant, sub pœna 100. marcarum; cuius medietas fisco, alia parti Instiganti cedet: Ciues verò negligẽtes, & Nobiles, subditos suos ad seruandas Cõstitutiones Palatinales, non cogentes, pœna 14. Marcarum puniantur. S. a 5. P. 319. HL. 177. HP. 181.

Aug. Petr. 1562. O Vrzędzie.

Palatini cum Capitaneis in imponendis rerum precijs, officijs satis faciant, sub pœnis in Statutis descriptis. HP. 178. C. 16.

Aug. Petr. 1565. Powinowáctwo Woiewodzie.

Palatinus ad minus bis in anno, cum Capitaneo, vel Vicecapitaneo, Consulibus, Scabinis, & Senioribus artificũ, precia rebus, tàm domesticis (excepto frumento) quàm externis imponat, idq; in Prætorio Ciuitatis primarię, sui Palatinatus, Constitutiones eiusmodi publicẽtur: Transgressor earum ad Procunsulem citetur peremptoriè, & pœna 14. marcarum puniatur, cuius medietas Palatino, alia parti Instiganti cedet, negans per iuramentum euadat; Negligens Proconsul per Palatinale officium, ad Prætorium peremptoriè vocatus, quotiescunq; negligentiæ cõuictus fuerit, toties pœnam 100. Marcarum luat, cuius duæ partes Regi, tertia Palatino cedat, salua tamen appellatione. Rem hoc nomine iudicatam exequatur Capitaneus, sub pœna Centum Marcarum. Proconsules Nobilium, coram dominis conueniantur, & negligentiæ rei, 14. marcarum pœna mulctentur, inter dominum & actorem per medium diuidenda. Palatinus negligens itidem pœna Centum Marcarum puniatur; Nobiles verò ex suis Proconsulibus iustitiam denegantes, ad Iudicium Terrestre citati, pœna 14. Marcarum puniantur, cuius mediatas Iudicio, alia Actori debetur, salua appellatione. HP. 179. 182. C. 51. 52.

Steph. Wars. 1578. Okolo vstaw Woiewodzich.

Peccans contra Constitutiones Palatinales, deferatur ad officium Palatinale, quod cum iniuriam passo agat, contra C. 192.

contra iniuriantem, in absentia verò officij Palatinalis, exequutionem faciat Magistratus Ciuilis.

Idem ibidem 1581. O vstáwách Woiewodzych.

Proconsul non exequens Constitutiones Palatinales, coram officio Palatini & Capitanei accusetur, vbi verò vtrumq; officium idem senserit, transeat in rem iudicatam, si dissensserit, ad Regem sumptibus Ciuitatis remittatur, quæ si infrà duodecim septimanas in Regno, octodecem extra Regnum finita non fuerit, sententia Palatini obtineat. C. 217.

Kas. Nieß. 1454. Item quoniam.

Ciues in foro neminem prohibeant, quo minus tardiusúe vendat, aut emat, sub pœna trium marcarum, per Capitaneum exigenda. L. 95. P. 314. HL. 95. HP. 306.

Idem ibidem. Item statuimus.

In Ciuitatibus, pro vulneribus & homicidijs Nobilium, eorumq; subditorum iure Polonico iudicetur. L. 95. P. 274. HL. 303. HP. 244

Sig. Petr. 1538. Consentientibus.

Sub pœna quatuordecem marcarum, Iudicio Terrestri peremptoriè exigenda. S. a 5. P. 274. HL. 304. HP. 244.

Alb. Petr. 1496. Item statuimus.

Ciues bona terrestria, neq; hæreditario, neq; obligatorio modo possideãt, quæ habent diuendãt, neq; amplio ea emant, sub pœnis arbitrio Regis & Palatini imponendis. L. 105. P. 456. HL. 46. HP. 302.

Alex. Rad. 1505. Cum mercatores.

Ciues bona terrestria possidentes militent. L. 118. P. 457. HL. 46. HP. 302.

Sig. Petr. 1538. Antiquis Constitution. Crac. 1543. De Ciuibus. Aug. Petr. 1550. Mießczánie.

Ciues bona terrestria hæreditaria amplius non emant, neq; ad Inscriptiones admittantur, sub pœna in admittẽtes 100. marcarum, empta verò infrà quadriennium vendant, sub amissione illorum. Propinquiores Nobilis vẽditoris, bona vendita iure retractus ab emptore Ciue vendicent. Ciuitates tamẽ & Communitates hac lege non tenentur. S. b 1. P. 457. HL. 46. HP. 303. C. 3.

Conf. Crac. 1505. Item si aliquis.

Negans mutuum, nisi Inscriptione conuincatur, iuramento euadat. L. 123. P. 310. HL. 166. HP. 308.

Sig. Crac. 1507. Prouidere.

Per villas vlnatim & talentis nemo mercẽtur, sub amissione mercium, exceptis pecoribus, pecudibus, & frumentis. S. 7. P. 313. HL. 95. HP. 315.

Sig. Crac. 1538. Item cum Christianis.

Multò minus id Iudæis liceat. S. b 1. P. 314. HL. 95.

Sig. Petr. 1523. Quia plæriq;

Medici tecas Aromatarias quotannis reuideant. S. 31. P. 322. HL. 12. HP. 338.

Precia

Sig. Crac. 1524. Considerantes.

Precia autem Aromatum sint iuxta Statuta. Ibidem. HL. 11.

Sig Crac. 1524.

In locum Nundinarum Germaniæ, propter boues, Nundinę in Maiori Polonia in Srzem, in Minori in Krzepice constituuntur ad decennium. P. 312. HL. 171. HP. 310.

Sig. Crac. 1507. Vt æqualitas.

Mensura & pondus Cracouien. & Posnanien. sint perpetuò æqualia. Pondus & vlna Leopolienſis cum Lublinensi, sibi correspondeant. S. 7. P 315. HL. 182. HP. 306.

Sig. Crac. 1532. Libram & pond⁹.

Pondus Plocense adæquatur Posnanensi. S. b 2. P. 315. HL. 182. HP. 306.

Aug. Petr. 1565. Vstáwá ná Wagi.

Pondus per totum Regnum tale sit, vt 32. vnciæ libram, triginta duæ libræ lapidem, quinq; lapides Centenarium constituant. Vlna sit vna Cracouiensis, per totum Regnum. Modius in quolibet Palatinatu, in Terris verò Russiæ & Masouiæ, in quolibet districtu, vnus sit, & æqualis. Quarta instar Cracouiensis sit vbiq; vna, quatuor ollam, vigintiquatuor ollæ Barilam, septuaginta duæ verò ollæ, vas Cereuisiæ constituant. Mensuræ & pondera eiusmodi per Palatinum consignentur, & Capitaneis reddantur, in Prætorijs Ciuitatum asseruanda. HP. 314. C. 50.

Sig. Crac. 1588. Miárá.

Huic Constitutioni vt satisfiat & Mensuræ, vasa, vlnæ, pondera, æquales sint, in Palatinatibus, hoc Palatini efficiant ante dimidium annum. C. 69.

Sig. 3. Wars. 1598. Miárá.

Mensuræ, modij, libræ, vlnæ, vasa Cereuisiæ, Quartæ, in Palatinatu Cracouiẽsi in omnibus oppidis tales sint quales Cracouiæ. Vas tamen integrum Cracouiense, ollas sexaginta duas continere debet. C. 36.

Aug. Petr. 1562. O Kupcach.

Mercatores extranei non aliter in Regno mercentur, nisi sint possessionati, & ius Ciuile habeant. HP. 309. C. 16.

Idem Petr. 1565. Kupcy cudzoziemscy.

Quod vt fiat, Capitanei & Magistratus Ciuiles videant: possessionati verò aduenæ mercatores iurati sint, onera ferant, & bona in Regno parta non efferant, sub pœna confiscationis. HP. 309. C. 52.

Aug. Petr. 1565. Rozdawánie gospod.

In Conuentibus & Iudicijs, hospitia distribuat Capitaneus. HP. 260. C. 45.

Ciues

Aug. Petr. 1565. Opráwá mieſt. Lub. 1566. Poprawá mieſt. Petr. 1567. Poprawá mieſt.

Ciues Ciuitates suas muniant, rationẽq; de prouentibus coram Capitaneo & Commissarijs ab Anno 1562. faciant, sub pœna confiscationis bonorum. HP. 304. C. 55. 70. 74.

Sig. Crac. 1540. Statutum de Regestris.

Mercatores debita in Regestris suis annotata, à Nobilibus ante triennium repetant, alioquin reum iure communi in foro competenti conueniant. P. 310. HL. 156. HP. 309.

Idem ibidem. Et quoniam.

Mercatores, si cum mercibus extra Regnum proficiscantur, iurent non esse suas proprias. P. 420. HL. 156. HP. 337.

Idem Crac. 1543. Quanquam. Steph. War. 1581 Solne sklády.

Emporia Ciuitatum in robore conseruantur. P. 321. HL. 89. C. 214.

Aug. Petr. 1550. O Sklády. Idem 1562. O skládziech. Aug. Petr. 1565.

Ciues super Emporia literas in Comitijs reponant, & iudicio Reipub. subijciant. P. 322. HL. 89. HP. 320. C. 59.

Idem ibidem. Vstáwá ná sklády.

Ciuitates, literas super Emporia in Conuentu produxerunt, quæ illis approbatæ sunt. HP. 320. C. 59.

Emporia, non nisi mercatores afficiant, Capitanei ea defendant, & manu teneant, iuxta Priuilegia Ciuitatum, ad hæc Emporia, omnes mercatores vijs solitis & circumscriptis eant. HP. 316. C. 48.

Quoniam autem boues, in depositorijs & Emporijs detineri, iniquum est; ideo Nundinæ per Maiorem & Minorem Poloniam, pro bobus, modo infrà scripto constitutæ sunt.

In Maiori Polonia, Prima dies forensis maior, Feria quinta ante Dominicam Palmarum, Calisij, Wielunij & Wschovvæ. Secunda pro festo Sanctæ Sophiæ, itidem Calisij, Wschovvæ & Miedzyrzeczy. Deinde nundinæ, primæ in Wielun & Baranovv, feria quinta ante Pentecostes. In Kobylin, Kozmin, & Poniecz, feria secunda Pentecostes. In Wschovva, Zbąszyn, Miedzyrzecz. Czarnkovv, pro festo Sanctissimæ Trinitatis. Secundæ Nundinæ pro festo S. Alexij, in Wielun & Baranovv, deinde tertia die post festum S. Alexij in Kobylin & Poniecz. Die Sãcti Petri ad vincula in Wschovva, Zbąszyn,

Miedzyrzecz, Czarnkovv. Tertiæ nundinæ pro festo Sancti Egidij in Wielun, Baranovv, Kobylin, Poniecz: deinde tertia die post Natiuitatem Beatæ Mariæ Virginis in Wschovva, Zbąszyn, Miedzyrzecz, Czarnkovv. Quartæ Nundinæ, pro festo S. Francisci, in Wielun & Baranovv; pro festo Sancti Galli in Wschovva, Miedzyrzecz, & Zbąszyn.

In Minori verò Polonia in Osvvieczym, Primæ Nundinæ pro Dominica Lætare, Secundæ pro festo Sancti Petri ad vincula, tertiæ die S. Egidij, quartæ die S. Francisci, quintæ die S. Martini. In Bendzin, primæ feria quinta ante Pentecostes, secundæ die S. Kiliani, tertiæ septem diebus ante Sancti Michaëlis, quartæ die Sancti Francisci, quintæ die S. Elisabethæ. In Krzepice, primæ post Lætare, secundæ feria secunda ante Pentecostes, tertiæ die S. Alexij, quartæ die S. Egidij, quintæ die S. Francisci.

Vbi cameræ Teloneorum instituantur, & cuilibet integrum erit boues appellere. Extranei verò mercatores, boues non nisi in eisdem nundinis, aut in domibus Nobilium emant. Nobiles verò boues per hyemem seruatos, saginatos, vel à subditis exactos, liberè vel extra fines ipsi pellant, vel domi cui voluerint vendant, absq; vllo Teloneo pellendos, iuxta Constitutionem Anni 1550. de nō soluendis Teloneis sancitam. Capitanei animaduertāt, ne mercatores domestici, vllas merces è Regno efferant, sub earum amissione, sed id extraneis facere, sit integrum, soluto Teloneo. Quod si Capitanei remissiores sint vel idipsum conniueant, per quemcunq; delati & conuicti, tantam summam mulctæ nomine in Thesaurum inferant, quanti merces illorum conniuentiâ elatæ constabant; cuius summæ quarta pars ad delatorem pertineat. Mercatores tamen domestici, ad festum Natiuitatis Domini Anni illius, liberè Regno exeant, debita emonituri & merces allaturi, ad futurum Conuentum, plumbo excepto, quod liberè cultores & mercatores efferant, modò merces non alias pro illo adferant, quàm argentum vel cuprum. Gedanum non nisi frumenta, farinæ & operæ syluestres demittantur. In nun-

Ibidem. Sprawiedliwośći.

In nundinis & Ciuitatibus, quæ Emporia habent, de extraneis mercatoribus, ius dicat Capitaneus. C. 50.

Sig. Crac. 1588. Sklad Poznańśki.

Emporium Ciuitatis Posnanienśis approbatur. C. 68.

Aug. Petr. 1550. Aby Slachtá.

Nobiles possunt habere domos in Ciuitate, modò iurisdictionem agnoscant, & onera ferant. P. 304. HL. 168. HP. 305. C. 4.

Idem ibidem. Studzy Slachectwem.

Ciuis victum instar aliorum Ciuium quæritans, Nobilitatis literis sese tutari non potest. P. 458. HL. 46. HP. 304. C. 3.

Idem ibidem. Iż niemáłe.

Modij publici in Prætorio sint, quibus venditor, non emptor, sine vllis fastigijs, ad amussim, aliâs pod Strych, mensuret. P. 320. HL. 160. HP. 113. C. 4.

Aug. Petr. 1565. Miástá Pruśkie.

Reuisio literarum Ciuitatum Prussiæ, transfertur ad proximum Conuentum. C. 52.

Idem ibidem. Studzy Krolewscy.

Mercatores qui sub patrocinio Regis aut Nobilium mercantur, ad proximum Conuentum, pro mercibus extra Regnum eant, nullas tamen è Regno efferant. C. 52.

Aug. Lub. 1566. Miástá Pruśkie.

Ciuitates Prussiæ, propter non reposita Priuilegia, citari dedent ad Conuentum. C. 69.

Aug. Petr 1567. Pruśkie miástá.

Eædem condemnantur quoad bona exequutioni obnoxia. C. 73.

Aug. Petr. 1565. Towáry.

Mercatura omnis generis mercimoniorum cuilibet sit libera. C. 73.

Steph. Crac. 1576 Osobliwie to.

Monopolia nemo exerceat, sub pœna peculatûs, & literis hoc nomine impetratis, nulla præstetur obedientia. C. 161.

Sig. Crac. 1588. O Legerach.

Mercatores extranei, ius Ciuile & possessionem non habētes, in Ciuitatibus verò mercimonia intercipiētes, & ad arbitrium suum vendentes, infrà duos menses expellantur. C. 68.

Aug Lub. 1566. Jármárcki.

Nundinæ iuxta Constitutiones obseruentur, merces è Regno non efferantur, quod Capitanei & tenutarij cum Teloneatoribus videant, sub pœnis: pro mercibus tamen eatur extra Regnum ad proximum Conuentum. C. 70.

Aug. Petr. 1567. O Miedźi.

Cuprum liberè Gedanum demittatur, exolutis Teloneis. C. 73.

Aug. Lub. 1569. O Podláskiey ziemi.

Mensura per Podlachiā vna sit, talis, qualis est Warssouiæ: quod Palatinus perficiat & constituat. C. 100.

Steph. Wars. 1578. O Piwo Wrocławſkie.

Cereuiſiam Wratiſlauienſem nemo in Regnum infe- c. 190.
rat, vel propinet, ſub pœna 14. Marcarum, per Capitaneum exigenda, non obſtantibus literis Regijs.

Idem ibidem. O pokoiu/ zć.

In Ciuitatibus nihil vi recipiatur, alioquin citatus ad c. 189.
officium Caſtrenſe, peremptoriè ſatisfaciat. Lex autem hæc ad proximum Conuentum duratura erat, quæ tamen poſtea Anno 1589. reaſſumpta eſt, de quo infrà eodem Capite.

Idem ibidem. O przekupniách.

Mercatores pro equis & vino in Vngariam non eant, c. 190.
ſub amiſsione eorum, quod Capitanei & Teloneatores animaduertant, ſub pœna 14. marcarum, per officium Caſtrenſe vicinum exigenda.

Sig. Wars. 1593. O Winá.

Hæc Conſtitutio non debet concernere vina Eidem- c. 16.
burgenſia, Auſtriaca, S. Georgij, & alia, quæ liberè cuilibet emere etiam extra Regnum liceat.

Sig. 3. Wars. 1593. Skłády.

Nullus extraneus, in Regnum vina quælibet, Mal- c. 19.
uatica quoq; & Muſcatæ, falſificata inferat, neq; vllum eorum monopolium exerceat, neq; ea ad cellaria, neq; ad domos quas Vngari in Ciuitatibus pleriſq; poſsident, (quas tamen ſine conſenſu Regio emere non debent) deponant, ſed ea in foro in depoſitorijs vendant, ſub amiſſione vini. Quod attendere debent Capitanei, in bonis Regalibus, in bonis verò hæreditarijs Domini, ſub pœna Centum marcarum, apud Tribunal per quemlibet Nobilem repetenda. Quod ſi vina ſua, intra tres ſeptimanas in depoſitorio non vendiderint, extunc ea vbicunq; in Regno ducant & vendant. Oenopolæ non carius vina vendant, quàm optimum groſsis quinq;, mediocre groſsis quatuor, muſtum groſsis tribus, maluaticũ groſsis quinq;. Quod vt à feſto S. Michaëlis incipiat Palatini videant.

Steph. Wars. 1581. Kráków.

Ciues Cracouienſes, qui officio Conſulari & Scabi- c. 214.
nali, etiam iuris Supremi præſunt, pro iniurijs agant tanquam Nobiles, vbi violator capi non poteſt. Idem de Ciuibus Poſnanieñ.

Sig. Crac. 1588. Porownánie.

Huic Conſtitutioni, aſcribuntur quoq; Ciuitates Leo- c. 67.
polienſis & Warſſouienſis.

Statu-

Sig. Crac. 1588. O niedániu gleytu.

Statutum Anni 1543. de non dandis Salui Conductus c. 25.
literis, ſeruis & ſubditis contra dominos, & Ciuibus contra Nobiles, eorumq; ſubditos, approbatur, dentur tamen Ciuibus & ſubditis, contra Capitaneos & tenutarios, vadia quoq; Nobili contra Nobilem, & Ciui contra Nobilem (modo de nomine ſpecificetur) dari poſſunt, ratione verò vadij, forum in Iudicio Terreſtri, ſalua appellatione ad Tribunal Regni, Literæ deniq; moratoriæ, Ciuibus & Iudæis, contra Nobiles non dentur, inter Ciues verò, ex iuſtis in iure deſcriptis rationibꝰ concedãtur.

Sig. Crac. 1588. Poprawá.

In reparationem Ciuitatis Poſnanienſis, contributio c. 68.
ducillaris ad decennium conceditur, non obſtante Cõtributione Regni, eam verò reparationem, Generalis Maioris Poloniæ & Succamerarius Poſnanienſis reuideant, rationes ad feſtum Sancti Martini audiant, & ea ad Conuẽtus particulares referant.

Sig. 3. Wars. 1598. Poprawá.

Ciues Poſnanienſes de exactione decennali, in repara- c. 32.
tionem Ciuitatis conceſſa, coram Commiſſarijs rationẽ faciant, qua facta, munitiones Ciuitatis, ex arbitrio eorũdem Commiſſariorum reparent, de ijſq; omnibus Commiſſarij Regi relationem faciant.

Sig. Wars. 1589. Beſpieczeńſtwo.

Mercatori ſiue ſuo, ſiue externo, ſi quis merces vi re- c. 25.
ceperit, Theloneumúe iniuſtum ab eo extorſerit, citari poteſt ad quodcunq; officium, tanquam in cauſa iniuſti telonei, vbi citatus in primo termino, coram quocunq; officio Capitaneali comparere, & pœnam de Teloneis, in Statutis deſcriptam reponere, Teloneumq; exactum reſtituere; quod ſi merces interceptæ ſunt, eas reddere tenebitur, cum pœna ducentarum marcarum, toties quoties citatus fuerit, nec recepta reſtituerit.

Sig. 3. Wars. 1590. Dźieśiąta.

Mercatores externi eorũq; ſucceſſores, ſi bona in Re- c. 42.
gno acquiſita extra Regnum efferant, decimam partem relinquant in Ciuitatibus Cracouienſi, Poſnanienſi, Leopolienſi, & Vilnenſi.

Sig. Wars. 1589. Ordinácia.

Ciuitas Zamoſcie iuxta libertates eidem conceſſas, iu- c. 33.
ra & ordinem quem nunc retinet, vel quem ibidem Ioannes Zamoſcius fecerit conſtitueritq;, conſeruatur perpetuò.

Sig. Wars. 1589. Przemyśl.

Ciuitas Præmisliẽ. adæquatur Ciuitatibus Cracouiensi, Posnaniensi, & Leopoliensi, tàm in prosequendis iniurijs, hominibus in officio constitutis illatis, quàm in libertate à Poduodis. C. 44.

Sig. Wars. 1589. Incorporátia.

Incorporatio Aduocatiæ Crosnensis, ad alium Conuentum reijcitur, vbi concedetur, si non sit cum detrimẽto Reipub. Eadem Ciuitas æquiparatur alijs Ciuitatibus, quoad prosequendas iniurias, personarum in officio cõstitutarum. C. 45.

Sig. Wars. 1589. Incorporátia.

Aduocatiæ, Lublinensis, Lancicien sis, Wschovvensis & Sredensis, eisdem Ciuitatibus incorporantur, ita tamen vt prouentus earum, in vsus publicos Ciuitatum cõuertantur, saluo seruitio bellico. C. 46.

Sig. Wars. 1589. Młyny.

Molẽdina Posnanien sia Ciuitati conferuntur, ita vt ex ijs Regi singulis annis, tritici quinq; maldratæ, siliginis verò vigintiduæ, ad arcem Posnanien sem pendantur, habita ratione legalium impedimentorum, & casuum fortuitorum. Moderni tamen possessores, si aduitalitates non habent, iure inde eximantur. Quarta quoq; ex eisdem molendinis non soluetur, siquidem antea soluta non est. C. 46.

Sig. Wars. 1589. Miásto.

Ciuitati Zakroczimensi pro reparatione Catarrhactæ sex banci salis singulis annis ex Camera Regia assignãtur. C. 47.

Sig. Wars. 1589. De iuribus.

Iura Ciuitatum confirmantur, ita sicut in Coronatione confirmata sunt. C. 47.

Sig. 3. Wars. 1598. Exequutia.

Decretum Sigismundi Augusti Regis, inter Ciues & Palatinum Posnanien sem de limitibus villę Rataie latum approbatur, & ad exequutionem deducatur, saluo iure moderni possessoris. C. 24.

Sig. 3. Wars. 1598. Opráwá.

Pro reparatione riparum, Ciuitati Casimirien si certa pensio conceditur, à quolibet nauigio mercatorum per vnum florenum. C. 33.

Sig. 3. Wars. 1598. Approbátia.

Oppida omnia nouiter fundata ab omnibus exactionibus ad annos octo libera sunto. C. 34.

Sig. Crac. 1595. Approbátia.

Priuilegium Regis Stephani Ciuitati Niesvvieß datum, & per Regem modernum confirmatum, per omnia approbatur. C. 5.

CAPVT

CAPVT XI.

De Scultetis.

Cas. Wis. 1368. Cum officium.

NEmo militum aut personarum illustrium acquirat sculteti as citra consensum villæ possessoris, aut domini, aut patroni, alioquin emptio nulla. L. 30. P. 333. HL. 249. HP. 341.

Iag. Crac. 1423. Cum autem.

Scultetus vel Cmetho profugus, nisi quater in Iudicio vocatus redierit, dominus alium loco illius suscipiat, quod si profugus possessori minetur, dominus ad quem fugerit, cum illo ius Polonicum dicat sub pœna XV. quæ est trium marcarum. L. 46. P. 335. HL. 249. HP. 342.

Iag. Crac. 1423. Inutilem.

Inutili & rebelli sculteto, potest dominus villæ præcipere, vt Scultetiam vendat: si emptorem non habuerit, dominus iuxta taxam Scultetiam redimet. L. 46. P. 333. HL. 249. HP. 342.

Sig. Crac. 1511. Errorem.

Hæc lex corrigitur vt pro verbo recipere ponatur præcipere. S. 18. P. 334. HL. 249. HP. 342.

Sig. Crac. 1507. Sæpenumero.

Sculteti, Aduocati, Molitores, scultetias & molendina non vendant absq; consensu domini, sub amissione summæ, domino vel Regi applicandæ. Petẽtibus tamen, cõsensus ad oppignorãdum non negabitur, à quo à singulis centenis florenorũ Cancellariæ debentur grosi 15.

Kas. Wis. 1368. Quia onus.

Sculteti omnes tàm Spiritualium quàm Sæcularium militent. L. 10. P. 867. HP. 343. HL. 249.

Sig. Petr. 1538. Visum est.

Nisi Priuilegijs sint expressè liberati, quæ tamen in Conuentu produci debent. S. 1. P. 867. HL. 249. HP. 343.

Aug. Petr. 1550. Jż gdżie lubżi.

Ex Scultetijs & Aduocatijs, tàm ijs quæ per Scultetos possidentur, quàm ijs quæ exemptæ sunt militetur. Spirituales tamen docere debent in proximo Conuentu, iuxta Statutum Anni 1538. quod Sculteti illorum, bellum seruire non teneantur, quòd nisi probauerint, seruient. P. 868. HL. 250. HP. 343. C. 3.

Aug. Petr. 1562. O służeniu woyny.

De Scultetis Spiritualium, vtrum bellum seruire teneantur, cognitio reiecta ad Reuisionem literarum. HP. 344. C. 16.

Scul-

Aug. Wars. 1563. Woytowſtwá.

Sculteticæ, Aduocatiæ, Mineræ ſeu Conflatoria, tàm ferraria quàm vitrearia, molendina exemptioni obnoxia ſunto, vbi aduitalitas non interceſſerit. HP. 343. C. 22.

Sig. 3. Wars. 1598. Incorporátia.

Ciuitati Wislicienſi Aduocatia in villa Kobylniki, & Aduocatia Croſnenſis Ciuitati Croſnenſi incorporantur. Saluo ſeruitio bellico & ratione de prouentibus. C. 24.

Step. Wars. 1581. Woytowſtwo Wieluńſkie. Sig. Warſ. 1589. Incorporátia.

Aduocatiæ, Wielunenſis, Lublinenſis, Lancicienſis, Wſchouenſis, & Sredenſis, eiſdem Ciuitatibus incorporantur, ita tamen vt prouẽtus earum in vſus publicos Ciuitatum conuertantur, ſaluo ſeruitio bellico. C. 214. 46.

CAPVT XII.

De Cmethonibus & Subditis.

Kas. Wis. 1368. Franciſcus.

MOlendinatorem ad plures Dominos pertinentem, ſi vnus pro ſua iniuria iudicat, alter contradicere non poteſt. L. 21. P. 335. HL. 160. HP. 344.

Idem ibidem. Aubuſiua.

Cmethonum ſine prole decedentium bona, non ad Dominos, ſed ad proximiores deuoluantur, calix tamen vnius cum media marcæ, ex illis ad Eccleſiam Parochialem loci illius detur. L. 21. P. 332. HL. 145. HP. 345.

Idem ibidem. Cum ſecundum.

Nobiles, qui villas iure Teutonico fundatas habent, ſi eodem iure abuſi, Polonicum introduxerunt, ampliùs Teutonico non gaudeant. L. 23. P. 327. HL. 139.

Idem ibidem. Cum ex ſeparatione.

Cmetho non niſi vnus aut duo, de vna villa ad alias tranſeat, præter Domini voluntatem: omnes tamen abire poſſunt, ſi propter exceſſum domini deprædentur, vel ſi Dominus filiam vxoremúe Cmethonis oppreſſerit, vel ſi ſententiam Excommunicationis per annum ſuſtinuerit. L. 24. P. 337. HL. 141. HP. 350.

Idem ibidem. Prætérea.

Cmethoni fugitiuo nihil iuris accedit, quamdiu Domino de loco manſionis ipſius non conſtiterit, poſt acceptam L. 36. P. 338. HL. 142. HP. 348.

ptam verò notitiam, dominus agat infrà annum, alioquin præſcribet. Quod ſi Cmetho iure lucratus, ad dominum redire timuerit, ſolutis domino tribus marcis, & cenſu annuo, liberetur, in iure Teutonico; ſecus non liberatur, niſi hæreditate vendita, & alio æquè diuite in ſuum locum relicto, hyemalibuſq; conſeminatis, aut agro extirpato, ſi nocte fugerit, res omnes relictæ domino debentur, & nihilominus reſtitui debet cum pœna XV. Quod ſi libertatem habuit, tot annis iure Polonico ſeruiat, quot liber fuit; iure verò Teutonico, cenſum tot annorum ſoluat quot libertate vſus eſt.

Kas. Wis. 1368. Ex iure.

Cmetho vel ſubditus, pro pœna, obligatione, aut cautione domini, ne pignoretur. L. 39. P. 332. HL. 145. HP. 348.

Iag. Crac. 1423. Quia libertas.

Cmetho libertatem in cruda radice ſuſcipiens, diſcedere non poteſt, niſi agro extirpato: quo facto, id quod Ius Terreſtre, vel illius hæreditatis ſuaſerit, repetat. L. 46 HL. 141. P. 336. HP. 347.

Idem ibidem. Mellificia.

Apes ſi Cmetho in fundo alterius Domini habeat, nomine tributi, per Dominum ſub quo apes habet, pignorari & iudicari poteſt, quod Dominus Cmethonis impedire non debet, inſtar communis molendinatoris. L. 46. P. 336. HL. 9. HP. 539.

Kas. Korcz. 1451 Item volumus.

Cmetho profugus, iudicio Caſtrẽſi olim repetebatur. L. 88. 98. P. 343. 344. HL. 144. HP. 352.

Alb. Petr. 1496. Pro fugitiuis.

Sed deinceps id fieri Iudicio Terreſtri vel in poſitione Actorum, cautum eſt, primo termino peremptorio.

Alb. Petr. 1496. Item ſtatuimus.

Cmetho profugus, ab omnibus reſtituatur, cum pœna trium marcarum, parti & Iudicio totidem. L. 95. P. 339. HL. 142. HP. 349

Idem ibidem. Item de miſſione.

De dimittendis Cmethonibus, conſuetudo cuiuſlibet terræ obſeruetur. L. 98. P. 339. HL. 142. HP. 349

Idem ibidem. Item prouiden.

Cmetho, ſi plures filios habeat, vnum duntaxat ad ſeruitia, ſtudia, vel artificia mittat, idq; non ſine literis Capitanei, vel Domini. Si vnum tantùm habuerit, maneat in agro paterno. Si fugerit, Domino vndecunq; reſtituatur, ſub pœna 14. marcarum, & nihilominus ſolutâ pœnâ, detentor profugum extradat. L. 99. P. 340. HL. 143. HP. 351.

Idem ibidem. Item propter.

Cmethones in Ciuitatibus non areſtentur, ſub pœna trium marcarum, parti & Iudicio totidem, per Capitaneum L. 99. P. 311. HL. 11. HP. 355.

neum loci exigenda, sed de eis iustitia apud dominum petatur, quæ si negata fuerit, dominus iure competenti conueniatur.

Idem ibidem.

Item innitendo.

Vnus tantùm Cmetho de vna villa, annis singulis transeat, & non detineatur, sub pœna consueta. L. 103. P. 339. HL. 142. HP. 350

Alb. Petr. 1496.

Item licentiam.

Cmetho fugiēs, vbiq; Iure Polonico, in primo peremptorio termino, repetatur, sine dilatione, nisi vera infirmitas reum excusẽt. Capitaneis quoq; Rex mandabit, vt profugos restituant, sub pœnis non recedendo à Iudicio soluendis, vel fideiubendis, alioquin maiori pœna 14. marcarum puniendi. L. 108. HL. 144. P. 344. HP. 353.

Sig. Crac. 1507.

Ad supplicationẽ.

De fugitiuis, etiam in Terris Russiæ obseruari debent leges Alberti Regis, quæ superius expressæ sunt. S. 7. P. 339. HL. 142. HP. 351.

Præl. Petr. 1503.

Item quod.

Cmethonũ filij, ante 12. annum, ad studia, vel qualibet ætate ad artificia exeant, idq; cum scitu Dominorũ, alioquin sortem patrimonij perdent, & restitui debebunt. S. 9. L. 111. P. 341. HL. 143. HP. 352.

Sig. Petr. 1510.

Statutum quod.

Vt concordia.

Consuetudo.

Quando Nobilis.

Cmetho pro rebus in loco controuerso receptis, agere non potest, sed dominus, quia actio est hæreditaria. P. 623. HL. 145.

Sig. Crac. 1510.

Vt concordia.

Fugitiui, tàm per Capitaneos, quàm per Ciues, sub pœnis Regalibus restituantur, vel ad agros à se desertos, alios possessores substituant, præter inquilinos, qui sine cuiusquam iniuria resident. S. 9. P. 340. HL. 143. HP. 354.

Sig. Petr. 1511.

Item moderatione de filiabus.

Eadem Lex ad futurum Conuentum prorogatur. De nubẽtibus verò subditis statuitur, vt impossessionati, possessionatas vxores sequantur, possessionatis verò vxores tradantur. S. 20. P. 341. HL. 143. HP. 352.

Sig. Torun. 1520.

Itẽ cõmoditatib⁹.

Idem Bidg. eodem anno. Statuimus & ordinauimus.

Cmethones, qui antea nullos labores sustinebant, vnum diem ex quolibet laneo, septimanatim dominis laborent, exceptis ijs, qui labores redimere, vel ijs qui ratione suarum possessionum, plus laborare solent. S. 26. P. 336. HL. 141. HP. 347.

Sig. Bidg. 1520.

Quoniam.

Cmetho propter bellum Prussicum profugus, iudicio Castrensi repetatur. S. 26. P. 345. HL. 145. HP. 354.

Lex annalis.

Sig. Petr. 1523.

Item pro Cmethonibus.

Cmethones fugitiui Ministeriali & Nobilibus arestẽtur, & Iudicio Terrestri vel Castrensi repetantur. S. 39. P. 345. HL. 145. HP. 355.

Cmetho-

Sig. Crac. 1532.

Consulen.

Cmethones eorumq; filij, hortulani, & quiuis subditi fugitiui in Ciuitatibus capiãtur, laboribus applicentur, & tandem duodecim grossis receptis dominis restituantur. S. a 3. P. 343. HL. 144. HP. 362.

Sig. Crac. 1532.

Arestandi.

Cmethones & coloni fugitiui in Russia, arestentur, donec iura corrigantur. S. b 1.

Sig. Petr. 1538.

Statuta.

Abrogatur hæc lex. Statuta verò antiqua de repetendis Cmethonibus fugitiuis reassumuntur, quæ etiam ad filios colonorum, & famulos fugitiuos extendi debent. S. a 6. P. 345. HL. 145. HP. 355.

Sig. Crac. 1543.

Si quis alicui.

Cmetho profugus non redimatur, sed restituatur sub pœna, vbi verò per decretum restituitur, id fiat cum pœna: Si moriatur, res nihilominus omnes cum vxore & liberis cum pœna restituantur. P. 340. HL. 143.

Lex annalis.

Aug. Wars. 1557. Bądowywuiąc.

Steph. Crac. 1576. O Stároście Kámień.

Aug. Petr. 1567. Karánie.

Nobilitas Podoliæ, subditos forti Walachici accusatos, coram Capitaneo Camenecensi constituat. HL. 104. HP. 356 C. 7. 163. 76.

Sublata est hæc lex, de quo infrà.

Aug. Wars. 1563. Rękoiemstwo poddanych.

Fideiussoria subditorum in Palatinatu Plocensi abrogatur. HP. 528. C. 23.

Aug. Pet 1565. Rękoiemstwo poddánych.

Idem de Terra Sochaczouiensi. HP. 528. C. 57.

Aug. Lub. 1569. Stárostowie.

Subditos ad labores Valachicos Capitanei è Regno non mittant. C. 109.

Steph. Wars. 1581. Spráwiedliwość.

De Cmethonibus coram Capitaneo Camenecensi statuendis, sublata Constitutione anni 1567. modus repetendæ & administrandæ de subditis, per Podoliam iustitiæ est institutus, sed non nisi ad alium Conuentum. De quo plura habes Parte Sexta de Terris Russiæ, &c. C. 218.

Consuetudo.

Nomine subditi quoq; citare non licet, pro retibus alijsq; instrumentis, in communi flumine receptis, tum & pro transgressione limitum, violatione syluarũ, aliorũq; locorum in differentia positorum, & non limitatorum. P. 623.

Sig. Crac. 1588. Szácunek.

Cmethones fugitiui, cum vxoribus, liberis, & omni suppellectili, vltra quingentas marcas non æstimentur, sub pœna nullitatis totius actus; extradi autem debent post diffinitiuam sententiam, in officio Castrensi proprij districtus. Palatinatu Belzensi iuxta antiquam consuetudinem manente. C. 70.

CAPVT XIII.

De Seruis.

Kaſ. Wis. 1368. Item ſi famulus.

PRO ſeruo golota, dominus in damnis & iniurijs vicinis illatis ſatisfaciat. L. 28. P. 349. HL. 105. HP. 360.

Idem ibidem. Præterea.

Seruus aut villicus, à Domino accuſatus, iuramento cum ſex teſtibus euadat, nec domino iuramentum deferat. L. 30. P. 567. HL. 291. HP. 359.

Idem ibidem. Item ſtatuimus.

Seruus pro domino, aliquem in contentione vulnerans non culpetur. L. 38. P. 278. HL. 242. HP. 356.

Ieg. Crac. 1423. In lege imperiali.

Seruos illiberos & fugitiuos, ſi quis detineat, neq; illos in proxima Curia Regali denunciat, luat pœnam Trium Marcarum. L. 47. P. 350. HL. 243. HP. 357.

Alex. Petr. 1496. Cum verò.

Cum ſeruo, violetæ inuaſionis domus, atq; necis ibidem patratæ accuſato, domin⁹ ius dicat, dum apud ipſum areſtatus fuerit, alioquin ipſe pro accuſato reſpondeat. L. 107. P. 218. HL. 242. HP. 357.

Ibidem. Talis autem.

Quod ſi ante Areſtum fugerit, dominus iuret cum duobus teſtibus, facinus citra ſuum conſenſum, mandatum, ſcientiam, & voluntatem patratum eſſe, & quod anſam fugæ ſeruilis non præbuit.

Alex. Rad. 1505. Cum hac tempeſtate.

Serui niſi furem, & malefactorem iuſſi inſequantur, perpetuò ſint infames, quod ſi quis inſequenti infamiam obijciat, ipſe eandem incurrat. L. 116. P. 567. HL. 243. HP. 358.

Idem ibidem. Quicũq; ſeruien.

Serui ſex ſeptimanis ante bellum, veniam abeundi petant. L. 116. P. 869. HL. 243. HP. 358.

Sig. Crac. 1507. Tum in illa conſtitutione.

Tandem conſtitutum eſt, vt id decem ſeptimanis ante bellum faciant. S. 2. P. HL. HP. ibidem.

Sig. Crac. 1533. Crebrò iam.

Nobilis inculpatus, quod de eius voluntate, ſcientia, mandato, per ſeruos ipſius iniuria vel damnum factum eſt, tenetur iuſtitiam cum ſeruis miniſtrare, ſi apud ipſum areſta- S. 42. P. 349. HL. 242. HP. 358.

areſtati fuerint, ſi verò areſtati non fuerint, extunc non amplius reſpondebit, quam de ijs quæ ad violationis domus, perſonæ inuaſionem, vel Nobilis alicuius necem aut vulnera attinent. De alijs verò iniurijs, puta percuſſione, aut vulneratione Plebeij, frugum depaſtione, conculcatione, & ſimilibus, dominus quidem de areſtatis ius dicat, de poſſeſſionatis tamen Iudicium competẽs quæratur.

Sig. Crac. 1540. Ita poſtulantibus. Aug. Petr. 1550. Slubem 3a. dne.

Seruus, factor, adminiſtrator, miles, ſubditus, Reipub. cauſam agens, & iure victus, ſponſione fidei obligari poteſt, præterea nemo. P. 350. HL. 242. HP. 359. C. 3.

Aug. Petr. 1565. Zeby Chrześcianin.

Chriſtianus Iudæo ne ſeruiat, ſub pœna Turris. Iudęus verò Chriſtianum ſeruum habens, pœna 100. marcarũ puniatur. C. 53.

Steph. Wars. 1578. O Sługi.

Seruum plebeium abſq; teſtimonio nemo ſuſcipiat, neq; foueat ſub pœna 14. marcarum, Iure Terreſtri exigẽda, & nihilominus ſeruum repetenti extradat, quod ſi ſeruus veniam petens, literas à domino non impetrat, coram Iudicio Terreſtri vel Caſtrenſi proteſtetur, ſecus tamen de innatis ſubditis, qui non niſi à ſuis dominis literas petere debent. C. 189.

Sig. 3. Warſ. 1593. O Hultáiach.

Serui vagi & ſubditi, à Dominis profugi, vtriuſq; ſexus qui annuum ſeruitium in certo loco non habent, per Capitaneos eorumq; vices gerentes, nec minus per Magiſtratus Ciuitatum, & Villarum, capiantur, compedibusq; iniectis, ad labores cogantur, donec dominus de eis notitiam habuerit, cui extradi debent, duodecim groſsis pro contentatione receptis. Hoſpites in Ciuitatibus aduenas denuncient Magiſtratibus. Negligentes officiales pœna duplicis 14. marcarum puniãtur, apud officium Caſtrenſe repetenda. Hæc Conſtitutio non niſi Palatinatus Poſnanienſem & Caliſienſem afficiat. C. 14.

Sig. Wars. 1596. O Sługach.

Seruum plebeium ſuſcipiens abſq; literis teſtimonialibus, pœna Centum Marcarum puniatur, in officio Caſtrenſi repetenda. C. 11.

CAPVT XIIII.

De Vagis, Mendicis, & Philistæis.

Kaſ. Wiſ. 1368. Sunt nonnulli.

IS qui bonis ſuis conſumptis vagatur, & ad malas artes atq; rapinas tranſit, & ſi gratiam Regis inuenerit nihilominus infamis ſit. L. 22. P. 562. HL. 285. HP. 360.

Alb. Petr. 1496. Item quoniam.

Laici dietim, horatim, vel ſeptimanatim ſeruientes, vel ſine literis teſtimonialib⁹ venientes, in Ciuitatibus nõ foueantur, ſiquidem inquilini ſeruitijs ſeptimanalibus ſufficient. L. 99. P. 307. HL. 258. HP. 361.

Idem ibidem. Quoniam plures.

Ruſtici tempore meſsis extra Regnum laboratum euntes, per Capitaneos capiantur, & laboribus Regnicolarũ applicentur. L. 103. P. 342. HL. 286. HP. 361.

Præl. Petr. 1503. Item ne Ruſtici.

Quin & quilibet alius poteſt eos detinere, & poſt vnum menſem dimittere. L. 112. P. 342. HL. 286. HP. 362.

Alb. Petr. 1496. Item cum videntur.

Mendici ab officio Ciuili vel à Plebanis conſignentur, abſq; ſignis mendicantes capiantur. Domini tamen poſſunt eos, quos emeritos habent, & laborare non valent, literis ſuis commendare. L. 103. P. 353. HL. 155. HP. 363.

Sig. Petr. 1519. Ruſtici vagi.

Vagos per triduum in Ciuitate abſq; ſeruitio vel artificio manẽtes, officium Ciuile capiat, & aggerib⁹ foſsisq; extruendis applicet. S. 24. P. 343. HL. 286. HP. 362.

Sig. Petr. 1523. Item ad continuandum. Sig. Crac. 1532. In petitione.

Vagabundos & ocioſos Capitanei comprehendant, quod & Nobiles in bonis ſuis non prohibeant, alioquin citati eoſdem ſtatuere tenebuntur. S. 29. P. 343. HL. 286. HL. 362.

Aug. Petr. 1562. O hultáiách.

Statuta de vagis & golotis, per Capitaneos exequutioni mandentur. C. 16.

Eadem

Sig. Crac. 1588. Zebracy.

Eadem Conſtitutio vnà cum Statuto Ioannis Alberti, de Mendicis exequutioni dentur, ſub pœna Centum marcarum, tàm contra Capitaneum, quàm contra officium Ciuile extendenda. C. 70.

Sig. Petr. 1538. Volumus.

Fugientes ad Sileſiam vel Vngariam Capitanei contineant & arceant. S. 61. P. 342. HL. 286.

Aug. Wars. 1557 Cygáni. Idem Petr. 1565. Cygáni áby.

Philiſtæi ſeu Cingani & homines nullius frugi è Regno proſcribantur, nec amplius ſuſcipiantur. C. 7. 53.

Steph. Wars. 1578. Cygáni.

Philiſtæos ſi quis excipiat, puniatur tanquam complex banniti. C. 190.

CAPVT XV.

De Iudæis.

NOtãdum eſt articulos infraſcriptos Priuilegio Ducis Boleslai cõtentos, non habere vim Legis vel Statutorum, ſiquidem Alexander Rex de eis expreſsè ita ſcribit: Quod Nos Alexander Rex, non confirmando Confirmatione ſpeciali, ſed ad cautelam defenſionis contra Iudæos Priuilegijs Regni in iſtum codicem congeſtis, aſcribi mandauimus.

Ex Priuilegio Ducis Boleslai Caliſsij 1264. & Caſ. 1. Crac. 1334.

CHriſtianus ad teſtimonium contra Iudęum non admittatur, niſi cum Iudæo & Chriſtiano. L. 164. P. 357. HL. 130. HP. 365.

Iudæus negans ſe pignus recepiſſe iuramento euadat. Si verò Chriſtianus aſſerit in minore ſumma res ſuas obligatas eſſe, Iudæus verò maiorem petit, Iudæi iuramento ſtetur.

Iudæus ſi pro mutuo impetit Chriſtianum, Chriſtianus iuramento euadat.

Iudæus in pignus omnia recipiat, præter res ſacras, & ſanguine madefactas.

Iudæus

Iudæus pro re furtiua accusatus, iuret se nesciuisse quòd furtiua vel rapta fuerit.

Iudæus, si pignus cum suis rebus amisit, iuret, & absoluitur.

Iudæos inter se non Iudex Ciuitatis, sed ipse Princeps aut Palatinus, eiusúe Iudex iudicet: pro reatu verò personæ, solus Princeps iudicabit.

Pro vulnere Iudęi pœna debetur Principi aut Palatino, ac læso satisfactio.

Bona Iudæicidæ confiscentur.

Pro plaga Iudæi non sanguinolentâ, pœna debetur Palatino, & læso satisfactio.

Iudæi liberum transitum per Regnum habeant, à mercibus non amplius Telonei nomine soluant, quàm Ciuis illius Ciuitatis, in qua Iudæus residet, soluturus esset.

A Iudæis funus ducentibus, nihil exigatur, alioquin exactor tanquam prædo puniatur.

Si quis Cæmiterium Iudaicum dissipet, aut inuadat, grauiter puniatur, & bona confiscentur.

Iactans super Scholam Iudæorum, duobus lapidibus piperis puniatur.

Pœna iudiciaria Iudæorum, lapis piperis.

Iudæus pro contumacia pœnam solitam luat.

Iudæus Iudæum vulnerans, pœnam consuetam iudici soluat.

Iudæi super Rodale non iurent, nisi pro summa, quæ 50. marcas argenti continet, pro minori verò duntaxat ad aspam iurent.

Pro occulta Iudæi interfectione, Rex cõtra suspectũ, patrocinium iure mediante non denegabit.

Violentus percussor Iudæi iure communi puniatur.

Iudex non nisi per querimoniam inuitatus, causam Iudaicam in Iudicium deducat, eosq; circa Scholam, vel vbi ipsi locum iudicijs elegerint, iudicet.

Mense

Mense exacto, post non solutam vsuram, liberato pignore, accrescat vsura vsuræ.

Hospicium nemo apud Iudæum quærat.

Iudæus si super possessiones, aut literas pecuniam dederit, amittet pignus.

Puerum Iudaicum, si quis abduxerit, vt fur puniatur.

Pignus per anni decursum non redemptum, Iudici ostendatur, ac tandem vendatur.

Iudæi suis diebus ligatis non iudicentur.

Si quis pignus Iudæo per vim abstulerit, vt violator Cameræ Principis puniatur.

Iudæus non nisi in loco consueto, iudicetur, nisi ad Principem vel ad Palatinum vocetur, tunc enim præsentiam Principis vel Palatini sequatur.

Iudæus cædis pueri Christiani accusatus, tribus Christianis & totidem Iudæis conuincatur, alioquin pro vsu humani sanguinis non culpetur, deficienti verò actori in probatione pœna talionis irrogetur.

Iudæo idem reddatur quod ab eo acceptum est cum vsuris.

Iudæi equos diurno tempore in pignus recipiant, inculpati quod furtiuos recepissent, per iuramentum euadant.

Iudæos Monetarij, nomine falsæ monetæ absq; nuncio Principis vel Palatini non capiant.

Vicinus Christianus, nisi Iudæo noctu violentiam acclamanti accurrat 30. solidis mulctetur.

Iudæi victualia liberè emant, neq; impediantur sub pœna Palatini.

Cas. Wis. 1368. Cum in vsurarũ. Porro cum.

Iudæi septimanatim vsuras exigant, quod si ad literas pecuniam dederint, debitor per biennium non monitus, ad vsuras non tenetur. L. 26. P. 364. HL. 134. HP. 373.

Idem. Vt noxius.

Parentes filiorum contractibus cum Iudæis factis non obligantur. L. 25. P. 364. HL. 134. HP. 529

Cas. Wis. 1368. Porro cum. Iag. Crac. 1423. Peruersũ.

Iudæi pecuniam super literas ne dent, absq; pignore, alioquin & obligatio nulla, & debitor ad solutionem nõ tenetur. L. 36. P. 365. L. 45. HL. 134. HP. 373.

Caſ. Nieſs. 1454. Item cum.

Iudæi triennio præſcribunt, ſuper bona nihil dent, libertatibus quoq; poſt Coronationem Caſimiri tertij cõceſsis, priuentur. L. 95. P. 365. HL. 134. HP. 374.

Sig. Crac. 1511. Item ne prædicti.

Iudæi ad arbitrium Cancellariæ literas ſoluant. S. 16. P. 366. HL. 135. HP. 374.

Sig. Crac. 1532. Idem Petr. 1538.

De conſpiciendis. Cæterum.

Pignora non per Seniores conſpiciantur, ſed inſcribantur. S. b1. P. 375. HL. 135. HP. 374.

Sig. Petr. 1538. Quoniam.

Iudæus ſi in re furtiua non ſiſtit Euictorem, ſuſpendatur. S. a 6. P. 366. HL. 135. HP. 374.

Idem ibidem. Statuimus.

Iudæi neq; Teloneis, neq; vllis officijs præſint. S. a 6. P. 366. HL. 135. HP. 374.

Sig. Petr. 1538. Volum⁹ præterea. Et quoniam. Ibidem. Quod etiam.

Modum mercãdi iuxta ordinationem Regiam Iudæi exerceant, & pacta cum Ciuitatibus inita obſeruent. S. a 6. P. 367. HL. 135. HP. 375.

Glaucis mitris ſub pœna vnius floreni prodeant, niſi fortè iter faciant. S. a 6. P. 367. HL. 136. HP. 375.

Ibidem. Item cum Chriſtianus.

Vadia propter ſecuritatem Iudæis data, non ad ſingulas perſonas ſed ad Communitates referantur. In villis verò Iudæi ne mercentur. S. b 1. P. 368. HL. 130. HP. 378.

Sig. Crac. 1539. Idem ibidem. Qui Nobiles.

Nobilium Iudæi, in Regia defenſione nihil ſibi promittant. P. 368. HL. 135. HP. 377.

Aug. Petr. 1550. Ronie.

Equos Iudæi extra Regnum ne ducant. P. 422. C. 3. HP. 376.

Mars. 1557. Aby Ronie.

Neq; eiſdem mercentur, alioquin & equos amittant & ſuſpendantur. HL. 90. C. 7.

Aug. Petr. 1562. O Bydźiech.

Iudæi iuxta Statutum Anni 1538. ſeſe conſeruent, Zuppas, Telonea, & alia id genus ne teneant. HP. 378. C. 16.

Aug. Petr. 1565. O Kupiectwie Bydowſkim.

Iudicium de pactis Iudaicis Ciuitatum ſaluis pactis, differtur ad Conuentum proxime futurum. HP. 378. C. 53.

Idem ibidem. A iż też.

Chriſtianus Iudæo ne ſeruiat ſub pœna Turris, Iudæus verò Seruum Chriſtianum tenens, pœna Centum marcarum puniatur. HP. 379. C. 53.

Idem ibidem. O Pátrutiemy.

Iudæis Palatini prohibeant, ne Telonea & alia id genus teneant, ſub pœna 100. marcarum. Ibidem.

Aug. Petr. 1567. O Bydźiech.

Iudæi pacta quæ cum Ciuitatibus habent non excedãt, Telonea, Zuppas, Tabernas, &c. non teneant, ſub pœnis Statutorum, iuſtitiam de ipſis Palatini, vel Domini miniſtrent ſub pœna ducentarum marcarum, non obſtãtibus vllis teſtimonijs & literis. HP. 379. C. 73.

Sig. Crac. 1588. Bydowie.

Iudæi merces & victualia non intercipiãt, neq; in ſuburbijs coëmant, exceptis nundinis, ſub amiſsione mercium & victualium, probatione præmiſſa. C. 70.

Sig. 3. Warſ. 1596 O Obronie.

Iudæis Contributio capitalis imponitur. C. 4.

Alexander.

Formula Iuramẽti Iudaici hæc eſt. Quod Iudæus debet cõuerti contra Solem ſeorſum, & ſtare nudipes ſuper vnam ſedem indut⁹ pallio aut chlamyde, & pileum Iudaicũ debet in capite habere: & ſi lapſus fuerit ter totidem amittit ſertones. Si quarto manet reus in cauſa, tunc dicat is qui ſibi iuramentum narrare debet ſeu prædicere. L. 163. P. 369. HL. 136. HP. 376.

HElia Iudæe ego te moneo per has tres literas, per hanc Legem quam Dominus dedit Moyſi in Tabula lapidea in monte Synai, quod liber iſte, aut Rodale hoc, verum & iuſtum ſit, ſuper quod tu Iudæe iurare debes huic vero Chriſtiano pro tali culpa ſiue cauſa pro qua duxit te ad Iudicium. Et prædicetur illi iuramentum ſic: Quod tu in hac cauſa non es reus pro qua hic Chriſtianus te culpat, ita te DEVS adiuuet, ille, & idem, qui Cœlum & Terram fecit, aërem, & rorem, montes cum vallibus, flores & gramina: & ſi tu reus ſis, quod te lepra & venenum inuadat, quæ precibus Heliſæi Naaman Syrum dimiſit, & Giezi inuaſit: & ſi tu reus ſis, quod te ignis cœleſtis comburat, & morbus inuadat caducus, & fluxus ſanguinis; & ſi tu reus fueris quod tu pereas in anima tua, & in tuo corpore, & in tuis rebus, & vt tibi accidat ſicut vxori Loth accidit, quæ mutata fuit in Statuam ſalis, quando Sodoma & Gomorrha perijt, fiat & tibi. Et ſi tu reus es vt nunquam ad ſinum Abrahæ venires, vbi Chriſtiani, Iudæi, & Gentiles ante Creatorem omnium rerum reſurgent: & ſi tu reus es, quod te Lex Moyſi deleat in Monte Synai quam DOMINVS dedit Moyſi, quam ſolus DEVS digito ſuo ſcripſit in Tabula Lapidea: Et ſi tu reus es quod te confundat omnis Scriptura quæ ſcripta eſt in quinq; libris Moyſi: Et ſi tuum iuramentum non eſt iuſtum, nec mundum, atq; verum, quod te Adonai deleat ſuæ Diuinitatis potentia, & te ſuſcipiant Diaboli, & deducant te in æternam damnationem in ſæcula ſæculorum,

AMEN.

CAPVT XVI.

De Iuramentis Dignitariorum.

QVoniam Iuramenta Principum, Senatorum, & Officialium Regni ad iura personarum pertinent, ea verò vno loco congesta in Statutis habentur. Ideò formulas eorum hic addere placuit.

Iuramentum electi Regis.

Alex. 1505. EGO A. Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, &c. Dominus & hæres, Iuro, ſpondeo, & promitto, ad hæc S. Dei Euangelia, quod omnia iura, libertates, Priuilegia, literas, immunitates, Regni mei Poloniæ, Eccleſiaſticas & Sæculares, Eccleſijs, Regno quoq; Poloniæ, eiuſdemq; Prælatis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, Incolis, & quibuſlibet perſonis, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtentibus, per Diuos prædeceſſores meos, Principes, Reges, & quoſcunq; dominos ac hæredes Regni Poloniæ, præſertim verò per Diuos, Caſimirum antiquum, Loiſch, Wladiſlaum auum, Wladiſlaum patruum, Caſimirum patrem, & Ioannem Albertum germanum, meos, Reges Poloniæ, iuſtè & legitimè donatas, manu tenebo, ſeruabo, cuſtodiam & attendam: in omnibus conditionibus atq; punctis: & omnia illicitè ab eodem Regno alienata, aut diſtracta, pro poſſe meo, ad proprietatem eiuſdem Regni mei allegabo, terminos etiam Regni mei Poloniæ, non minuam: ſed pro poſſe meo defendam & dilatabo. Sic me Deus adiuuet & hæc Sancta Dei Euangelia. L. 161. HL. 137.

Iuramentum Conſiliariorū Regni.

Ego I. iuro: quia Sereniſsimo Principi & Domino, domino A. Regi Poloniæ, fidelis ero: pro eiuſq; Maieſtate, & Rei- L. 161. HL. 137.

& Reipub. Regni ſui fideliter conſulam: Secreta quæ mihi per ſuam Maieſtatē, & Conſiliarios eius dicentur, contingēcia vel Maieſtatē Regiam, vel Rempub. aut vtrumq;, nemini in iacturam Regiam, & Reipub. pandam: & pro poſſe meo vtilitates ſuæ Maieſtatis Regiæ, Regni, & Reipub. augmentabo. Quidquid verò ſciuero, intellexero, aut ſenſero, ſuæ Mageſtati Regiæ, & Regno, & Reipub. nocibile & damnoſum pręcuſtodiam, & ne fiat, me opponam: & illud auertam. Sic me Deus adiuuet, & hoc ſacrum Euangelium, aut hæc S. Crux.

Iuramentum Magiſtri Pruſsiæ.

Ego L. Magiſter generalis Ordinis Sanctæ Marię Virginis, Theutonicorum Princeps, & Cōſiliarius Regni Poloniæ, Iuro, quod ab hac hora, & deinceps fidelis ero, Sereniſsimo Principi Domino K. Regi, & Succeſſoribꝰ ſuis Regibus & Regno Poloniæ; & profectum illorum fideliter procurabo: & negotijs Regis, & Regni fideliter conſulam: & ſecreta quæ mihi qualitercunq; cōmunicata fuerint, in eorum detrimentū nulli pandam: pacem inſuper perpetuam, in omnibus ſuis conditionibus, & articulis, obſeruabo & cuſtodiam. Sic me Deus adiuuet & hæc S. Crux. L. 162. HL. 137.

Iuramentum Conſiliariorum Terrarum Pruſsiæ.

Iuro, quod nunquam ſcienter ero in conſilio, auxilio, aut facto, in tuam læſionem, iniuriam, aut contumeliā, aut honorē, quem habes aut habiturus es: & ſi contra aliquā do aliquid audiuero: pro poſſe meo, vt non fiat, impedimentū præſtabo: aut tibi quanto citius potero, nunciabo. Secreta mihi manifeſtata, ſine tua licentia nemini pandam: vel per quod pandatur faciam. Similiter tibi & Reipub. conſulam: prout videbitur magis expedire, & nunquam ex perſona mea aliquid faciam ſcienter: quod pertinet ad tuam, & Reipub. contumeliam vel iacturam. L. 162. HL. 137.

Consiliarij Terrarum Prussiæ in medio consilij sic iurant.

Ego A. iuro: Serenissimo Domino, Domino Regi Poloniæ, &c. & Successoribus suis fideliter consulere: pro honore & statu suo Regali, ac prouentibus suæ Maiestatis: ac pro communi bono Terrarum Prusię,& Regni Poloniæ: consilium suum secretè retinere: & eum in omnibus præcustodire. Sic me Deus adiuuet, & hæc S. Crux. L. 162. HL. 137.

Iuramentum Ministerialium quando tonduntur per Palatinum.

Ego B. ex nunc, & in antea, fidelis ero Serenissimo Domino meo Regi, &c. negotia Iudiciorum mihi commissa, & credita, & citationes fideliter faciam: super quibuscunq; negotijs, postquam in testimonio requisitus fuero, fideliter recognoscam: non amore, odio, precio, vel fauore: sed pro Deo & iusticia. Nec ero consentiens cuiquam malitiæ: quæ posset quoquo modo opprimere veritatem, obediens etiam ero Iudicio Regali, omnia mihi commissa per Dominos Palatinos, aut alios Officiales Iudicij Terrestris, fideliter recognoscam, nec promouebo falsam causam: & omnia mihi commissa, fideliter, absq; dolo & fraude promouebo. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti. L. 163. HL. 137.

Consules Ciuitatum earundem, & Terrarum, ac Nobilium Cõmunitas, in solio Maiestatis iurabunt forma infrascripta.

Ego N. iuro: quia Serenissimo Principi & Domino, Domino A. Regi Poloniæ, &c. & suis legittimis Successoribus

soribus Regibus, primoq; coronatis, fidelis ero: suæq; Serenitatis honorem, statum Regium, & commodum Reipub. Coronæ, & Terrarum Prussiæ, pro posse meo procurabo, suam Serenitatem de omnibus damnis, quæ sciuero, auisabo, & ea manifestabo fideliter. Sic me Deus adiuuet, &c.

Iuramentum Iudicis & Subiudicis.

Ego A. iuro: quia iustè, secundum Deum, Ius scriptum, æquitatem, & partium cõtrouersias iudicabo: Recognitionesq; susciepiam, diuitis & pauperis, amici & inimici, Ciuis & peregrini, discrimine sublato, & neq; fauorem, neq; odium, neq; præmium, neq; pœnas mihi proposita curabo: sed in iudicando solum Deum, & Ius scriptũm, æquitatem, partium controuersias, & recognitiones, in hisq; omnibus conscientiæ meæ iudiciũ sequar & audiam: aliaq; negotia mihi incumbentia, fideliter,& pro posse meo faciam. Sic me DEVS adiuuet & Sancta Crux Christi.

Iuramentum Notarij.

Ego A. iuro: quia iustè, & secundum Deum, Ius scriptum, æquitatem,& partium controuersias iudicabo: cõsulam Iudici: fideliterq; partium recognitiones, controuersias, affectationes, seu postulationes iuridicas, vel iudicis decreta, in librum Actorum Terrestrium inscribam,& inscribi curabo: diuitis & pauperis, amici & inimici, Ciuis & peregrini discrimine sublato, & neq; fauorem, neq; odium, neq; præmium, neq; pœnam, mihi proposita curabo: sed in iudicando, consulendo, & scribendo, solum Deum, & iustitiam sanctam, & æquitatem, partium recognitiones, controuersias ac Iudicis sententias, in hisq; omnibus conscientiæ meæ iudicium sequar, & audiam: aliaq; negotia mihi incumbentia fideliter & pro posse meo peragã. Sic me Deus adiuuet & Sancta Crux Christi.

Capita-

Capitanei & tenutarij Caſtrorum Pruſſiæ ſic iurant.

Ego B. iuro: quia fidelis ero, in Caſtro tenutæ meæ, illudq; ſeruabo fideliter, Sereniſsimo Principi & Domino, domino, &c. Regi Poloniæ, & ſuis legittimis ſucceſſoribus Regibus Poloniæ, tranquillitatem & ſecuritatem viarum, & iuſtitiam tuebor: & generali ſeu ſupremo terrarum Pruſsiæ Officiali obediens ero. Sic me Deus adiuuet & hæc S. Crux.

Iuramentum Burgrabij Gedanenſis.

Ego N. iuro: quia fideliter ius Regium tuebor, & quidquid ad ius & perſonam Maieſtatis Regiæ pertinet, attendam, & attentabo, agam & procurabo: vt æquè bene pauperi, ſicut diuiti, iuſtitia miniſtretur. Sic me Deus adiuuet & hæc S. Crux.

Iuramentum Notarij Exercitus.

Ego N. iuro: quia Sereniſsimo Domino Regi, & Regno Poloniæ, fideliter ſeruiam: omnia damna in exercitibus, & ſtipendiarijs equitibus, & peditibus, ſuæ Maieſtati, & Regno Poloniæ imminentia, diligenter prouidebo, & cuſtodiam: omnes equos tàm perdamnificatos, quàm ad ſtipendium ſeruitij conductos, & conducendos, veraciter conſcribam. Et hæc omnia diligenter & fideliter faciam: nec eadem negligam, vel omittam, cauſa timoris, odij, amoris, fauoris, vel lucri, vel damnorum gratia: ſed omnia damna Maieſtatis Regiæ & Regni, diligenter cuſtodiam: & ea Maieſtati Regiæ vel domino Capitaneo Exercituum Regni, fideliter reuelabo. Sic me DEVS adiuet & Sancta CHRISTI Crux.

Iura-

Iuramentum quod Valachi præſtare conſueuerunt Regi & Regno Poloniæ.

Nos Barones Vaſalli, & tota Terra Moldauiæ, præſtamus omagium, noſtro & totius Communitatis terræ Moldauiæ nomine, Sereniſsimo Principi Domino Caſimiro & Succeſſoribus Regibus Poloniæ, & Coronæ Regni Poloniæ: promittimuſq; & iuramus, omnem fidelitatem, ſubiectionem, & obedientiam, in perpetuum Serenitati ſuæ, Regno & Regibus Poloniæ. Ita nos Deus adiuuet & Sancta Crux.

Iuramentum Palatini Moldauiæ, quod olim Stephanus VVoyvvoda, Caſimiro Regi, & Regno Poloniæ, in loco campeſtri circa Colomiam feria quinta in craſtino Exaltationis S. Crucis Anno Domini 1485. præſtitit.

Gratioſiſsime Rex, ego omagium præſto, & iuro, ac etiam promitto fideliter ſine dolo & fraude, veſtræ Serenitati, Succeſſoribuſq; Serenitatis veſtræ, Regibus, & Sacræ Coronæ Regni Poloniæ, cum omnibus terris, Baronibus, & hominibus meis, fidelitatem: eſſeq; fidelis & obediens Serenitati veſtræ, Succeſſoribus, & Coronæ Poloniæ Regni. Sic me Deus adiuuet & S. Crux.

Iuramentum Ducis Zatorienſis.

Ego Dux Zatorienſis, iuro: quod fidelis & obediens ero, cum omnibus Subditis Ducatus mei, & cum Ducatu meo, Sereniſsimo Principi, domino A. &c. Regi Poloniæ, &c. gratioſiſsimo, & ipſius Succeſſoribus Regibus, & Regno, ac Coronæ Poloniæ: pro bono ſtatu Maieſtatis Regiæ & Reipub. Regni Poloniæ: & pro vtilitate Maieſtatis Regiæ & Regni conſulam: & quæ ſentio Maieſtati Regiæ, Succeſſoribus & Regno Poloniæ nocitura, percuſtodiam & pro poſſe meo auertam: ac omnia fideliter ad partem Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ agam: fideliter & obedienter mandatis Maieſtatis Regiæ & Succeſſorum ſuorum parebo: & ea implebo. Literas meas iuxta contractum per olim Sereniſsimum Dominum Ioannem Albertum inter me & Regnum factum, ſub meo & ſubditorum meorum ſigillis dabo Maieſtati Regiæ ad Theſaurum Regni: ſubditoſq; vniuerſos meos, ad iuſiurandum iuxta contractum inducam: & iurari, aliaq; quæ ex condictamine debeo facere, faciam. Sic me Deus adiuuet & hæc S. Crux.

Iuramentum terrigenarum Ducatus Zatorienſis.

Ego P. iuro: quod fidelis ero Sereniſsimo Principi, & Domino, Domino Alexandro, Dei gratia, &c. gratioſiſsimo, & Regno ac Coronæ Poloniæ: & poſt mortem Ducis Ianuſij Zatorienſis, Domini mei gratioſi, neminem alium quàm ipſum Dominum Alexandrum Regem, & Succeſſores Poloniæ, pro Domino ſuſcipiam: & me ſibi ſubijciam: ac pro poſſe meo procurabo omne bonum: & auertam omne malum, quod ſciuero imminere Regiæ Maieſtati, & ſuo Regno Poloniæ: omniaq; faciam fideliter, obedienter, & diligenter: quæ ad ſubditum bonum & fidelem pertinent. Sic me Deus adiuuet & hæc Sancta Crux.

Iuramen-

Iuramentum Capitaneorum.

Ego B. iuro: quia fidelis ero in Caſtro A.B. illudq; ſeruabo fideliter, Sereniſsimo Principi & Domino, Domino Regi SIGISMVNDO Poloniæ: & Succeſſoribus ſuis legittimis Regibus Poloniæ: tranquillitatem, ſecuritatem, ac iuſtitiam tuebor: aliaq; munia, mihi, ſeu Capitaneali Officio incumbentia, ſine dolo & fraude exequar. Sic me DEVS adiuuet & CHRISTI IESV Sancta Crux.

Iuramentum deputatorum Tribunalis Regni.

Steph. Wars. 1578. Przyſięgá Sędziow. c. 185.

Iudices deputati ad Iudicium generale Tribunalis Regni, iurent iuxta formulam iuramenti Iudicum Terreſtrium in Statutis deſcriptam, eo addito. Quod in nullis cauſis cointelligentiam ſunt habituri, neque quenquam præcuſtodituri, neque conſilium cuiquam daturi, neq; munera accepturi. Tum quod citra omne eorum ſtudium ſint ad hoc officium electi.

Iuramentum Succamerarij.

Sig 3. Crac. 1588. Obietánie. c. 28.

Ego N. iuro Deo Omnipotenti, quod iuſtè ſecundum Deum, ius ſcriptum, iuſtitiam & controuerſias partium iudicabo, eaſdemq; cõtrouerſias diligenter audiam & ſuſcipiã, ſigna granicialia & eorum poſsibilitates conſiderabo, eaq; fideliter circumſcribam. Acta mea & anteceſſorum meorum fideliter aſſeruabo, & conſcribam. Et in iudicio meo reſpectum nullum perſonarum habebo tàm amici quàm inimici, diuitis & pauperis, hoſpitis & Ciuis. Neminiq; in Iudicio meo fauorem vel odium oſtendam, neq; munera reſpectu Iudicij mei à quoquam ſuſcipiam. Ita me Deus adiuuet & hoc S. Euangelium.

Iuramentum Exactorum.

Sig. Warſ. 1591. Wárunek.

Ego N. iuro, quod in exigenda ſupraſcripta exactione fidelis ero Domino, Domino Sigiſmundo Tertio, DEI gratia Regi Poloniæ, Magnoque Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ, &c. & Reipub. Et volo, obligatusq; ero omni ſtudio, labore, fide, & diligentia, Exactionem iuxta literas vniuerſales in Comitijs Regni proximè præteritis laudatam & conſtitutam fideliter exigere & colligere. Nulli hominum cuiuſcunq; ſtatus, ſexus, & vocationis, propter amorem, aut fauorem, aut recompenſam, parcendo. Primum ex bonis Regalibus & Spiritualibus, deinde ex bonis omnium Nobilium perſonarum, citra præiudicium libertatum & immunitatum, quacunq; authoritate cuicunq; conceſſarum, eos qui hanc Exactionem retinuerint Capitaneo loci deferam. Exactam pecuniam in vſus meos proprios eam non conuertendo, neq; propter fauorem, quietationeſúe minores munera recipiendo, ad manus eorum ad quos ſupraſcriptum eſt, fideliter & integrè reddam. Ita me Deus adiuuet & S. Euangelium.

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

PARS SECVNDA:

De rebus tàm publicis quàm priuatis.

CAPVT PRIMVM.

De rebus Fiſci, & bonis Regalibus.

Ex Priuilegio Caſ. Petr. 1452.

THESAVROS REX COLligat, vt in Rempub. poſsit eſſe liberalis. L. 76. P. 374. HL. 278. HP. 34.

Steph. Crac. 1576 Koroná Krolewſka.

Corona ſeu Diadema Regni, in Theſauro Cracouiæ aſſeruetur, idq; ſub clauibus, Caſtellani Cracouienſis, nec non Cracouienſis, Poſnanienſis, Vilnenſis, Sandomirienſis, Caliſienſis, & Trocenſis Palatinorum, qui illam abſq; communi Senatorum & Ordinum conſenſu, non aperiant, abſentia vnius impedire non debet, quo minus aperiatur, cum fuerit neceſſe. C. 149. 160.

Sig. Crac. 1507. Quoniam ea.

Pecuniarum publicarum, quidquid in Thesaurum relatum fuerit, arbitrio Regio ex consilio Senatorum circa Regem præsentium, nec non Dominorum Terræ, neeessitate laborantis, pro vsu Reipub. dispensetur, reliquum in Thesauro seruetur, vnde si quispiam sustulerit, aut ad vsus priuatos transtulerit quidpiam, fraudis & peculatus reus esto. S. 3. HL. 278. HP. 190.

Ex Priuileg Lod. Kas. 1374.

Terras Regni Rex non minuat, imo augeat. L. 40 P. 376. HL. 190. HP. 34.

Cas. Nicß. 1454. Item cum.

Super Terras & Castra principalia si quis pecuniam dederit eam perdat. L. 93. P 378. HL. 28. HP. 38.

Aug. Petr. 1562. Marsz. 1563. O Statucie Kázimierzowym.

Hoc Statutum ita intelligi debet, vt sese ad integras Terras, Districtus & Castra cum iurisdictione extendat, donationes verò & obligationes, oppidorum & villarum minutiorum, & talium quæ pro castris principalibus non censentur, ante Statutum Regis Alexandri factæ valent. Post Statutum verò Alexandrinum neq; Castrorum principalium, neque aliorum quorumcunq; bonorum Regalium donationes possunt subsistere. Quod si in diuisione hæreditaria, alicui quidpiam bonorum eiusmodi cesit, quæ postea exequutionis iudicio, ad Rempublicam redierunt, integrum sit illi actionem familiæ herciscundæ cohæredibus instituere, præscriptione & vadijs quibuscunque nihil obstantibus. Porro de prouentibus ex vtris bonis maiores minoresúe percepti sunt, arbitri iudicent, quorum sententiæ si stare nolit is, qui ampliores fructus ex bonis Regalibus percepit, iuret alter super expensas in meliorationem bonorum hæreditariorum erogatas, & illas pro rata portione obtinebit. Si etiam bonorum hæreditariorum aliquid cum bonis Regalibus in diuisione acceptum est, denuò ad diuisionem conferatur. Quod si quis in bonis hæreditarijs Oppidum locauit, Castrumúe extruxit, illud retineat, modo alteri tantum soli concedat, quantum occupauit. In quo si conuenire non poterint, stent arbitrio amicorum. HP. 39. C. 9. 18.

Si quis

Si quis in renouatione literarum, summarumúe coniunctione, post Statutum Regis Casimiri facta, vel in translatione summarum ex vnis bonis in alia, probauerit priores literas vel Regem accepisse, vel in Cancellaria relictas esse, etiamsi de tempore datarum nihil expressum sit in nouis literis, summis eiusmodi hoc nomine nihil noceat. Quod si quis partem summæ ante Statutum Alexãdrinum inscriptæ, ex certa causa remisit, eiusq; quantitas in literis expressa non est, iuramento remittentis declaretur, & talis summa illi restituatur. L. 85. P. 376. HL. 27. HP. 36.

Ex Priuilegio Cas. Petr. 1478.

Terra Sandomirienſis, per Ioannem de Rytvviany Regno restituta, amplius ne obligetur. Et si quis super illam partemúe illius, pecuniam dederit, reus criminis læsæ Maiestatis esto, & pro hoste patriæ habeatur.

Ex Priuileg. Lod. Casm. 1374.

Castra tempore pacis per Tenutarios reparentur, tempore autem belli ea quæ sunt in confinio, per homines illius Districtus adiuuentur. Quod si in reparationem Castri Ordines consentiant, reparationem adiuuent, alias si Rex absq; illorum consensu ædificat, suo sumptu id faciat. L. 41. P. 864. HL. 191. HP. 580.

Ibidem & tag. in tedl. 1422.

Castra nulla committantur, ex Ducali genere descendentibus. L. 50. HL. 192. HP. 580.

Lod. Kas. 1374.

Castra & Ciuitates Cracouia, Biecz, Sandecz, Wislica, Woynicz, Zavvichost, Lublin, Sieciechovv, Lukovv, Radom, Lanczyca, Sieradz, Piotrkovv, Brzescie, Krußvvica, Wloczlavv, Miedzyrzecz, Zbaßyn, Kaliß, Naklo, Konin, Pyzdry, non nisi Polonis Rex conferat, reliqua cui voluerit. L. 41. HL. 191. HP. 581.

Aug. Pet. 1550. Ponieważ.

Castra & tenutæ nõ nisi Nobilibus Polonis possessionatis conferantur. C. 4.

Ex Priuilegio. Lod. Kas. 1374.

Bonorum Regalium Præfecti, eorumq; subditi, coram Capitaneis, Iudicibus & Subiudicibus Regni, pareant & respondeant, exceptis causis sanguinis. L. 91. P. 383. HL. 29. HP. 70.

Ex Priuileg. Iagi ad Czerwien. 1422.

Dislimitationem bonorum Regalium, Rex non differat, neq; deneget, modo id vi non exprimatur. L. 48. P. 385. HL. 149. HP. 72.

Bona

Vladisl. Crac. 1440.

Bona Magnæ Procurationis Cracouiënsis, non alienentur, neq; obligentur. L. 84. P. 875. HL. 27. HP. 35.

Aug. Petr. 1562. Wars. 1563. O Státućie Wlád.

Hoc Statutum ita intelligi debet; vt illi qui ante Statutum Regis Alexandri Anni 1504. pecuniam super bona Magnæ Procurationis dederunt, saluam habeant, ij verò qui post Statutum Alexandrinum vel summas inscriptas vel donatum quidpiam in bonis Magnæ Procurationis habent, nihil iuris sibi promittant. Castra tamen cum Iurisdictione si quæ sunt in bonis Magnæ Procurationis, etiam ante Statutum Alexandrinum, post Statutum Regis Casimiri, nulliter sunt obligata. Aduitalitates deniq; in bonis Magnæ Procurationis dari non possunt, nisi quis summam habeat ante Statutum Regis Vladislai inscriptam. HP. 35. C. 9. 18.

Kas. Nieß. 1454. Item statuimus.

Tenutarij bonorum Regalium, pro iniurijs Iure Terrestri respondeant, pecora abacta, ad cautionem dimittant, si secus fecerint, pœnas instar Nobilium luant, quæ ex summis illorum peti possunt. L. 94. P. 383. HL. 26. HP. 70.

Alex. Petr. 1504. Quoniam.

Bona Regalia non nisi communi Ordinum consensu, in Conuentione Regni pro Reipub. necessitate alienentur, idq; cum extenuatione, alioquin si quispiam citra extenuationem pecuniam super bona Regalia dederit, ipso facto & pecuniam perdat & honorem. L. 114. P. 378. HL. 28. HP. 41.

Aug. 1562. O Státućie Alexándrowym.

Statutum hoc Regis Alexandri de non alienandis bonis Regalibus, ita intelligi debet, prout in se sonat, idcirco omnes donationes perpetuæ, concessiones, feuda, vēditiones bonorum Regalium, post latam legem Alexandrinam factæ, deniq; & fundationes Ecclesiarum in omnibus Terris & Ducatibus Regni, nec non Prussiæ, Zatorienſi & Osvviecimenſi cassantur & abrogantur. Feudis Ducum Prussiæ & Pomeraniæ saluis. HP. 41. C. 10.

Ducatus tamen Masouiæ ab eo duntaxat tempore exequutioni subiaceat, quo Priuilegia à Rege Sigismundo accepit.

Alex. Petr. 1504. Qui literas.

Literas super bona Regalia si quis amiserit, coram Capitaneo & Palatino loci illius, infra vnius anni decursum pro- L. 115. P. 380. HL. 150. HP. 67.

sum protestetur, alioquin ad renouationem perpetuò non admittetur, probatio tamen amissionis coram Rege fiat.

Sig. Crac. 1507. Ad tollenda.

In redemptione bonorum Regalium, literæ & inscriptiones diligenter considerentur, de quibus Rex cum Consiliarijs cognitionem faciat, grauato liceat prouocare ad Conuentum. S. 3. P. 381. HL. 26. HP. 68.

Sig. Crac. 1510. Ambiguitatem.

In redemptione bonorum Regalium, literæ ita intelligantur, vt quidquid specificatum est illud teneat, quod si generalitas aliqua speciem sequitur, ad speciem duntaxat referatur: vbi verò in Priuilegio specialis mentio facta non est Thelonei, Currus bellici, fumalium, stationis, iurispatronatus, iuri Regio reseruantur. Generales autem inscriptiones omnia complectuntur. S. 15. ibidem.

Sig. Petr. 1523. Quoniam.

Tenutarij bonorum Regalium, pro limitum iniurijs, coram Rege respondeant, Rex verò ad faciendos limites, Commissarios det, sed post factos limites, neq; Commissarios neq; Reuisores mittat. S. 30. P. 383. HL. 26. HP. 71.

Sig. Petr. 1532. Capitanei.

Si quis ex Capitaneis, ratione limitum cuipiam præiudicauerit, coram Rege ex officio respondeat, alioquin vt priuatus in foro competenti conueniatur. Quod si in bonis alicuius iniuriam fecerit, quę postea in dislimitatione appareat Regalia non fuisse, ipse damnum resarciat. S. b 2. ibidem.

Sig. Crac. 1532. Querela. Petr. 1538. Ad literas.

Nobiles literas super bona sua proferre non tenentur, nisi omnino appareat ea esse Regalia, alioquin res dubia & perplexa ad Conuentum remittatur. S. b 2. 64. P. 384. HL. 151. HP. 69.

Sig. Petr. 1538. Quoniam.

In redemptione bonorum Regalium, homini possessionato, vel impossessionato fideiussores danti, pecunia non arestetur, sed Iure Terrestri cōtra ipsum agatur. Rumationis tempus sex septimanarum ad res proprias exportandas habeat exemptus. Quod si quispiam præter Regem bona redimit, exemptio in districtu fiat, terminus verò redimendorum bonorum Regalium, sit à positione citationis sex septimanarum.

Sig. Petr. 1538. Priuilegia.

Priuilegia publica & priuata, in alium sensum quàm in se sonant, non trahantur. S. c 1. P. 382. HL. 151. HP. 69.

Sig. Crac. 1539. Conſtituimus.

Ad limites cum bonis Regalibus faciendos, non Tenutarij ſed Nobiles Commiſsiones impetrent, interea tamē Tenutarij, bona Regalia defendant. P. 385. HL. 27. HP. 71.

Quis autem ſit modus eius defenſionis, habes ſupra ex Conſtitutione Anni 1588. ſub titulo de Capitaneis Parte 1. Cap. 8.

Sig. Crac. 1539. Idem 1540. Plurimū intereſt.

Bona Regalia Reginæ Bonæ obligata, Nobiles in illis locis poſſeſsionati teneant, defuncta Regina cedant, vel Regi vel Nobilitati redimere cum conſenſu Regio volenti, ſummæ verò filiabus Reginæ debebuntur, quas elocatæ recipiant. P. 379. HL. 25. HP. 66.

Aug Petr. 1550. Aby wigle.

Conſenſus ſuper bona Regalia dati, in robore conſeruantur, modo iuri non ſint contrarij. P. 381. HL. 60. HP. 67. C. 3.

Aug. Petr. 1562. O Zlaczeniu ſummy.

Si quis literas ſuper bona Regalia renouauit, ſummaſue coniunxit, etiamſi priores literæ non inſerantur, neq; Reges nominētur, literæ renouatæ, pro bonis & antiquis cenſeri debent, niſi manifeſtè appareat, ſummas eiuſmodi poſt Statutum Alexandrinum inſcriptas eſſe, quod tamen non metrica ſed literis ipſis probari debet. HP. 45. C. 10.

Idem ibidem. O Przyſiędze

Si quis ipſe, non anteceſſor, in ſuſpitionem veniat, quod ſummam auctam habeat, iuramento probet, quod nihil in fraudem Reipub. egit. De ſummis poſt Statutum Regis Alexandri inſcriptis in diuiſione acceptis, Cōſtitutio eiuſdem Anni de Statuto Regis Caſimiri ſancita obſeruetur, quæ etiam ad donationes in diuiſione acceptas, referatur. HP. 48. C. 10.

Idem ibidem. O ſądzeniu ſtárych liſtow.

Si quis donationem bonorum Regalium, poſt Statutum Alexandrinum habeat, & iudicio exequutionis ſuccumbat, tandem verò literas reperiat, quib⁹ probet ea bona non Regalia, ſed hæreditaria fuiſſe, talis quæſtio in Comitijs decidatur, quod ſi pro petitore iudicatum fuerit, bona eidem reſtituantur. HP. 46. C. 14.

Idem ibidem.

Bona alicuius ſi cōfiſcata, tandemq; ei reſtituta fuerint, talis reſtitutio, pro iuri contraria, cenſeri non debet. *Ibidem.*

Summæ

Aug. Petr. 1562. O ſummách.

Summæ ſuper bonis Regalibus, etiam cum extenuatione, poſt Statutum Alexandrinum inſcriptæ, nullæ ſunt. De Summis autem per Sigiſmundum Regem propter neceſsitatem belli Pruſsici inſcriptis, ſpeciale iudicium in Comitijs fiat. HP. 49. C. 10.

Aug. Petr. 1562. O Zaſtempowániu.

Bona Regalia ſi quis contra leges impetrauit, & tandem pro hæreditarijs alteri vendidit, alienauit, commutauit, vel obligauit, Rex poſſeſsionem ſuam à poſſeſſore recuperabit, bonaq; ſua ab illo ex præſcripto Conſtitutionum vendicabit, ille verò Euictorem ſuum, poſt Curiam termino peremptorio conueniat, vbi conuentus reſpondere & non recedendo ſatisfacere, atq; emptorem ſuum omninò indemnem reddere & ſummam pro bonis acceptam eidem reſtituere tenebitur. Rex quoq; in bonorum illorum poſſeſsione poſſeſſorem ferat, donec ei ab Euictore ſatisfiat. Nec prohibetur Victus vlterius cum ſuo Euictore, ſi quem habet, eadem formula proceſſus agere. Vbi autem ſumma ſpecificata non fuerit, ſed donationis titulo bona inſcripta ſint, poſſeſſor iuret, quāti illa bona acquiſiuit, vel quantam pecuniam numerauit. De commutationibus idem cenſendum. HP. 49. C. 11.

Aug. Petr. 1562. O kázaniu wyſſzpnych. Sobrá ná Krolá.

Bona Nobilium, ex commiſſo vel iuris Caduco, ad Regem deuoluta, Rex alijs Nobilibus conferat, ne quid ſeruitijs bellicis decedat. Fiſci nomine nemo citetur, niſi qui ex bonis Regijs non ſatisfecerit. Quod ſi quis Regi quidpiam inſcripſerit, id Rex in Comitijs, non alio iure repetet, quàm inſcripto. Id tamen de futuris, non de præteritis exiſtimari debet. HP. 52. C. 14.

Aug. Petr. 1562. Státut okolo vſypánia gránic.

Limites inter bona Regalia factos, atq; per Capitaneos diſiectos, Capitanei reſtituant ſub pœna priuationis, Ab Inſtigatore eo nomine citati abſoluuntur. HP. 77. C. 15.

Idem. O czwartey części Státut Krolá.

Literas quæ alienationem bonorum Regalium, donationes, obligationes, venditiones, feuda, in ſe cōtinerent, Cancellarij non extradant, ſub priuatione officij. HP. 53. C. 13.

Aug. Warſ. 1563 Dátáione liſty.

Literas ſuper bona Regalia ſi quis ſuppreſſerit, in Cõuentu deferatur, & in Iudicium vocetur. HP. 48. C. 22.

Aug. Lub. 1569. Conſtitutio.

Eadem lex abrogatur, Citati hoc nomine liberantur, Rex tamen pro bonis ſuis ſemper iure agat. HP. 48. C. 107.

Aug. Warſ. 1563 Poſtáwienie dźierżaw.

Tenutarij bonorũ Regalium quocunq; nomine poſſideant, non moueantur poſſeſsione donec in Conuentu de exequutione Statutorum Regni in toto concludatur, Rationem tamen de prouentibus facturi. HP. 606. C. 21. 54.

Petr. 1565. O dobrách Executiey podległych.

Aug. Warſ. 1563 O Státucie Alexándrowym.

Decreta omnia, in Iudicio Exequutionis, de literis Statutis Regni cõtrarijs lata approbantur, quod ſi quis vigore Conſtitutionis Anni Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Secundi, pro Euictione citatus eſt, terminum in futuris Comitijs habeat, ſi verò interea poſt Curiam quidpiam hoc nomine obtentum ſit, nullitatis vitio ſubiaceat. HP. 40. C. 18.

Aug. Petr. 1565. O Státucie Alexándrowym.

Vigore Statuti Alexandrini, bona Regalia in hæreditatem aut feudum nunquam conferantur. Quod ſi ea in ſummis obligari contigerit, id fiat in Cõuentione Regni generali, propter grauem Reipub. neceſsitatem, cum conſenſu Senatorum, atq; Ordinum Regni, idq; ad extenuationem; Tum vt inter Conſtitutiones illius Conuentus, idipſum referatur, cum declaratione cauſæ ex qua illa obligatio naſcitur, exceptis tamen Caſtris principalibus, bonis Magnæ Procurationis, & Terra Sandomirienſi, quæ neq; ſic obligari poſſunt. Bona verò, quæ ad Regem vel ex commiſſo, vel ex legato, vel iure Caduco pertinent, Regis arbitrio relinquuntur. HP. 43. C. 47.

Aug. Petr. 1565. Rzeczy zápiſane.

Si quis bona ſua Regi dedit donauitúe, de ijs ſtetur Cõſtitutioni Anni 1562. de qua ſupra. Idem verò in poſterum quoq; liceat, & donata Rex in Cõuentu competenter repetat, modo illa bona litigioſa non ſint. C. 48.

Aug. Petr. 1565. Nábycie Pieniędzy.

Rex ſuper bona Regalia, communi ordinum conſenſu acquirat, Quingenta millia florenorum, modo bona ſua hominibus ex Ducali genere oriundis non obliget, neque Caſtra principalia, Aduitalitates quoq; ſuper ſummis eiuſmodi non dentur. HP. 94. C. 58.

Ad ra-

Idem Petr. 1567. O Dańſtáwie.

Ad rationem eius ſummæ Rex contributionem accepit, rationem de ea facturus, modo Exactores quoq; rationem faciant. C. 74.

Aug. Pet. 1565. Sędzenie ſtáłych liſtow.

Cognitio de literis Leonis & Svvidrigeli Ducum, prorogatur ad futurum Conuentum. HP. 46. C. 48.

Aug. Lub. 1566. Liſty Lwá/ Swidrigałá.

Literas ſuper bona ſua ſi quis habet, à Ducibus Leone, Svvidrigelo, & alijs, modo ſe in eorundem bonorum poſſeſsione fuiſſe probet, perpetuò in eis relinquatur. HP. 47. C. 69.

Sig. Crac. 1588. Wieczności.

Bona per Duces Semouitum, Wladiſlaum, & Caſimirum, incolis Palatinatus Belzenſis inſcripta, in dubium non vocentur, pro hæreditatibus cenſeantur, & liberè ſine conſenſu Regio alienentur. C. 53.

Aug. Lub. 1566. Liquidácie.

Liquidationes de ſummis antiquis, in bonis Regalib⁹ inſcriptis, in Conuentu fiant, ſi in Iudicijs competentibus per eos quibus ex Decretis id incumbebat, factę non ſunt. C. 69.

Aug. Lub. 1567. Merita.

Dignitates, officia, & aduitalitates ſuper bona Regalia benemeritis conferantur. C. 73.

Aug. Lub. 1567. Fiſcus.

Fiſci nomine poſt Curiam, non niſi ij cõueniantur, qui ex bonis Regalib⁹ ſatis non faciunt, idq; iuxta Cõſtitutionem Anni 1562. alioquin omnes citati abſoluuntur. C. 75.

Idem ibidem. Gránice.

Limites inter bona Regalia factos, Capitanei obſeruent, ſub pœna 100. marcarum. C. 75.

Steph. Crac. 1576 Cáłże obiecuſtemy.

Bona Iure hæreditario collata, pro feudalibus non cẽſeantur, niſi Priuilegio expreſſum fuerit, ea Iure feudali eſſe collata, qua in re allegationes Iuris externi non admittantur. C. 148. 160.

Idem ibidem. O debrách Iure caduci.

Bona & Vacãtię, quocũq; nomine ad Regem deuolutę, Nobilibus conferantur ſemper in principio Conuentionis, exceptis bonis Ciuilibus, Iure Caduco deuolutis, quæ Rex dabit cui velit. Dubietas de Iure Regio in Cõuentu decidatur. C. 162.

Sig. Crac. 1588. O Rádukach.

Conſtitutio hæc de conferendis bonis ad Regem deuolutis, cum ea declaratione approbatur, ne bona Nobilitaria hærede vacua cenſeantur, quam diu ſucceſſor ad octauum vſq; gradũ incluſiuè, probari legittimè ex vtraq;

linea potest, cuius rei iudicium ad Comitia pertineat. Si verò in bonis iure optimo ad Regem deuolutis, debitum sit inscriptum, illud in primis exoluatur. De bonis tamen Ciuilibus Rex post Curiam ex iuris Ciuilis præscripto iudicabit. In bonis hæreditarijs Nobilium bona iure Caduco non ad Regem, sed ad dominos pertinent, iure propinquorum saluo. Si quis ius Caducũ tàm in bonis Terrestribus quàm in Ciuilibus impetrat, & in probando deficit, hæredibus quos inquietauit, damna refundat, quo nomine plebeius in foro fori, Nobilis in Iudicio Tribunalis, actione officij conueniatur. Quod si & ortum legittimum alicuius Nobilis diffamauit, nec probauit, diffamator seu delator, reuocationis pœna ibidem per Iudicium Tribunalis mulctetur.

Sig. Crac. 1588. O Vácánti ach. — Vacantia officia, Rex ad maximum infrà dimidium anni distribuat. Quæ verò ante ipsa Comitia vacare contigerit, ea conferri debent, infrà vnam septimanam ab incœptione Comitiorum. Quod vrgere debent Terrestres Nuncij. — C. 40.

Steph. Crac. 1576 Feuda. — Feuda in Terris Russiæ & Podoliæ, non alia exequutioni subiaceant, nisi ea quæ post Statutum Alexandrinum collata sunt. — C. 163.

Steph. Warſ. 1578. Donatio Szárawki. — Bona Regalia Szaravvka hæreditario iure donata Iacobo Pretficz. — C. 192.

Steph. Warſ. 1581. Feuda. — Feuda in Terris Russiæ & Podoliæ, ante Statutum Alexandrinum collata, pro donationibus perpetuis & hæreditarijs reputentur. — C. 216. 217.

Sig. Crac. 1588. Zámknienie. — Exequutione Statutorum Regis Alexandri in Terris Russiæ & Podoliæ, ex nunc nemo inquietetur. Exceptis ijs cum quibus lis pendet indecisa. — C. 24.

Idem. Oprá wá. — Reginæ Annæ super bonis Regalibus, in Ducatu Masouiæ, reformantur triginta millia florenorum, & in Ducatu Lithuaniæ itidem triginta millia. — C. 219. 220.

Sig. 3. Warſ. 1593. Oprawá. — Bona Regalia pro reformatione iunioris Reginæ assignantur, Bielsk, Raygrod, Grudziandz, Tuchola, Svviecie, — C. 11.

Svviecie, Lomza, Luboml, Vscie, Iurbork, cum Novvavvola, & venatura, Vpita cum omnibus prædijs, cum iuribus patronatus in eisdem bonis. Super his (saluo iure Senioris Reginæ & modernorum possessorum) Reginali Maiestati modernæ Rex reformat, quinquaginta millia florenorum Polonicalium dotis, & totidem dotalitij. Pręterea donum nuptiale more solito, aureorum duorum millium Vngaricalium. Quæ reformatio tum valeat, si Rex ex Suecia rediens, ad finem vsq; vitæ suæ nobis imperauerit. Castra tamen reformationi subiecta, Nobilibus illorum districtuum conferantur, quorum iurisdictionem reformatio afficere non debet.

Steph. Warſ. 1581 Sánina Rozynſkiemu. — Bona Kotelina dantur Kiriko Rozynski. — C. 220.

Ibidem. Sánina Tczánowſkiemu. — In bonis Regalibus, villæ Bratkovvice, Andreæ Taranovvski, summa decem millium florenorum inscribitur, centum annis extenuanda.

Ibidem. Dánina Swiſłoścí. — Bona Svvislocz, Alexandro & Carolo Chodkevvicijs dantur.

Ibidem. Sánina Czáplí. — Tres Mansi Maximo Czapla conferuntur.

Ibidem. — Viginti Mansi Valentino Polotynski donantur.

Ibidem. — Hobievvieczyce, Cieple, Lubany, seruitia duodecim, Niemiræ dantur.

Sig. Crac. 1588. Sánina. — Tenutæ Krzesovv & Zamech, Ioanni Zamoyski Exercituum Duci pro egregijs in Rempub. meritis in hęreditatem conferuntur. — C. 64.

Sig. Crac. 1588. Potwierdzenie. — Donatio duarũ possessionũ Vlder & Wavvenkul, Prokopio Pieniazek per Regem Stephanũ facta confirmatur. — C. 66.

Sig. Crac. 1588. Potwierdzenie. — Donatio arcis Karkhuzensis, Georgio Farensbach per Regem Stephanum facta approbatur, ea lege, vt is iuramentum fidelitatis Regno præstet. — C. 66.

Aug. Petr. 1562. O Pozwoleniu czwartey części. — Quartam partem omnium prouentuum Mensæ suæ, REX in defensam finium REGNI concedit, ita vt ex singulorum bonorum prouentibus, primum certa pars pro sustentatione Tenutarij assignetur, reliquum in qua- — HP. 52. C. 12.

in quatuor partes diuidatur, quarum tribus Rex pro ordinarijs ſumptibus nec non reſtauratione atq; munitione Caſtrorum contentus ſit, quarta in milites cedat. Rex tamen ipſe ex Theſauro quartam partem ex eis bonis exoluet, vbi prouentus Regij per arendam aduitalem alicui conceſsi ſunt, modo arẽdatores quoq; arendam augeant.

Idem. O Podſkárbiem. O viſżczeniu Podſkárbiego.

Theſaurarius rationem à tenutarijs exigat, & diligenter videat, ne Quarta aliò quàm in defenſam conuertatur. Rex ſi cui gratiam eſt facturus, id ex ſuis tribus partibus faciat. Rationem verò in Conuentu Theſaurarius faciat, ſub pœna priuationis officij; In ratione autem non alijs quietationibus vtatur quàm militaribus. HP. 790. C. 13.

Aug. Petr. 1565. Száffunek.

Nuncij Terreſtres, vnà cum Senatoribus deliberent, de modo diſpenſationis Quartæ partis. HP. 61. C. 48.

Aug. Lub. 1566. Sebrá Execuutiey.

Quartam partem tenutarij ad proximum Conuentum conferant ſub priuatione. C. 70.

Aug. Petr. 1567. Wychowánie Stárośtw.

Ex prouentibus Menſæ Regiæ, quinta pars eorundem prouentuum pro ſuſtentatione Capitanei aſsignatur, quæ tribus partibus Regijs adiungatur. Rex tamen pro dignitate cuiuſcunq; tenutarij ſuſtentationem ipſius cõſtituat, ſalua & intacta Quarta parte. HP. 225. C. 71.

Ibidem. Arendy.

Auctio arendarum Regalium, ita fiat, vt in bonis nudę aduitalitatis, quinta pars prouentuum per Reuiſores cõnotatorum accedat, vbi verò tenutarij arendas aduitales habent, ſoluta arenda reſidui quinta pars pro auctione cenſeatur. Quæ omnia ad Theſaurum inferantur ſub pœna prioribus Conſtitutionibus ſancita. HP. 45. C. 72.

Aug. Petr. 1567. Oddawánie czwartey część.

Quartam partem prouentuum, tenutarij omnes bonorum Regalium, in eiſdem Comitijs conferant, ad manus Theſaurarij, & Commiſſariorum ad id deputatorũ, quod niſi fecerint, Rex in bona illa ſeſe intromittet, & nihilominus Tenutarius ratione Quartæ in Comitijs conueniatur. Si quis poſſeſsionem Regiam non admiſerit, in Comitijs contra illum, tanquam iuri communi inobedientem C. 72.

dientem procedatur, in quo Rex (ſi remiſsior fuerit) per Nuncios Terreſtres admoneatur: Bona tamẽ exequutioni ſubiecta, ad Regem integrè redeant, quorum prouentus Rex in defenſam Regni conuertet, donec vnio cum Lithuanis perficiatur, ſaluis aduitalitatibus.

Ibidem. Wátunek y ßáfunek Czwartey część.

Deliberatio de diſpenſatione vlteriori Quartæ partis, ad proximum Conuentum reiecta eſt, ita tamen, vt Quarta pars anni Sexageſimi Sexti, iuxta inuentaria Reuiſorum in eiſdem Comitijs conferatur; Reſiduorum annorum, in proximo Conuentu ſub pœna ſuperius expreſſa, donec de loco & tempore, conferendæ eiuſdem Quartæ partis concludatur. Ibidem.

Aug. Lub. 1569. Dnátoc my.

De Quarta parte, ſaluo per omnia iure & officio Theſaurarij ita finaliter cõcluſum eſt: Primum vt omnes prouentus bonorum, ex quibus Quarta conceſſa eſt, ad manus Theſaurarij reddantur, qui eos ex arbitrio Regis diſpenſabit. HP. 62. C. 105.

Commiſſarij ſiue Coadiutores quatuor, duo ex Senatu, duo ex Ordine Equeſtri, Theſaurario adduntur, non vt ſint ſocij muneris, cum æquali poteſtate, ſed vt duntaxat illum in exigenda, percipienda, & diſpenſanda Quarta parte adiuuent, idq; propter mortem eius, ſaluo eius honore & officio. Quartam quilibet Tenutarius reddat, ſub amiſsione tenutæ. Teloneatores, Zupparij, (qui poſſeſsionati & Chriſtiani eſſe debent) ex prouentibus itidem Quartam reddant, ſub priuatione muneris, & nihilominus ex bonis hæreditarijs Quarta exoluatur.

Idem & de metallis cenſendum eſt.

Defuncto Tenutario, Theſaurarius ex Mandato Regio poſſeſsionem apprehendat, donec bona illa vacantia alicui conferantur, ne Quartæ quid decedat, alioquin de ſuo Theſaurarius refundet, ſub officij priuatione.

Annatas ibidem quilibet deferat, ſub pœna dupli.

Locus exactionis Quartæ, Caſtrum Rauenſe, tempus, Penthecoſtes.

Quietationes dentur sub sigillo Thesaurarij cum subscriptione Deputatorū, qui conuenire debent ad locum designatum, pro tempore præscripto, sub pœna salario simili.

Regestra quilibet habeat sua, subscripta Collegarum manibus. Liber sit vnus, in quem quietationes inserantur, cuius exemplum sit penes prouentus, aliud ad Conuentum adferatur.

Si famulus alicuius, Quartam ferens, in itinere moritur, vel illum casus aliquis impediat, ille qui pecuniam misit, facta protestatione in proximo Castrensi officio, bona non amittet, sed ad futurum congressum Deputatorum satisfaciat; & casum illum protestatione, atq; iuramento coram Deputatis probet.

Non nisi in defensam atq; milites Quarta cedat, cum scitu Regis & Senatorum. Ita vt Thesaurarius primum stipendia dimidij anni, per vnum ex deputatis Leopolim mittat, qui ea Notario Campestri præsentet, Notarius tandem pro vno Quartuali stipendia exoluat, cum scitu Capitanei Exercitus, reliquum in Prætorio asseruetur, sub Sigillis, Notarij, Capitanei, vel Vicecapitanei, Proconsulis & Ciuitatis, neq; eam pecuniam attingat, nisi pro exolutione stipendiorum, adueniente alio Quartuali. Hoc idem fiet alio semestri.

Si alibi quam in Russia milites sint, deferatur pecunia in locum tutiorem & exercitui proximum, reliquum in loco assignato, sub clauibus & sigillis Thesaurarij & Deputatorum asseruetur.

Pro alio medio anni, denuò Deputati conueniant, pro Circumcisione Domini, & pecuniam militibus mittant, vnus ex Deputatis pecuniam primæ rathæ Leopolim ferat, alter alteram, atq; cum scitu Ducis Exercituum, Notario reddat, sumptus magnos non faciat, & expensas cōnotet, tandemq; rationem eorum faciat.

Absentia Thesaurarij, vel ex Deputatis alicuius, si sit ex iusta causa, non impediat perceptionem Quartæ, modo Nobilem possessionatum, & honestum cum sufficienti mandato, clauibus, & sigillo suo substituat. Quod si vnus ex illis decesserit, reliqui munus obeant, Rege de morte illius certiore facto. In Conuentu nihil prius agatur, quam rationem Thesaurarius cum Deputatis coram Rege, Senatu & Ordinibus faciant, idq; quietationibus non nisi stipendiorum nomine factis. Deputati ab vno Conuentu ad alium constituantur, tandem alij succedant per Regem electi, quibus priores omnia præsente Thesaurario reddant. Si Thesaurarius vel vnus ex Deputatis naturæ ante Conuentum concesserit, superstites rationem perficiant.

Si quis Quartam partem non soluerit, per Deputatos ad Thesaurarium deferatur. Rex verò possessionem bonorum apprehendet, & nihilominus ille ad Conuentum ex bonis hæreditarijs citabitur.

Si Tenutarius ante terminum sui anni moriatur, hæredes non nisi id quod ex facto calculo prouenerit, soluant, reliquum successor nouus exoluat. Quidquid rerum supra inuentarium repertum fuerit, successores recipiant, & debita emoneant, quod Thesaurarius non impediet.

Sub Interregno, Thesaurari⁹ cum Deputatis hæc omnia cum scitu Senatorum perficiat, sub pœna peculatus, qua pœna puniantur etiam ij, qui Thesaurariū & Deputatos in officijs illorum impedirent. Deputati sint iurati, quod officio satisfacient & sub Interregno, nō nisi de scitu Senatorum, Quartam dispensent. Capitaneus Raueñ. iuret, quod etiam sub Interregno Deputatos & Thesaurarium in Castrum excipiet, pecuniamq; publicam propter fures custodiet. Si quando pestis Rauæ vigeret, alius locus per Regem assignabitur. Salarium Thesaurarij mille floreni, Deputatis ex Senatu singulis trecenti floreni, reliquis singulis ducenti floreni.

Steph. Warſ. 1578. Czwárta Część. Causæ Quartæ partis duobus diebus post Comitia pro illa vice tantum iudicatæ, & Commissarij ad eam exigēdam deputati. c. 192.

Sig. Crac. 1588. Chowánie Quárty.

Capitaneus Rauensis adsit Thesaurario Regni & Deputatis, in exigenda Quarta parte, vt sciat quid in Ærario relinquatur, siquidem eorum custodia ad eum pertinet, quam in rem salarij nomine ducentos florenos habeat. Absentes Deputati salario careant. C. 43.

Sig. Crac. 1588. Processus.

Actiones Quartæ iudicēt Deputati, ad rebellium Iudicia Constitutione anni præsentis designati pro vna vice ad proximum Conuentum. C. 43.

Sig. 3. Warſ. 1590. Spoſob.

Causæ Quartæ partis in Comitijs non decisæ ad Iudicia Tribunalis Regni pro hac vice remittuntur, inter causas officij, in quibus Instigator à memoriali liber esse & citati omnes ex Citationibus Conuentionalibus respondere Lublini debent. Excepta Quarta de oppidis Woyn & Lomazy. C. 22.

Idem ibidem. O Quárcie.

Reuisores ad bona non reuisa Rex dare debet, pro annis tamen præteritis respondere nemo debet. Causæ Quartę partis sine mora iudicētur, neq; vltra secunda Comitia protrahantur. Alioquin in tertijs Comitijs respondere nemo tenebitur. Damnum verò Thesaurarius si Instigatori nō detulerit, vel Instigator si id neglexerit, resarciat. Retenta ex decretis tàm Regijs quàm Tribunalis, non alibi quàm Rauæ conferantur. Successores quoq; Ioannis Dulski Thesaurarij Regni, de Quarta ex decretis illi reddita rationem faciant. C. 22.

Sig. 3. Warſ. 1590. Quárta.

Quarta in Palatinatu Wolhyniæ, & Capitaneatibus Luceorienſi, Wlodimirienſi, Krzemenecenſi, Braczlauienſi & Winniczenſi conceditur non derogando summis ante Vnionem super bonis Regalibus inscriptis. Capitanei quoq; & omnes incolæ Palatinatuum Wolhynēsis & Braczlauienſis exequutioni Statuti Regis Alexandri, & Constitutionibus de eadem exequutione, ante & post Vnionem sancitis, non subiaceant. Quinimò ab omnibus citationibus, processibus & decretis, si quæ eo nomine interceſſerunt, liberi sunto. C. 23.

Sig. 3. Warſ. 1591 Pozwolenie Quárty.

Quarta duplex ad annos tres concessa est ex bonis Regalibus liberis, videlicet ab anno 1591. ad annum 1593. C. 7.

quarum

quarum vna more solito pro defensa Regni, altera pro vsu Regis cedere debet.

Sig. 3. Warſ. 1591. O Reuiżo- rách.

Ad videnda loca deuastata in Capitaneatibus Trebovvlienſi, Camenecenſi, Barenſi, Sniatinenſi, alijsq; tenutis & bonis Regalibus, designantur Reuisores, qui inter festa Paschatis & Penthecostes id perficiant, & iuxta eorum attestationes, Quarta Rauæ à Capitaneis locorum illorum exigatur. C. 8.

Sig. 3. Warſ. 1591 Deputaci.

Commissarij ad exigendam Quartam Anni 1591. Rauam deputantur. C. 10.

Sig. 3. Warſ. 1593. Declárácia.

Bona reformationis Reginæ Senioris, puta Bielsk, auena Klescelouienſis, Tykoczynenſis, Raygrodenſis, Augustouienſis, Pontis & molendinorum Warssouienſium, à Quarta liberantur, ad vitam Reginæ, & citati eo nomine absoluuntur. C. 12.

Sig. 3. Warſ. 1593. Libertácia.

Milites pro Quarta ex Oeconomijs Samboriēſi & Oziminenſi citati absoluuntur. Oeconomiæ verò nunquā postea obligentur, neq; confœderationibus, inuasionibusq; quarumcunq; personarum vexentur, sub pœna peculatus. C. 13.

Sig. 3. Warſ. 1593 Deputáci.

Deputati ad exigendam Quartam Rauę pro anno 1593. designantur. C. 19.

Sig. 3. Warſ. 1598 Deputáci.

Deputati ad exigendam Quartam partem Rauam designantur ad annum 1598. C. 44.

Aug. Petr. 1562. O pożwoleniu Cżwartey cżęśći.

Reuisores prouentuum Regalium instituuntur, qui per totum Regnum Inuentarium prouentuum conscribant, exceptis bonis ante Statutum Alexandrinum inscriptis vel obligatis. HP. 52. C. 12.

Idem ibidem. O Reuiżiey.

Reuisio literarum exequutioni subiectarum, differtur ad alium Conuentum. C. 15.

Aug. Warſ. 1563. Rewiżorowie.

Reuisores iterum nominantur, & iam de facto mittūtur, vt prouentus omnes Regales connotent. C. 18.

Si quis ex illis absentiæ iustam causam habeat, liceat Regi alium substituere. C. 19.

Capitanei & Tenutarij Notarios, Scultetos, Villicos & alios eiusmodi seruos adiungant, qui Reuisores de omnibus doceant.

Hoc idem faciant Zupparij & Teloneatores.

Reuisores tamen obedientiam subditorum non impediant.

Si quis in Reuisores peccauerit, in Regiam personam peccasse iudicetur.

Ibidem. Strymárki. Iidem Reuisores commutationes etiam bonorum Regalium vnà cum Capitaneis, eorumúe Vicecapitaneis videant. C. 20.

Aug. Petr. 1565. O Reuizorach. Reuisores in Terras Prussiæ designati, officijs suis satisfaciant, & ad proximum Conuentum referant. C. 53.

Aug. Ibidem. Reuizia áby odložona. Actus & Conclusio Reuisionem ad futurum Conuentum differtur. Ibidem. C. 54.

Reuisionem literarum quas Ciuitates super sua Emporia produxerunt, habes in Constitutione Anni 1565. Fol. 59.

Aug. Lub. 1566. Reuizia. Reuisionis Actus in parte perficitur, in parte verò ad futurum Conuentum reijcitur. C. 69.

Ibidem. Kiedy pußczenie Reuisiey. Reuisionem qui cum tenerentur non admiserunt, subiaceant Constitutioni, citentur ad Conuentum. Ibidem.

Aug. Petr. 1567. Decreta. Decreta in Reuisione & exequutione lata approbantur. C. 74.

Ibidem. Reuidowánie. Reuisio si in aliquibus bonis facta est, vbi fieri non debuit, hoc iuri possessorum non præiudicet. C. 77.

Aug. Lub. 1569. Cíż Lustrátorowie. Priuilegium in Conuentu Anni 1563. oblatum & approbatum, si quis perdidit, Cancellaria aliud simile det. HP. 58. C. 108.

Steph. Crac. 1576. Reuizia Podlaska. Reuisio in Terra Podlachiæ perficitur, & Reuisores ad eam designantur. C. 165.

Aug. Petr. 1562. O Lustráciey. Lustratio bonorum Regalium, quolibet quinquennio instituitur, vt sciatur, vtrum prouentus Regales, aucti an diminuti sunt. Similiter & Quarta, vt inde vel augeatur vel minuatur. HP. 56. C. 13.

Huius

Aug. Lub. 1569. Lustratory. Huius Constitutionis vigore Lustratores per totum Regnum designantur, ita vt vno mortuo, vel ex iusta causa absente, alter substituatur. Ii videant diligenter, vt Quartæ parti (nisi fortè propter casus fortuitos) nihil decedat, sed potius quantum fieri potest accedat. Impediantur etiam à nemine, quominus sub iuramentis subditorum omnia inquirant, iuxta præscriptum Constitutionis Reuisorialis, quæ & Lustratoribus per omnia seruiat. HP. 56. C. 107.

Iidem bona Regalia libera & per Reuisores non conscripta, prę̃sertim ex quib⁹ Quarta pars debetur, cõnotent. Possessores tamen eorum bonorum Quartæ nomine non turbentur, & si qui citati sunt absoluuntur, modo iuxta Inuentaria Lustratorum pro retentis satisfaciant, posteaquam bona reuisa fuerint. Si quid ex prouentibus per casus fortuitos decesit, ad Conuentum referatur, & ibi rationabiliter ex Quarta remittatur.

Iidem Lustratores bona itidem Regalia libera, eorũq; prouentus, per Wolhyniam, Podlachiam, & Kiouiam reuideant, & Inuentaria eorum conficiant.

Quam diu Lustratio finem nõ accipiat, possessores bonorum Regalium iuxta Regestra Quartam inferant.

Iidem Lustratores reuideant loca deserta, quæ vel hæreditario vel feudali Iure distribui debeant per Wolhyniam, Kiouiam & Podlachiam, eaq; omnia connotent, & ad Conuentum referant.

Est hic error in verbo per Podlachiam, Podoliam rectius.

Item bona igni hostili consumpta, in eisdem Terris & per Russiam reuideant, salno iure cuiuslibet.

Item vias publicas conscribant; & in latitudinẽ decem vlnarum emensurent.

Sig. 3. Warsz. 1598. Lustratia. Lustratio bonorum Regalium in exequutionem deduci debet, in proximo Conuentu, statim peractis Senatorum votis, & Lustratores ibidem assignentur, qui iurati esse debent. C. 2.

Adui-

Sig. Petr. 1538. Aduitalitatum. Aug. Petr. 1550. A iż wiele.

Aduitalitates in bonis Regalibus conceſſæ approbantur, niſi ſint Iuri contrariæ. S. b 4. P. 382. HL. 7. HP. 43. C. 3.

Aug. Petr. 1562. O dożywoćiach ná ſtráconych ſummach.

Si quis aduitalitatem in bonis Regalibus habens, eorundem bonorum perpetuam donationem impetrauit, quæ deinde iudicio exequutionis ſublata eſt, nihilominus circa aduitalitatem relinquatur. HP. 45. C. 10.

Idem. O dożywoćiach.

Aduitalitas in bonis antiqua ſumma oneratis conceſſa valet. Quod ſi patri cum filijs data eſt, quamuis filij non ſint ſpecificati, Pater verò ante Conuentum Anni 1562. deceſſerit, vnus ex filijs aduitalitate gaudeat. HP. 43. C. 11.

Aduitalitas duobus pluribuſúe fratribus, coniunctim vel diuiſim conceſſa, vbi quilibet pro ſorte ſua poſsidet, tandemq; vnus moritur, reliqui non in ſortem ipſius, ſed in ſummam duntaxat ſuccedant, ſors verò defuncti exemptioni ſubiaceat. Aduitalitas tamen eiuſmodi non cenſetur ſolidum neq; expectatiua.

Patri quoq; cum filio ſi aduitalitas eſt conceſſa, Pater verò ante determinationem eiuſdem Cõuentus, filio ceſſerit, nõ debet cenſeri pro expectatiua, exceptis locis cum iuriſdictione, quæ perſonas ætate & intelligentia bene vigentes, tempore ipſo ceſsionis requirunt.

Idem cenſetur de aduitalitate, duobus fratribus coniunctim & ſæparatim data, vbi alter alteri ante determinationem eiuſdem Conuentus, iure ſuo ceſsit.

Aduitalitas Marito cum Vxore data, etiamſi alter deceſſerit ſuperſtiti ſeruiat.

Si quid bonorum Regalium conceſſum eſt cuipiam, ad certum temporis ſpacium, totum illud tempus, ad vitam duntaxat vnius perſonæ ex nunc poſsidentis computari debet.

Ibidem. O Arendach dożywotnych.

Arendæ aduitales bonorum Regalium, ſaluis aduitalitatibus augeantur. Liceat tamen Tenutario, ſi velit, omiſſa aduitalitate Regios prouentus poſsidere, & rationem de C. 12. HP. 43.

nem de illis facere. Ii quoq; qui aduitalitates in ſummis exequutione ſublatis habent, nihilominus ad vitam poſsideant, modo quidpiam in Theſaurum inferant.

Aug. Pet. 1565. Dożywoćia ná ſtárych ſummach.

Aduitalitas in bonis Regalibus nemini concedatur, niſi prius aliquid ex ſumma in illis bonis inſcripta remiſerit, vel extenuationem ſuſceperit. HP. 45. C. 48.

Aug. Lub. 1566. O Dożywoćiach.

Quod ita poſtea declaratum eſt, vt is qui aduitalitatem impetrat, quartam partem ſummæ remittat. HP. 44. C. 70.

Sig. Crac. 1588. O ſtárych ſummach.

Hæc autem quarta pars ita computari debet, vt tota ſumma in quatuor partes diſtincta, vna pars remittatur, ita vt quælibet ſumma poſt quatuor aduitalitates extinguatur; quint⁹ verò poſſeſſor ad Theſaurũ reſpondeat, & Quartam ſoluat, exceptis poſſeſſoribꝰ modernis, qui poſt Conſtitutionem eo nomine ſancitam quinto loco Aduitalitates habent. C. 42.

Aug. Petr. 1565. Nábyćie pięniędzy.

Aduitalitas ſuper bonis, in ſumma ad rationem Quingentorum millium, vigore Conſtitutionis accepta, obligatis, non valet. C. 58.

Aug. Petr. 1562. O Strymárach.

Commutationes cum detrimento Reipub. factæ tollantur. Reuiſores ſpeciales mittentur, qui illas videant, & ad Conuentum referant. In poſterum verò contractꝰ commutationum in bonis Regalibus non aliter celebrẽtur, niſi præmiſsis Reuiſoribus, authoritate Conuentus, cum conſenſu omnium Ordinum. Quod ſi quis pro perpetua bonorum Regiorum donatione, bona hæreditaria, vel ſummam bonam antiquam Regi conceſsit, atq; illa donatio iudicio exequutionis ſubſiſtere nõ potuit, etiamſi idipſum in literis donationis expreſſum non ſit, poſteaquam probatum fuerit, ex eo capite bona in poteſtatem Regiam conceſsiſſe, bona vel ſumma illa reſtitui petitori debent, qua de re Iudicium in Conuentu ſuſcipiatur. HP. 50. C. 11.

Aug. Warſ. 1563 Strymárki.

Commutationum Reuiſioni adſint Capitanei, vel eorum Vicecapitanei. HP. 51. C. 20.

ug. Petr. 1567. Strymárki.

Commutationes non reuisæ & authoritate Conuent[o] non approbatæ non valent. Quemadmodum Cõmutatio bonorum Blizanovv & Tykadlovv approbata non est. C. 73.

Aug. Lub. 1569. Strymárki.

Commutationes ritè suo modo celebratæ, in Acta Cõuentionis inserantur, quorum vnum Exemplar in Cancellaria, aliud apud Commissarios Quartæ reseruetur, & ad Cõuentum referantur. Præterea commutans in Iudicijs Terrestribus commutationem publicet, & Ministerialem ad intromittendum impetret, saluis antea celebratis commutationibus. C. 107.

Sig 3 Wars. 1598. O Strymárkach.

Commutationes in Reuisione literarum vsque ad annum Sexagesimum Nonum approbatæ, in robore conseruantur, neq; in dubium vocentur. Nouæ autem iuxta præscriptum Constitutionis eiusdem anni 1569. fiant. C. 12.

Idem ibidem. Approbatia.

Commutatio cum Nobilibus Zmudzkie in Capitaneatu Chelmensi per Commissionem facta approbatur. C. 29.

Aug. Petr. 1562. Warsz. 1563.

O sadzeniu stárych listow. Przywileie stáre.

De bonis nullo iure per Regem ademptis, Iudicium in Comitijs fiat. HP. 59. C. 14. 20.

Aug. Petr. 1565. Sadzenie stárych Listow.

Cognitio de bonis nullo iure ademptis, prorogatur ad futurum Conuentum. HP. 46. C. 48.

Steph. Warsz. 1581. De bonis nullo iure.

Ii qui de bonis nullo iure ademptis conqueruntur, in Iudicijs Terrestribus causas suas publicent, & inscribant, quæ tandem per Capitaneos Regi remittantur, propter informationem Instigatoris. Bona tamen nullo iure per Regem recepta, semper repetere liceat, præscriptione nõ obstante. C. 214.

Sig. Crac. 1588. Bona nullo iure.

In actionibus bonorum nullo iure ademptorum, sicut Nobili contra Regem, ita & Regi contra Nobilem, præscriptio non prodest, sed integrum sit cuilibet, bona sua iuris ordine repetere, quibusuis præscriptionibus, processibus, perlucris, & aduitalitatibus non obstantibus. Eas verò REX cum Senatoribus & Nuncijs in Conuen- C. 28.

Conuentu cognoscat, ad minus vna die in cuiuslibet septimanę.

Aug. Petr. 1567. Mlyn Motewski.

Apud Molendinum Mantevv dictum Capitaneus Iunivvladislauiensis aquam demittat, sub priuatione officij, & decreto Regio eo nomine lato satisfiat ad festum S. Margarethæ. Molendinum verò ipsum in posterum in damnum cuiuspiam, perpetuò ne ædificetur. C. 76.

Aug. Wars. 1563 Woytowstwá.

Aduocatiæ, Scultetiæ, Mineræ, tàm ferrariæ quàm vitreariæ, Molendina, vbi aduitalitas non intercesit, sunt exemptibilia. HP. 343. C. 22.

Aug. Petr. 1550. A iż wiele.

Epectatiuæ iuri contrariæ, Iura patronatus quæ Spirituales in certas personas impetrant, nec non solida omnia abrogantur, saluis aduitalitatibus. HL. 92. C. 3.

Sig. Wars. 1589. Summá.

Pensiones omnes cuilibet à Rege concessæ in Comitijs cognoscantur, vbi quilibet cum iure suo adsit, saluo interea cuiuslibet Priuilegio. C. 17.

Sig. 3. Wars. 1590. O Jurgelstách.

Pensiones annuæ per Sigismundum III. Regem concessæ non à Tenutarijs bonorum Regalium, sed ex Thesauro petantur, alioquin Tenutari[s] pecuniam suo damno numerabit. Rex verò pro libitu suo & cuiusq; meritis eas ex Thesauro distribuet. Nihilominus de omnibus pensionibus cognitio in Conuentu fiat. C. 24.

Sig. Wars. 1589. Summá.

Summa quinq; millium florenorum Andreæ Karchovvski super Castro Sievveiß inscribitur. C. 40.

Idem ibidem.

Petro quoq; Podbielski, summa duorum millium florenorum in bonis Regalibus inscribitur. Ibidem.

Idem ibidem.

Similiter & Andreæ Wolk, duo florenornm millia in bonis Regalibus inscribuntur. Ibidem.

Sig. 3. Wars. 1590. Rationes.

Oeconomiæ instituuntur ex Zuppis Cracouiensibus, Ilkusiensibus, Teloneis Regni, Zuppis & Teloneis Russiæ, Capitaneatibus Sandomiriensi, Samboriensi, & Mariæburgensi, Bonis Magnæ Procurationis, Rogosnensi, Derslauiensi, Portorijs Gedanensi, Elbingensi, Rigensi, Monetaria, pecunijs Poduodarum, Teloneo C. 24.

Plocensi, (saluis Iuribus Arcium Masouiæ.) Ita vt ab ijs nihil vnquam alienetur, neq; pensionibus, aduitalitatib⁹ leuibusq; arendis onerentur. Quod si quis eo nomine literas Regias impetrauerit, pœnas de non obliganda Terra Sandomirienſi sancitas incurret.

Sig. 3. Warſ. 1590. Approbátia. Donatio summæ mille aureorum super bonis Krstenicza olim Ioanni Oborski per Regem Stephanum facta, approbatur. c. 40.

Idem ibidem. Approbátia. Priuilegium Michaëlis Bajbuza super loca deserta fluuij Sula per Regem Stephanum datum, vna cum concessione Alexandro Wisniewviecki facta approbatur. c. 41.

Idem ibidem. Sáninà. Loca deserta in confinijs Rex tribus personis in Priuilegio expressis conferat, hoc est Manaster Czerechczy Mirovvski, Boryzpole, Horodysсze Wlodoreckie, Wielka Sloboda, & Rokitnia, nec non Horosa & Sleporod. ibidem.

Idem ibidem. Approbátia. Reuisio bonorum Serebryska approbatur, & Commissarij ad diuidenda eadem bona inter Regem & hæredes, deputantur. c. 42.

Idem ibidem. Reuizia. Reuisores ad videndam diminutionem prouentuum Arcis Lubovvla deputantur. Instigator verò ratione Quartæ Annorum 84. & 89. ad futura Comitia supersedeat. c. 43.

Idem ibidem. Sáninà. Donatio summæ duorum millium florenorū ex Contributione Stanislao Troian facta, approbatur. ibidem.

Sig. 3. Warſ. 1591. Poſtæpeſ ꝯ reſſy. Rationes de prouentibus Reipub. Quartæ & Contributionum publicarū à tempore Coronationis Regis Stephani, Exactores, Capitanei, Dispensatores & Surrogati iuxta Regestra Thesauri faciant, retentaq; exoluant, ad Dominicam Misericordiæ Anni præsentis, alioquin ex citationibus contra eos editis vel interea edendis, Feria secunda post eandem Dominicā Misericordiæ Poloni Lublini, Lithuani Wilnæ respondeant, & illico sub pœna summæ c. 3.

summæ retentæ correspondenti satisfaciant. Eas actiones audient Thesaurarij, cum Deputatis ad hunc solum actum (saluis iuribus Thesaurariorum) additis. Ad eam rem Thesaurarij vel Vicethesaurarij pro eodē die adsint, Instigatores quoq; processus institutos adferant. Deputātur ad eas causas ex Senatorib⁹ Georgius Mnißek Palatinus Sandomirienſis, Czerny Castellanus Lublinensis, Petrus Nißczycki Castellanus Belzensis, Andreas Firley Castellanus Radomiensis, Andreas Menczynski Castellanus Wielunensis, Ioannes Ossovvski Castellan⁹ Polanecēsis. In Lithuania Samuel Gedrucz Episcop⁹ Samogitię, Bogdanus Sapieha Palatinus Minscēsis, Nicola⁹ Narußevvicz Castellanus Samogitiæ, Martinus Stravvinski Castellan⁹ Minscensis. Ex Ordine verò Equestri ex singulis Palatinatibus vnus, quibus salaria in literis Vniuersalibus contributionis assignabuntur, & præterea pœnarum quartam partem capient, ex causis duntaxat Cōtributionum, Thesaurarij Regestra conferant vel Notarios mittant. Successores quoq; præteritorum Thesaurariorum Regestra transmittant, atque ita fideliter sub iuramentis Thesauro præstitis omnia retenta deferāt, nemini parcendō. Deputati superi⁹ recensiti in locis assignatis sese sistere, & iurisdictionē fundare debent, sub pœna 100. marcarū. Absentia aliquorum non obstante præsentes procedant, pœnas ab absentibus coram Tribunali peremptoriè exigant & inter se diuidant, excepta vera infirmitate. Sessionem incipiant Feria Secunda post Dominicam Misericordiæ, & tam diu in loco maneant, donec rationes in toto perficiantur. Securi esse debent instar Iudicum Tribunalis Regni. Prima die Sessionis coram loci illius Officio Castrensi, instar Iudicum Tribunalis Regni iurent. Coram ijs omnes in genere Thesaurariorum præteritorum Successores, Dispensatores, Exactores, Capitanei, eorumq; Successores qui exactiones publicas retinuerūt, rationes sufficientes faciant, saluis quietationibus Thesaurariorum præteritorum, si quando contributiones ad eos pertinebāt, quę tamē rationib⁹ legitimis liquidari debent,

si in legittimos vsus factæ sunt, saluis etiam quietationibus Regalibus, autoritate Conuentus datis, exceptis quietationibus de Contributione Ducatus Lithuaniæ Anni 1589. de qua non obstante quietatione, ratio fieri debet Vilnæ, coram Deputatis. Quietationes Palatinatuū Posnanienſis, Caliſsienſis, & Cuiauienſis, & aliorum cum conſenſu Nobilitatis diſpenſatoribus datæ, in robore manere debent. Ex reſta Contributionum Anno ſuperiori Maieſtati Regiæ ab Ordinibus donata Theſaurarius ſoli Regiæ Maieſtati rationem faciet. Retenta tamen eiuſdē Contributionis coram eiſdem Deputatis liquidari, atque in Theſaurum inferri debent. De Quarta anni præſentis, Theſaurarius cum Deputatis Quartæ, ibidem ratione faciant: Prouiſores quoque bellici anno ſuperiori inſtituti, ibidem rationem ſufficientem faciant. Quidquid Theſaurarios, Diſpenſatores, Exactores, Capitaneos eorumque Succeſſores, ex rationibus debere conſtiterit, ibidem ad manū Theſauratiorum cum ſcitu Deputatorum, reddi debet, ſub pœna duplicis penſionis & bannitionis. Quod ſi quis ex ijs pro tempore aſsignato non comparuerit, is ad inſtantiam Inſtigatoris ad Tribunal Polonū Lublinenſe, Lithuanus Wilnenſe poſt determinationē rationum citari debet, atq; ſemotis dilationibus, citationiſq; defectibus, peremptoriè comparere, reſpōdere, & ſeſe iuſtificare ſub pœna bannitionis in inſtāti decernēda, abſens verò in pœna duplici & bannitionis in inſtanti condemnari debet, Condemnato ſublatio non ſeruiet donec ſatisfaciat. Si ignorantiam allegauerit in inſtanti ſeſe iuſtificet, quæ omnia Inſtigator proſequi & ad exequutionem ſine intermiſsione deducere debet. Sumptus in proceſſus iudiciarios ex eiſdem retentis fiant. Pecuniam exactam & pœnas Deputati cum ſcitu Theſauratiorum recipiant, & ad Contributionem anni præſentis adiungant, quæ verò ad Regem propriè pertinebunt, Theſaurarijs reddātur. In eiſdem cauſis tàm Tribunal quàm Notarius nihil accipiant, ſub pœna priuationis officij. Ex ijs quæ ad REMPVBLICAM non ad REGEM pertinebunt, mili-

militibus iuxta ordinationem anni præſentis ſatisfiat, ſi quid ſuperfuerit, in redemptionem bonorum Regalium conuertatur. Ex ijs omnibus Deputati præfati, ſub initium Conuentus proximè futuri, rationem reddent, ſub pœna confiſcationis bonorum. Eos qui Reipublicæ ſatisfecerint, Deputati cum ſcitu Theſauratiorum quietent. Idem obſeruari debet in Ducatu Lithuaniæ, vbi pecunia poſt ſolutionem ſtipendiorum remanens, & in vſus Reipublicæ non extradita, apud Theſaurarium ſeruari debet, qui eam iuxta conſenſum Ordinum in Comitijs conuertet, & non alibi, ſub pœna dupli de ſuo pendenda, & apud Tribunal ad inſtantiam cuiuſcunq; Nobilis exigenda. Coram eiſdem Deputatis Notarij Cāpeſtres tàm Regni quàm Ducatus Lithuaniæ ſub iuramēto quod fideliter & abſque fauore militem conſcribebāt, rationes facient, vt ex ijs conſtet quibus ſatisfactum eſt quibus non. Quod ſi apud aliquem pecunia remanſerit, eum Inſtigator ad Tribunal citare debet. Iidem Deputati propter adminiſtrationem Iuſticiæ de militibus, & propter ſolutionem ſtipendiorum, iuxta ordinationem anni præſentis, pro feſto S. Michaëlis Lublinum conueniant. Pro aſſeruanda pecunia, Capitaneus Lublinenſis, locum tutum in Arce Lublinenſi, aſsignare debet: Similiter & pro Iudicijs. Officium Caſtrenſe integrum Deputatis aſsidere debet, ſimulq; cum illis Iudicia exercere, Decreta eorum Notarius Caſtrenſis in Acta Caſtrenſia inſerat, & partibus ſub ſigillo Caſtrenſi, cum ſubſcriptione duorum ex Deputatis extradat. Hæc omnia Capitaneus ſub pœna mille marcarū faciat. Reſcripta non niſi groſſis tribus cum Sigillo ſoluantur: Iudicare debent omnes cauſas militares, nemine excepto, exceſſus & damna, ſtipendia quoq; ibidem in præſentia Notarij Campeſtris iuxta ordinationem anni præſentis diſtribuant. Decreta & proceſſus eorum authoritatem Iudicij Tribunalis habeant, exequutionemq; eorum Capitanei faciant, ſub pœnis in Aſſecuratione deſcriptis, Ordo cauſarum & aſsiſtentia litigantium inſtar Tribunalis ſeruetur.

Summa

Sig.3.Warſ.1593 Zeznánie ſummy.

Summa trium millium florenorum Nicolao Bavvorovvski propter deſolationem patrimonij ipſius per Tartaros inſcribitur. C.18.

Sig. 3. Warſ. 1598. Lenno.

Villæ Wiezaiecz & Giernik, tum & bona Poiurskie Woytovvſtvvo dicta, Temruko Szymkovvic, iure feudi conferuntur. C. 25.

Idem ibidem. Sánina.

Donatio arcis Bebel per Regem Stephanum Matthiæ Dembieński facta approbatur. C. 26.

CAPVT SECVNDVM.

De Salis fodinis.

Kaſ. Petr. 1451. Ex Priuilegio.

CAſimirus Magnus, Regeſtrum Ordinationis, de Zuppis conſcribi iubet, illudq; approbat, quod etiam Caſimirus Tertius cõfirmauit, atq; eo ipſo Regeſtro, officia eorum qui ad Zuppas pertinent, & ſalaria comprehenduntur. L. 76. P. 393. HL. 230. HP. 98.

Alb. Petr. 1496. Item licet.

Sale externo nemo vtatur ſub pœna quatuordecem marcarum per Capitaneum exigenda. Exceptis Terris Ruſsiæ, quæ ſal proprium habent, eadem etiam pœna puniantur per Palatinos, qui in areſtãdo ſale externo modum exceſſerint. L. 102. P. 405. HL. 237. HP. 112.

Alb. Petr. 1496. Item crebris.

Vectores ſalis minuti, illud vbiq; liberè vendant, neq; ad illius depoſitionem per Ciues compellantur, ſub pœna quatuordecem marcarum per Capitaneos exigenda. L. 104. P. 407. HL. 238. HP. 114.

Sig. Crac. 1510. Nouas adinuentiones.

Capitanei leges de non admittendo ſale externo exequantur, ſub pœnis in negligentes Capitaneos ſancitis. S. 10. P. 407. HL. 238. HP. 114.

Rex co-

Sig. Petr. 1511. Item promittim⁹.

Rex copiam ſalis ſuppeditet, in ijs locis ad quæ nauibus demitti ſolet, vt autem iuſto precio vendatur, Palatini videant. S. 19. P. 407. HL. 238. HP. 114.

Sig. Bidg. 1520. Etiam inuitentes.

Sal externum non adferatur, ſalis verò Ruthenici, depoſitorium Bidgoſtiæ ſit, vbi ſingula vaſa vna marca vẽdantur, interea tamen donec eius rei exequutio per Capineos fiat, vtantur loca illa ſale marino, poſt publicatam verò inhibitionem, ſex ſeptimanis, ne quis illud inferre audeat ſub confiſcatione omnium bonorum, & amiſſione ſalis, ille verò qui eo vti præſumpſerit, pœna quatuordecem marcarum puniatur. Neq; in Paluki & Krayna ſal externum inferatur, ſub eiſdem pœnis. S. 27. P. 408. HL. 238. HP. 115.

Sig. Crac. 1532. Salis venditionẽ. Aug Petr. 1550. Soli doſtáłem. Acz kolwiek Státuty.

Rex ſalis copiam ſubminiſtret, iuſto precio. Gedani verò vna tunna ſalis tranſmarini, ſingulis ſcaphis, propter victum Nautarum imponatur, ſaliſq; copia ſit. S. 24. P. 408. HL. 239. HP. 116. C. 2. 4.

Aug. Petr. 1562. Ieżeby ſłuſßne.

Sal cuius coctio Loiſijs permiſſa fuerat, abrogabitur, poſteaquam de Zuppis Ruſsiæ concluſum fuerit. In defectu tamen ſalis Regij, Nobilitas in vſus duntaxat proprios, vtatur ſale tranſmarino. HP. 116. C. 17.

Aug. Warſ. 1563 Sol Loiſowé.

Loiſius à coctura ſalis abſtineat. C. 20.

Aug. Petr. 1565. Sol Pruſka.

Nobilitas Maioris Poloniæ, ad proximum Conuentum in defectu ſalis Rutenici, vtatur ſale Prutenico, quod Rex Bidgoſtiæ vendat, ſingulas tunnas vno floreno, Nobilitas verò diſtrictuum, Srenenſis, Mlauenſis, Ciechanouienſis, Przaſniſenſis, Rozanenſis, Makouienſis, Viſnenſis, Lomzenſis, Colenſis, Oſtrolencenſis, Wanſſoſſenſis, Zembrouienſis & Nurenſis, ipſi ſal Prutenicum vijs conſuetis & conſignandis vehant; Regi vero à ſingulis vaſis ſex groſſos ſoluant. HP. 117. C. 57.

Aug. Petr. 1567. O Soli.

Salis tranſmarini vſus, in defectu ſalis domeſtici, à nemine impediatur. Quod ſi quis etiam prætextu alicuius Regij mandati fecerit, pœna confiſcationis bonorum, HP. 117. C. 73.

foro Regis exigenda puniatur, cuius pœnæ dimidium Regi, reliquum Quartæ parti prouentuum Reipub. debetur. Impossessionatus verò pœnam peculatus subeat.

Ibidem. Sol ná Komorach.

In Cameris Masouiæ sal aduectum publicetur, & post publicationem quatuor septimanis nemini alteri præterquam Nobilitati in vsus domesticos vendatur. HP. 118. C. 77.

Aug. Lub. 1569. Myto w Gu pach.

Teloneum nouum in Zuppis Russiæ abrogatur, ita vt si quis prætextu literarum Regiarum, audeat illud extorquere, citatus ad quodcunq; Iudicium seu Officium, & conuictus, Teloneum restituat, & pœna 200. marcarum puniatur, parti & Iudicio totidem, citra appellationem. Si verò quis talem intercedat vel tueatur, itidem vbicunq; citatus, pœna 1000. marcarum puniatur, non recedendo à Iudicio, contra impossessionatum procedatur vigore Statuti; Reuisores ad Zuppas Russiæ deputantur, qui commoda & sumptus connotent, & ad Conuentum referant. HP. 118. C. 109.

Aug Lub. 1569. Soli Ruskiey.

Pro sale Ruthenico, Camera Dybouij instituitur, salua per omnia Camera Bidgostiensi, saluis etiam Constitutionibus de vsu salis transmarini in defectu salis Ruthenici, nec non salua Constitutione Anni 1567. ita vt Loisius amplius sal transmarinum non coquat, sub pœna Centum marcarum, coram quouis Officio, in termino peremptorio exigenda, toties quotiescunq; id facere præsumpserit. HP. 118. C. 109.

Steph. Warss. 1576. Sol Ruska.

Sal quod Zupparius Russiæ fluminibus San & Istula demittit, non alibi quam Bidgostiæ consueto precio, id est singulas tunnas vna marca vendat, sub pœna mille marcarum, ex instantia Nunciorum Regni, pro reparatione Arcis Calisiensis exigenda. Zupparium Bidgostiensem Regi liceat constituere, qui sal à Notarijs Zupparij Russiæ, cum iuramento excipiat, de quo sale tenebitur Zupparius, in Conuentu Sredensi, rationem reddere, sub pœna Centum marcarum, Officio Castrensi peremptoriè repetenda, salaria & pensiones annuæ, ex sale ad c. 163.

sale ad Zuppá Bidgostiensem pertinente, nemini dentur. Et si cui datæ sunt abrogantur: Nihilomin⁹ tamen in Dobrzyn & Dybovv, sal iuxta antiquum morem deponatur.

Steph. Warss. 1581. Sol Plocka.

Zupparius ex Camera Plocensi, sal Terræ Gostinensi suppeditet, quod in loco consueto deponatur. c. 212.

Idem ibidem. O Zupach Crac.

Rex daturus est Commissarios, qui in Zuppis Wielicienſi & Bochnensi, ruinas videant & vt Nobilitati sal eodem precio, pondere, & magnitudine vendatur, sub pœna centum marcarum. c. 216.

Sig. Crac. 1588. O Zupach.

In Zuppis Wielicienſibus & Bochnensibus vt bonus ordo sit, Rex cum Thesaurario mittet Cómissarios quolibet biennio, non derogando iuri antiquo Officialium, qui ad Zuppas pertinent. Qui quidem Commissarij, ad fodinas descendant, pericula tàm præsentia quàm futura prouideant, & bases seu sustentacula conscribant, quas nullus ex Zupparijs minuat, neq; diruat, sub honoris priuatione, & bonorum confiscatione, quo nomine in Comitijs Instigator, ex Commissariorum delatione agere debet. c. 41.

Sig. Crac. 1588. Miárá Soli.

Mensura salis, in Zuppis Russiæ, antiqua obseruetur, alioquin Zupparius pœnam Centum marcarum luat, Iudicio Terrestri peremptoriè exigendam. c. 69.

Sig. Crac. 1589. Solne skody.

Emporia salis Zupparum Cracouiensium Lomzæ & in Rozana instituuntur. Ad quæ Zupparij Cracouienses singulis annis mille tunnas salis Wielicienſis, Bochnensis quingentas demittant. Hoc verò sal proclametur, & Nobilitas districtuum Lomzensis, Rozanensis, & Visnensis, à proclamatione per quatuor septimanas, illud emat, non lucri gratia, sed pro domestico duntaxat vsu, solui autem debent singulæ tunnæ grossis nonaginta tribus, qui verò duas tunnas Wielicienses acceperit, Bochnensem quoq; tertiam accipiat, post decursum verò quatuor septimanarum, illud sal liberè mercatoribus vendatur. Sal autem transmarinum, ad illas oras non adducatur, sub pœna quatuordecim marcarum, officio Castrensi peremptoriè c. 25.

ptoriè exigenda, Capitanei verò eo nomine ad instantiam Instigatoris, ex delatione Notariorum Zupparum, & factorum agant, Capitanei quoque nauigationem liberam non impediant, neq; Teloneum à sale Regio, tàm Cracouiensi quàm Russiæ exigant, sub pœnis antea sancitis. Idem Zupparius Stezyczam quoq; sal suppeditet, iuxta antiquam consuetudinem.

Sig. Warſ. 1589. Sklad ſolny. Zupparius Russiæ singulis annis Bidgostiam, vndecim millia tunnarum salis suppeditet. Quidquid autem supra eam summam salis habuerit, id illi licebit demittere quo voluerit, & vendere cui & quanti poterit, ita tamen ne sal Rutenicum in ea loca veniat, quæ sali Cracouiensi sunt assignata. Quod si hoc idem sal, a depositione in tribus Mensibus, Nobilitati diuendi non poterit, licebit illud Zuppario Bidgostiensi, vectoribus vendere, propterea vt singulis Quartualibus Anni Zuppario Russiæ vel pecunia, vel quietationibus satisfaciat. Ductoribus tamen salis in instanti soluat: Iis omnibus Zupparius Bidgostiensis satisfaciat, sub pœna Quingentarum marcarum, in Comitijs per Zupparium repetenda. Quod si quando Zupparius Russiæ, vndecim millia tunnarum non suppeditauerit, priuationi Officij subiaceat, instigantibus Nuncijs Maioris Poloniæ, in Comitijs, legalium impedimentorum vbi probata fuerint ratione habita. Horum autem vndecim millium tunnarum salis, quietationes dare debet Zupparius Bidgostiensis, factoribus Russiæ, quæ sine iuramento valere debent, Saluo Emporio Dibouiensi, & Dobrzynensi iuxta Constitutionem Anni 1576. neque in hanc vndecim millium tunnarum includendo id quod ad illa Emporia pertinet. c. 26.

Sig. 3. Warſ. 1598. Ordinátia. Zupparius Russiæ singulis Annis ad Depositorium Bidgostiense, vndecem millia tunnarum salis mittat, sub pœna Mille Marcarum, pro reparatione Arcis Calisiensis conuertenda, in Comitijs ex delatione Zupparij Bidgostiensis repetenda. Et nihilominus sal mitti debet. c. 18.

Quod

Quod si quis cuiuscunque Status, sal eiusmodi, cum literis Zupparij Russiæ, in Cameris Telonei denunciatum, impediuerit, vel ab eo, eiusue vectoribus Teloneum exegerit, vel illud emere præsumpserit, vel si illud ex depositorio Bidgostiensi violenter receperit? Tum si quis idem sal, extra depositorium Bidgostiense diuendere, vel alibi deponere audeat, licebit illud Zuppario Bidgostiensi, ad depositorium auertere, hoc si quis impediat, pœna Quingentarum Marcarum puniatur, apud Tribunal inter causas officij exigenda: Tamen extra depositorium Bidgostiense, licebit Nobilibus, sal proprium in fluuio Istula vendere, Bidgostiæ autem, nemini alteri sal vendatur, quàm incolis Palatinatuum Posnanensis & Calisiensis, saluis depositorijs, Dibouiensi & Dobrzynensi, Bidgostiensi primo loco seruato, Legalibus quoque impedimentis saluis. Zupparius quoque Bidgostiensis, & eius Notarij, in instanti vecturæ nomine soluant, à singulis vasis Grossos Quindecem, pro sale verò posteaquam venditum fuerit, sub eadem pœna, apud Tribunal similiter exigenda. Quietationes verò Thesauri pro parata pecunia suscipiantur.

Sig. Warſ. 1589. Mitáſtó. Ciuitati Zakrocimensi pro reparatione Catarrhactæ, sex banci salis, singulis annis, ex Camera Regia assignantur. c. 47.

Sig. 3. Warſ. 1598. O Soli. Sal in Zuppis Cracouiensibus more antiquo Nobilitati vendatur, idque pro vsu proprio, sub pœna Centum Marcarum, post Curiam peremptoriè exigenda. c. 11.

Ibidem Sklad. Depositorium salis ad Istulam, in villa Suchodol, Ioannis Wituski, in Terra Gostinensi instituitur, vbi sal Nobilitati, instar aliarum Zupparum vendi debet. c. 33.

CAPVT TERTIVM.

De vijs publicis & Poduodis.

Kas. Wisl. 1368. Cum itaq;.

IN vijs nihil vi accipiatur, sed à rerum dominis ematur. L. 39. P. 417. HL. 179. HP. 333.

Kas. Petr. 1442. Item prohibemus.

Mercatores, per vias consuetas cum mercibus eant, alioquin per Capitaneos capiantur, & confiscatione puniantur. L. 92. P. 416. HL. 288. HP. 232.

Sig. Crac. 1507. Prouidere.

Neque Telonea declinent, sub mercium priuatione, quod Capitanei videant. S. 7. P. 416. HL. 288. HP. 233.

Idem ibidem. Cum noue.

Capitanei eorumq; Iudices, securitatem itinerantium defendant. S. 6. P. 416. HL. 288. HP. 235.

Sig. Bidg. 1520. Constituimus.

In Germaniam, non per Marchiam, sed per Glogouiam cum mercibus eatur, Sale Ducis Stolpensis excepto, sub amissione mercium & equorum. S. 27. P. 417. HL. 288. HP. 333.

Sig. Crac. 1527. Et quia.

In Silesiam, cum mercibus aut frumentis, nemo transeat, sub pœna capitis, etiamsi in itinere deprehensus non sit, modo testibus conuincatur. Capitanei transitum eiusmodi permittentes, priuationi officij, & animaduersioni Regiæ subiaceant. Iudices & alij vices Capitaneorum gerentes, si hoc idem fecerint, vel à Dominis euincantur, vel ad pœnam capitis, & bonorum confiscationis præsententur. S. 44. P. 418. HL. 289. HP. 334.

Sig. Petr. 1538. Ad euitandas.

In Vngariam & Silesiam, neque cum mercibus, neq; pro mercibus eatur, sub amissione mercium, Nobiles nihilominus boues suos pellant; Incolæ tamen Vngariæ & Silesiæ, liberè in Regnum veniant, & merces exportent; Rex eum transitum non nisi in Conuentu relaxet. Literas eo nomine à Rege impetrantis, ipso facto res omnes confiscationi subiaceant. S. b 1. P. 418. HL. 289. HP. 335.

Interdi-

Sig. Crac. 1540. Petentibus.

Interdictum de non transiendo in Vngariam & Silesiam, cum mercibus, approbatur. Pœna in remissiores Capitaneos mitigatur, & ad Centum marcas restringitur. P. 420. HP. 337.

Ibidem. Liceat verò.

Pauperes, baiuli, in finibus constituti, etiam extra Regnum, ad fora & molendina eant, modo tantum carnium & aliarum rerum afferant & efferant, quantum proprijs humeris portari potest. P. 421. HL. 95.

Ibidem. Et quoniam.

Mercatores, si extra Regnum cum mercibus eunt, iurent merces suas non esse, alioquin merces eiusmodi non dimittantur, sub amissione earum. P. 420. HL. 166. HP. 337.

Ibidem. De illis verò.

Qui inter Cameras Teloneatorum habitant, non tenentur ad Cameras descendere, sed Teloneatores videat, ne merces extra fines euehantur, vel educantur. Quod non de ijs qui ad vsum proprium quidpiam emunt, sed de ijs, qui lucri intentione id faciunt, intelligi debet; Teloneatores verò si quempiam turbauerint priusquam Cameram præterierit, & recepta restituant, & pœnam iuxta Statutum Petricouiense luant. P. 421. HL. 277. HP. 337.

Sig. Crac. 1543. Cum de occlusione.

In Silesiam & Vngariam, ingressus tam diu prohibeatur, donec de iniurijs vtrinq; cognoscatur, quod Capitanei videant, sub priuatione officiorum. Vectores quoq; Poloni, merces Germanis non ducant, confiscatorum medietas Capitaneo intercipienti debetur. P. 421. HP. 289.

Lex annalis.

Aug. Petr. 1567. Goścince.

Vias insuetas in Vngariam Capitanei claudant. C. 75.

Aug Lub. 1569. Goścince.

Quod facere debent tàm Capitanei quàm Nobiles in fundis suis, sub pœna Centum marcarum, Iudicio siue Terrestri siue Castrensi peremptoriè exigenda. C. 109.

Sig. Petr. 1538. Prohibemus.

Cutes elaboratas, Cerdones extra Regnum non euehant, neq; extraneis vendant, sub amissione cutium & pœna Regali. S. c 2. P. 419. HL. 70. HP. 336.

Ibidem. Interdictum.

Equireæ seu greges equorum, extra Regnum non pelantur. *Ibidem.* HL. 50.

Aug. Petr. 1550. Ronte pręz Rupce.

Neq; cutes, neq; equi è Regno ducantur, alioquin per Capitaneos detineantur. Equi P. 419. HL. 70. HP. 336. C. 3.

Aug. Warſ. 1557 Aby Konie.

Equi extra Regnum ne ducantur, ſub amiſsione illorum. Quod Capitanei & Teloneatores animaduertant, ſub pœna Centum marcarum. Notarius verò Teloneatoris ſi id permiſerit, duodecim ſeptimanis turri includatur. HL. 90. HP. 540. C. 6.

Ibidem. Konie.

Equi, qui ad Nundinas pelluntur, in vijs non vendantur. HP. 542. C. 7.

Sig. Crac. 1539. De via quoq;

Rex mandabit Arcium & Ciuitatum Præfectis, vt adiunctis ſibi duobus Equeſtris Ordinis Viris, latitudinem viarum iuxta præſcriptum Statuti conſtituant. P. 416. HL. 288. HP. 332.

Aug. Lub. 1569. Cis Luſtrá torowie.

Luſtratores Regni, vias publicas circumſcribant, & latitudinem earum decem vlnis emenſurent, propter vectorum & boum tranſitum. HP. 59. C. 108.

Steph. Warſ. 1578. O Przekupniach.

In Vngariam, ad coëmendos equos & vinum, nemo eat, neq; cõtract⁹ eo nomine, per ſe vel per ſubmiſſas perſonas cum externis faciat, nõ obſtantib⁹ literis quibuſuis, ſub amiſsione rerum. Quod Capitanei & Teloneatores animaduertant, ſub pœna quatuordecim marcarũ, coram Officio Caſtrenſi illius Palatinatus, peremptorio termino exigendarum: Vicecapitanei tamen & Notarij Teloneorum, poſſunt in eodem termino per iuramentum euadere, quod id citra illorum notitiam factum eſt. C. 190.

Sig. 3. Warſ. 1593. O Winá.

Hæc Conſtitutio non debet concernere vina Eidemburgenſia, Auſtriaca, Sancti Georgij, & alia, quæ liberè cuilibet emere etiam extra Regnum liceat. C. 16.

Steph. Warſ. 1581. O Drogách.

Rex dabit Commiſſarios, qui vias per Samogitiã conſtituant, itineribus nouis clauſis & abrogatis. C. 218.

Aug. Warſ. 1564 Vniuerſal.

Onera Poduodarum, ferant omnes Ciuitates & Oppida Regia, nullis exceptis, nec non Villæ ad hoc onus obligatæ. C. 41.

Pecuniamq; Poduodarum conferant.

Superintendens ab eis liber.

Tres partes contributionis ſimplicis, Szos dictæ, pro Poduodis annis ſingulis inferantur, vbi verò Szos non datur, ſol-

tur, ſoluatur ex laneo per groſſos ſex, tum pro ducillo à quolibet vaſe quo crematur vinum, per groſſos quatuor. Propinatores verò Vini cremati & Ceruiſiæ ſingulis annis groſſos ſex.

Conferri pecunia debet pro feſto S. Martini, quam Capitanei ad Theſaurum remittant, pro feſto S. Nicolai poſt Curiam. Quæ pecunia Notario ad id deſignato reddi, & is ex ea itineraria Cubicularijs ſuppeditare debet.

In vno laneo duo equi foueantur, Officium verò tàm Ciuile quàm Caſtreñ. videat vt Poduodæ ſeptimanatim mutentur. Quod ſi extra ordinem plures equi Rege tranſeunte neceſſarij fuerint, in tempore ſignificabitur, vt equi conductitij ſubminiſtrentur.

Aduocatus itidem equos duos habeat, is à Poduodis quidem liber, ſed equos conducto ſubminiſtret.

Vijs conſuetis eatur.

Apud Aduocatum vel Proconſulem petantur Poduodæ, citra inſolentiam.

Literæ producantur.

Cubicularijs per groſſos tres, pro ſingulis miliaribus ex Theſauro detur.

Officium Ciuile, ſuper literis, diem acceptæ Poduodæ annotet.

Loca ſolita non tranſeant.

Apud itinerantes equi ne recipiantur, ſub pœna dupli, carceris & priuationis ſeruitij.

Aug. Petr. 1565.

Soluatur vnus groſſus ab vno miliari, ab vno equo ductori groſſus vnus, ſi duobus equis trahitur, ſi vno medius groſſus, ductori itidem medius groſſus. C. 43.

Steph. Torun. 1578. Vniuerſal.

Ciuitates & Oppida æqualiter onera Poduodarum ferant, ab vno equo pro vno miliari vnus groſſus, à curru medius ſoluatur. Pecuniam poduodarum omnes conferant ſub pœna ſimilis ſummę, quam debentn, on ſoluentes Capitaneis deferantur: Capitanei verò exequutionem C. 182.

faciant, ſub pœnis Statutorum, non obſtantibus literis, decretis, & Priuilegijs. Exceptis locis igne, vel incurſione hoſtili deſolatis, quæ ad quadriennium à data literarum libera eſſe debent.

Sig. Crac. 1588. Libertátia. Ciuitates Cracouienſis, Poſnanienſis, & Leopolienſis, à Poduodarum oneribus liberantur. C. 67.

Sig. Warſ. 1589. Przemyśl. Ciuitas Præmiſlienſis adæquatur Ciuitatibus Cracouienſi, Poſnanienſi, & Lepolienſi, tam in proſequendis iniurijs hominibus in officio conſtitutis illatis, quam in libertate à Poduodis. C. 44.

Sig. Warſ. 1589. Kraſnyſtaw. Ciuitas Kraſnyſtavv, à Poduodis & pecuniarijs & equorum ad decennium liberatur. C. 44.

Sig. Warſ. 1589. Myto. Ciuitas antiqua Warſouienſis à Poduodis liberatur. C. 46.

CAPVT QVARTVM.

De fluminibus publicis.

Caſ. Pet. 1447. Inter cætera. Lumina Regni ſint ad nauigandum libera, nec à nauigantibus ſiue Telonei, ſiue rupti obſtaculi nomine quicquam exigatur. L. 91. P. 411. HL. 96. HP. 542.

Alex. Petr. 1496 Approbantes. Et quia. Quod ſi quis obſtaculo delectatur, oſtiũ in eo faciat nauigabile. Alioquin impediens contra hoc Statutum nauigationem, puniatur pœna 14. marcarum, peremptoriè per Capitaneum exigenda, cum reſtitutione exactorum, Nec Regia obſtacula hac lege liberantur. L. 97. P. 412. HL. 96. HP. 543

Idem. Quodq; Torunen: Torunenſes defluitationem non impediant, alioquin Rex nauigantes defendet. L. 98. P. 412. HL. 284. HP. 544.

Sig. Crac. 1507. Ne grauentur. Fluuijs qui bona Regalia cum bonis Nobilium diſtinguunt, vicini ad vtramq; ripam ſedentes, liberè vtantur. S. 4. P. 414. HL. 96. HP. 545.

Sigi Petr. 1511. Item licet. Fluuij obſtaculis purgentur, vel oſtia ſatis lata habeant, quo nauigia defluitent, ſub pœna ſexaginta marcarum, poſt S. 16. P. 413. HL. 97. HP. 544.

poſt Curiam peremptoriè exigenda: Eidem pœnæ ſubiaceant qui noua obſtacula faciunt.

Sig. Crac. 1532. Poſtulantibus. Nauigatio libera per Capitaneos deffendatur, qui Statuta eo nomine condita exequantur. S. 43. P. 413. HL. 97. HP. 544.

Aug. Petr. 1550. Rzeki wſzyſtkie. Flumina libera ſint nauigantibus, iuxta Statuta eo nomine condita. HL. 97. HP. 545. C. 3.

Aug. Petr. 1557. Wárta. Warta fluuius apud Siradiam liber ſit, ab obſtaculis & molendinis. HP. 545. C. 7.

Idem ibidem. Iż do tego czáſu. Obſtacula è fluminibus omninò tollantur, excepto obſtaculo Præmiſlienſi, ſub pœna Centum marcarum, vltra priores pœnas, Officio Caſtrenſi peremptoriè exigenda. HL. 97. HP. 545 C. 7.

Aug. Petr. 1562. O Jaźiech. Idq; citra appellationem. HP. 545. C. 17.

Aug. Wars. 1563 Iuż. Obſtacula omnia, in fluuijs nauigabilibus extructa tollantur, ſub pœnis prioribus legibus deſcriptis, Capitanei verò, rebelles puniant, & ab inobedientibus pœnam ducentarum marcarum exigant, quam pœnam & ipſi Capitanei luant, ſi obſtacula Regia non ſuſtulerint, toties quoties ad quodcunq; Iudicium Citati fuerint, excepto duntaxat fluuio Bug. HP. 546. C. 22.

Idem ibidem. Flumina Warta & Noteſs, vt nauigabilia ſint Rex per Commiſſarios apud Marchiones & Duces Pomeraniæ efficiat, & in futuro Conuentu conſtituat. Ibidem.

Aug. Pet. 1565. O Jaźiech. Obſtacula iuxta priores Conſtitutiones Petricouien. & Warſſouien. tollantur, ſecus facientes ad Officium Caſtrenſe citentur. C. 53.

Aug. Petr. 1567. Jaży. Obſtaculis ſi quis delectatur, oſtia in illis faciat vt nauigationem non impediant. Quod ſi ex occaſione obſtaculi alicuius, quiſpiam damnum cœperit, illud Dominus obſtaculi, coram Officio Caſtrenſi, in primo termino peremptorio, iuxta iuramentum damnum paſsi, citra vllam appellationem reſarciat. C. 74.

Aug. Lub. 1569. Wieprz Rzeſs. Fluuius Wieprs, à Ciuitate Kraſnyſtavv, vſq; ad Iſtulam, ad nauigandum purgetur, quam in rem Capitanei per quorum tenutas defluit ſubditos dent. C. 111.

Steph Warſ. 1578. Jasy.

Obſtacula omnia tollantur, iuxta priores Conſtitutiones. c. 190.

Steph. Warſ. 1581. Moſt na Bugu.

Pons ſuper fluuio Bug, inter bona Dorohuſt, Pauli Orzechovvski, & Beresciany Regalia, iuxta antiquam conſuetudinem ædificetur, perpetuis temporibus. Stet autem arbitrio eiuſdem Pauli Orzechovvski, vtrum malit pontem extruere, vel catarrhactam facere, tàm per ipſum fluuium quàm per omnem ſyluam, iuxta ipſius Priuilegium, modo id fiat ſine inſigni inundatione agrorum. c. 216.

Sig. Crac. 1588. Potwierdzenie Praw.

Per Wolyniam fluuij publici & præſertim Bug, nullis aggeribus impediantur, quominus nauigia liberè defluitent, Sokalium vſq;, ſub pœnis ducentarum marcarum, coram Tribunali, vel quouis Iudicio ſui diſtrictus peremptoriè repetendis. c. 49.

Sig. Warſ. 1589. Rzeká Bug.

Eadem Conſtitutio in robore conſeruatur, ita vt aggeres & obſtacula in eodem fluuio, ad feſtum S. Martini amoueantur, quod in bonis Regijs incipere debet, ſub pœnis in legibus deſcriptis, ſaluis Statutis de oſtijs in obſtaculis faciendis. c. 28.

Steph. Warſ. 1581. Niewia za.

Portus in Kieidany in fluuio Nievviaza, liber ſit, neq; aggere impediatur, iuxta Conſtitutionem Grodnenſem 1568. c. 220.

Sig. Warſ. 1589. Rzeká Warta.

Fluuius Warta, vt ſit nauigabilis, ita prouidetur. Primum vt Marſchalcus Regni Opalenski, cum Pomeraniæ Ducibus, eo nomine agat, qui ſi ad tranſactionem tardi fuerint, conſtituetur Emporium frumentarium aliorumq; omnis generis mercium in oppido Skvvirzyn, Emporio Poſnanienſi ſaluo. Peracto autem in quamcunq; partem hoc negotio, idem Marſchalc⁹ Regni, vnà cum Succamerario Poſnanienſi, cõductis artificib⁹ fluuium purgent, & à Ciuitate Poſnanienſi, vſq; quo opus fuerit nauigabilẽ effiaiãt, quam in rem pecuniã in Prętorio Poſnanienſi in eos vſus depoſitam conuertant. Quod ſi hac ipſa pecunia res peragi nõ poſsit, in Iuridica Poſnanienſi facto calculo, reliquum Nobilitas ad proportionem conferat. Eam Contributionẽ, ſi qui non ſoluerint, contra illos nõ ſecus procedatur, atq; in actionibus publicarum Regni contributionum procedi ſolet. c. 27.

Ii qui

Sig. Warſ. 1589. Rzeká Wieprz.

Ii qui in fluuio Wieprz molendina habent, inſtrumẽta quoq; habeant, quibus homines defluitantes, per aggeres ſine vllo damno traijciant, exceptis molendinis bonorum Koczko, vbi etiam oſtium parari debet, ſub pœna Centum marcarum, officio Caſtrẽſi quocunq; peremptoriè exigenda. Hæc autem Conſtitutio, ad proximum tantùm Conuentum valeat, vt ſi quis illi ſatis non fecerit, iam de facto aggeres remouere teneatur, ſub pœna 500. marcarum Officio Caſtrenſi repetenda. c. 28.

Sig. Warſ. 1589. Rzeká Wyſłok

Fluuius Wyslok, nauigabilis ſit, ab ipſis limitibus villæ Staromiescie, obſtaculiſq; omnibus liberetur. Quod ſi quis obſtaculo vtetur, oſtium in eodem faciat; Porro hic fluuius aſcribitur iuribus, pœnis, & libertatibus aliorũ fluuiorum Regni. At quoniam purgatione opus habet, ideò incolæ ad ripas eius fluminis exiſtentes, id faciant ſuis ſumptibus, alioquin Rex certis perſonis permittet, vt id ſuo ſumptu faciant; Ratione autem impenſarum, Teloneũ in taberna Rzeſouienſi exigant, à nauigio Skuta dicto frumẽto omnis generis, farina, cinere repleto, florenos 4. à ſeminauigio earundẽ rerum florenos 2. A mercib⁹ ſyluestrib⁹ à ſingulis nauigiis Travvty dictis, per florenũ vnum, donec id recipiant, quod expoſuerint. Quam purgationẽ & Telonei exactionem nemo impediat (non derogando iuri hæreditario, imo cum conſenſu Illuſtris & Magnifici Ioannis Zamoſcij Supremi Cancellarij) ſub pœna 300. marcarum, cui⁹ medietas Capitaneo, alia verò illi qui fluuium purgaturus eſt, debebitur, coram Officio Caſtrenſi Præmiſſienſi peremptoriè ſine appellatione repetenda. c. 28.

Sig. Warſ. 1589. Woiewodztwo.

Palatinus Siradienſis, in repararationem fluuij Pilcza, groſſos quatuor à ſingulis manſis contribuat, cui contributioni etiam bona Regalia ſubſint. Pecunia ad manus Theſaurarij Terræ Siradienſis tradatur, non ſoluentes, iure publicarum Cõtributionum compellantur, ſaluis Cõſtitutionibus, de tranſitibus per obſtacula. c. 29.

Sig. Warſ. 1589. Moſt.

Iacobus Zabicki, pontem in fluuio hac extruat, & aggerem reparet, ita tamen, vt prouentus eiuſdem pontis ad Theſaurum Regni pertineant, quod tamen reuidere prius c. 30.

debent Officiales, ad id designati, incolæ verò illorum locorum in Conuentu particulari Lomzensi, pontale Teloneum constituant, quod vbi per Nuncios illius Terræ, ad Conuentum relatum fuerit, tum demum Priuilegium eidem Zabicki dabitur.

Sig. Wars. 1589. Swięta.

Fluuium Svvienta, si quis purgare voluerit, postea- c. 39.
quam id ad Conuentum retulerit, Rex permittet.

Sig. 3. Warſ. 1598. Rzeki.

Fluuij nauigabiles, Istula, Niepr, Stryi, Styr, Narevv, c. 13.
Dunaiec, Bug, Wieprs, Tysmienicza, San, Brda, Nida, Prosnia, Noteß, liberi esse debent à quibusuis aggeribus, catharrhactis, molendinis, & quibusuis ædificijs nauigationem impedientibus, (exceptis quatuor molendinis pensilibus, in bonis Oppidi Koczko, per commutationem antiquitûs alienatis & taxatis,) neq; ea in posterum, ab ijs locis quæ nauigabilia sunt quisquam extruat, & extructa ad festum S. Martini deportet, sub pœna ducentarum marcarum, apud Tribunal inter causas Officij ad instantiam cuiusuis repetenda: In eisdem fluuijs Teloneum nullum, etiam Regale & Quartæ obnoxium, à Nobilibus exigatur, sed ad solos mercatores pertineat, alioquin citatus ad Tribunal, & iuramento Actoris conuictus, pœnam ducentarum marcarum succumbet, ibidem inter causas officij peremptorie repetendam, cuius medietas Regi, altera delatori debebitur.

Sig. 3. Warſ. 1598. Rzeká Wárká.

Ad perficiendam nauigationem fluuij Warta, depu- c. 13.
tantur legati ad Principes vicinos, quibus facultas conceditur, eum tractatum finaliter concludendi. Iidem legati, peractis tractatibus, eundem fluuium per artifices idoneos purgari curent, à Ciuitate Posnanensi incipiendo, vsque quò necessitas postulauerit, idq; ex pecunia, in Prætorio Posnanensi sub Sigillo Stanislai Alberti Chlapovvski Iudicis Calisiensis deposita, qui eam pecuniam, legatis prædictis, ad quietationem illorum extradere debet.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

De Vectigalibus & Teloneis.

Kaſ. Pet. 1443. Telonea.

TElonea omnia, post mortem Regis Wladislai Iagellonis instituta, abrogantur. L. 90. P. 423. HL. 271. HP. 95.

Idem. Item de his. Alex. Rad. 1505. Quoniam.

Telonea nemo sibi temerè instituat, nisi cum consensu Regio, & Consiliariorũ Regni, in Conuentione generali, sub amissione illorum bonorum in quibus Teloneum temerè exigeretur. L. 91. 118. P. 423. HL. 271. HP. 96.

Alb. Petr. 1496. Item licet. Item sit.

Nobiles eorumq; subditi, ab omnibus Teloneis & foralibus liberantur, ita vt si quis ab eis ratione rerum, in domos aut è domibus illorum ductarum, nomine Telonei aut foralium, quidquam exegerit, Iudicio Terrestri conueniatur, & pœna Statuti puniatur, literis Regalibus non obstantibus, Teloneatores citati exacta restituant. L. 100. 104. P. 425. HL. 272. HP. 262.

Sig. Petr. 1523. Quia Nobilitas.

Foralia vero à rebus domesticis & victualibus, non recipiantur, nisi à rebus lucri causa emptis, & reuenditis; à rebus quoq; mæchanicorum, foralia moderatè iuxta cõsuetudinem exigantur. S. 29. P. 432. HL. 273. HP. 263.

Abrogata est hæc lex Anno 1538. de quo infra eodem Capite.

Alex. Petr. 1504. Cum frumentis. Sig. Crac. 1510. Teloneum autem. Idem Petr. 1511. Item statuimus. Sig. Petr. 1550. Ponieważ.

Factores Spiritualium & Sæcularium, per terram & aquam, cum mercibus euntes, iurent illas merces non esse lucri gratia emtas, sed proprij laboris & domesticas, quo facto, absq; Telonei solutione dimittantur, quod iuramentum Teloneatores obseruent sub pœna Regali. L. 114. S. 10. 17. P. 430. HL. 93. HP. 269. C. 2.

Sig. Crac. 1540. Nolentes.

Semel tamen iurato factori vbiq; credatur. Ibidem.

Sig. Crac. 1507. Deinde statut.

Telonea si quis iniustè exegerit, pœna duplici puniatur, quam Sæculares à Sæcularibus, coram Capitaneo, Spiri- S. 2. P. 426. HL. 273. HP. 264.

Spirituales verò à Spiritualibus per censuras repetant, Capitanei quoq; Telonea temerè exigentes, in Capitaneatibus obligatis, pœna Centum marcarum, in liberis priuationis officij puniantur, & nihilominus in duplum condemnentur.

Sig. Crac. 1510. Ambiguitates. Teloneum nisi expressè literis Regijs inscribatur, iuri Regio reseruatur. S. 15. P. 424. HL. 272. HP. 97.

Sig. Crac. 1510. Cum in eos. Insoluto Teloneo, si quis boues expellat, cutes aliasq; res efferat, pœna peculatus puniatur, ad arbitrium Regis. Eadem pœna irrogari debet ijs, qui consilio, auxilio, vel conniuentia transgressores iuuerint. S. 14. P. 433. HL. 276. HP. 97.

Sig. Crac. 1510. Grauioribus. Sublato hoc Statuto, cautum erat ad futurum Conuētum, vt is qui in soluto Teloneo, merces in Vngariam vel Silesiam exportasset, bouesúe egisset, in tantum mulctetur, quanti boues vel merces constarent. Negans verò se exportasse, vel abegisse, Nobilis cum duobus testibus Nobilibus euadat, Plebeius verò per Teloneatorem conuincatur. P. 419. HL. 277. HP. 336.

Sig. Petr. 1519. Non habentes. Qui literas super Teloneum antiquum non habet, vel illas amisit, gratiam Regis quærat. S. 24. P. 423. HL. 271. HP. 96.

Sig. Crac. 1527. Cæterum. Suspensio quinquennalis libertatum à solutione Teloneorum relaxatur. P. 431. HL. 276. HP. 270.

Idem Crac. 1532. Permoti iniurijs. Teloneatores, insoluto Teloneo, neminem dimittāt, alioquin non soluti Telonei nomine, in foro competenti agant; Regi verò ipsi satisfaciant, litispendentia eiusmodi non obstante. S. a 4. P. 431. HL. 276. HP. 270.

Sig. Petr. 1538. Quoniam. Sublatis omnibus Teloneis, post Priuilegium Ludouici Regis concessis, & alijs partim reiectis, partim approbatis, constitutum est, ne quis deinceps, vigore Priuilegij cui semel derogatum est, quicquam exigat, nisi literas præsentis, vel futuri Conuentus habeat, sub bonorum amissione, Literas quoq; suas, quilibet ad Conuentum adferat, & Iudicio Regis subijciat. S. a 2. P. 426. HL. 273. HP. 265.

Ibidem. Quia verò. Nobiles & eorum subditi, cum rebus laboris proprij iter facientes, liberi sint à solutione Teloneorum, pontalium, aggeralium, & aliorum eiusmodi. Ibidem.

Telone-

Ibidem. Statuimus. Theloneorum exactores sint Nobiles possessionati, & Christiani, exceptis locis, in quibus Capitanei & Tenutarij, curam Theloneorum habent, ij enim ipsi pro exactoribus reputantur. Exactor verò iniqui Telonei, vbicunq; siue Terrestri, siue Castrensi Iudicio, tanquam pro articulo Officij conueniatur; conuictus exactum restituat, & in pœnā quatuordecem marcarum iniuriam passo, trium verò Iudicio condemnetur. S. a 2. P. 431. HL. 274. HP. 266.

Ibidem. In his verò. Nobilis Telonei exacti accusatus, per iuramentum euadat, quod nihil iniquè exegit. Ibidem.

Ibidem. Similiter. Statuta de iniquis Theloneorum Exactoribus, etiam ad Capitaneos pertineant. Ibidem.

Ibidem. Quoniam autem. Pontem declinare atq; vado transire, cuilibet liceat, nec propterea molestari, aut Telonei exactione vexari debet. Ibidem.

Ibidem. Quod si Præfectus. Exactorem dominus statuat, & pro illo caueat, victumq; si soluendo non sit, iniuriam passo in instanti tradat, si verò eum non statuerit, ipse pro illo respondeat, & sine exceptionibus appellationibusq; satisfaciat. S. a 3. P. 428. HL. 275. HP. 267.

Ibidem. Item in arbitrio. Actor in causa exacti Telonei, optionem habeat, vtrum velit Exactorem Plebeium ad euasionem iuratoriam admittere, an ipse conuincere. Ibidem.

Ibidem. Probatio verò. Probatio seu expurgatio exacti Telonei ita fiat, vt Nobilis iuxta quantitatem summæ iuret, Plebeius verò pro summa decem marcarum met secundus, pro maiori met septimus. Ibidem.

Ibidem. Ciuitatum etiam. Ciuitates eidem iuri subiaceant, & exactores suos statuant, atq; pro illis satisfaciant, citra exceptionem fori declinatoriam, & Priuilegiorum oppositionem. Ibidem.

Ibidem: Ad coercendam. Foralia à pecudibus, & rebus proprijs, non exigantur, iuxta Statutum Ioannis Alberti, non obstante Statuto Anni 1523. de rebus mæchanicis, quod quò ad hunc articulū tollitur. Ibidem.

Ibidem. Quia frequenter. Damnum si quis ex transeuntibus, vel pecora agentibus dederit, illud Ministerialis cum Nobilibus, vel ad S. a 3. P. 429. HL. 275.

minus duo villani conſpiciant, & æſtiment, & damnum paſſus, illud iuxta eorum æſtimationem exigat; Vocatus verò propterea in Iudicium, iuramento euadat, modo teſtimonium eius rei habeat.

Sig. Crac. 1539. Quoniam.

Literæ Vectigalium, per Commiſſarios inſpiciantur, & iuſtæ conſeruentur, iniuſtæ tollantur. P.424.HL.271. HP. 96.

Sig. Crac. 1543. Teloneatores literæ.

Hoc autem intelligi debet, de literis ad Regis beneplacitum, vel ad vitam alicuius conceſsis, non verò de perpetuis. P.424.HL.272.

Lex annalis.

Sig. Crac. 1540. Omnes regnicolæ.

Nouum Theloneum, non niſi à rebus extra Regnum elatis, vel actis debetur, non autem ab his, quæ intra Regnum venduntur vel mactantur. Tranſgreſſores tamen eius Telonei, rerum priuatione puniantur. P. 433. HL.276. HP. 97.

Sig. Crac. 1507. Ad ſupplicationẽ.

Nobilitas Ruſsiæ, inſtar Nobilitatis Poloniæ, à Teloneis & foralibus libera ſit. S.7. P.432.HL. 276. HP. 695.

Aug. Pet. 1550. Ponieważ Stan Rycerſki.

Teloneum nouum à bobus, extra Regnum actis, qui in Nobilium & Spiritualium domibus educantur, vel empti frumentis illorum ſaginantur, non exigatur, quod tamen iuramento factoris, qui boues agit probetur, inſtar mercium per aquam defluitantium. Idem de boario tributo, alias powołowyczyznie cenſeri debet. P.433.HL.277. HP.271. C.2.

Aug. Petr. 1562. Cłá Mościowe.

Teloneorum abrogatio, & cognitio libertatum, tàm per Ciuitates, quàm per priuatas perſonas impetratarum, differtur ad proximum Conuentum & Reuiſionem literarum. C. 17.

Aug. Warſ. 1563 Cłá.

Telonea omnia poſt mortem Wladiſlai Iagelonis inſtituta abrogantur, vbi verò neceſſaria fuerint, Reuiſores Regni videant & ad Conuentum referant. HP. 96. C. 20.

Sig. Pet. 1538. Statuimus.

Iudæi Zuppis, Teloneis, Arendis, non præficiantur, quod Palatini prohibeant in ſuis Palatinatibus, ſub pœna Centum marcarum per Inſtigatorem repetenda. S. 42. P. 423. HL. 135. HP. 378. C. 53.

Aug. Pet. 1565. Zeby Cel.

Aug. Petr. 1565. Cłá moſtowe.

Cognitio de pontalibus, aggeralibus, Teloneis, nec non de eorum libertatibus, ad proximum Conuentum reijcitur. C. 53.

Aug. Petr. 1567. Cłá.

Hoc idem fit in Conuentu Anni 1567. ita tamen vt poſt deciſionem factam publicetur. C. 73.

Telo-

Aug. Lub. 1569. Mázná cżamy.

Telonea, pontalia, aggeralia, poſt mortem Regis Wladiſlai inſtituta, Succamerarij, Vexilliferi & Tribuni, in ſuis diſtrictibus reuideant, & ad Conuentum referant. HP. 58. C. 108.

Ibidem. Tałże też.

Reuiſores verò dabuntur ad videnda loca Teloneorũ in Palatinatibus Wolyniæ, Podlachiæ, & Kiouiæ, & ad præſcribendum modum reparationis viarum. Ibidem.

Aug. Lub. 1569. Myto w Zupach.

Teloneum nouum in Zuppis Ruſsiæ conſtitutum abrogatur, ita vt ſi quis illud exigere præſumpſerit, Citatus vigore Statuti Anni 1538. ad quodcunq; Iudicium ſeu Officium, illud cum pœna ducentarum marcarum parti & Iudicio totidem reſtituere teneatur. Si verò quis exactorem intercedere audeat, pœna mille marcarum illico puniatur, poſſeſsionatus ad loci Capitaneum remittatur pro exequutione, contra impoſſeſsionatum procedatur vt iuris eſt, citra appellationes. HP. 118. C.108.

Steph. Crac. 1576 O Przywileiach Cłech.

Teloneatores à factoribus aliâ iuramenta non exigant, quam leges Regni volunt, & ſufficit, vt is, qui cum frumento defluitat, iuret illud eſſe proprium, non emptum. Qui verò boues agit, quod ſunt proprio frumento ſaginati. Idem de Sylueſtribus mercibus. C. 162.

Steph. Warſ. 1578. O Cłech.

Telonea omnia, tàm Aquatica quàm Terreſtria, poſt Statutum Caſimiri Tertij impetrata abrogantur, vbi verò noua propter reparationem locorum difficilium neceſſaria ſunt, ea Succamerarij, Tribuni, & Vexilliferi, ſub officiorum priuatione, præmiſſa quaruor ſeptimanis antea publicatione eodem anno reuideant, & ad Conuẽtum referant, Conſtitutio verò anni 1538. de extorſione Telonei ſancita, referri debet ad cuiuſcunq; ſtatus homines, & ad eos qui iuramentum contra præſcriptum Statuti Alexandrini Anni 1504. in Cameris exigunt, vel illud denuò præſtare cogunt, poſteaquam ſemel coram Officio præſtitum fuerit, ij omnes ad quodcunq; Officium Regni citati, Centum marcarum pœna mulctentur: In finitimo tamen Teloneo iuxta conſuetudinem veterem iuretur. C. 189.

Steph. Warſ. 1581. Myta. Ad connotandas Inſtructiones exactionis Theloneorum, per Wolyniam, Podlachiam, Podoliam, & Pokuczie, dabuntur Reuiſores eodem anno, qui & Teloneum in Zuppis Ruſsiæ videant. c. 212.

Ibidem. Cłá od Zboż Slachectich. Iuratus ſemel coram officio Caſtrenſi famulus, ad iterationem iuramenti proprietatis frumenti, vel ad ſolutionem Telonei ne cogatur, ſub pœna centum marcarum, coram quouis Iudicio vel Officio exigenda, Notarius verò recognitiones iuramenti præſtiti ne det, ſi iuramentum factum non eſt, ſub pœna ducentarum marcarum, cuius medietas delatori cedit, altera fiſco, quo nomine poſt Curiam reſpondebit. c. 212.

Ibidem. Cło od Sláchty. A bobus & equis, ad vſum domeſticum Nobilitatis Pruſsiæ emptis, Teloneum non exigatur, modo in Camera iuretur, quòd non lucri gratia empti ſint, idem de reliquis pecudibus. c. 214.

Ibidem. Cłá y myta. Nobilitas Ducatuum, Oſvviencimenſis & Zatorienſis, inſtar Nobilitatis Regni à Theloneis libera. Ibidem.

Ibidem. Rewidowánie Cel. Telonea per Officiales, iuxta priorem Conſtitutionẽ reuideantur, ſed nõ augeantur, aliâs iniuſta auctio, etiamſi literis Regijs approbata ſit, nullitati ſubiaceat, ſi qui legaliter impediti adeſſe non poterint, Rex alium Officialem Terreſtrem ſubſtituat. Omnes autem, qui Telonea habent, in ſecundis terminis Terreſtribus, poſt Comitia ſeſe manifeſtent, ſub amiſsione Telonei. c. 216.

Sig. Warſ. 1589. Rewidowánie. Eiuſdem Conſtitutionis exequutio, denuò Officialibus pro debito Officiorum demandatur. c. 19.

Steph. Warſ. 1581. Cłá od Wołow. Boues tributarij, vel proprio frumento ſaginati, liberè abſq; Teloneo dimittantur, ſub pœna Centum marcarum, Nobiles verò, & eorum famuli, itidem Nobiles, à iuramento non arceantur. c. 221.

Sig. Crac. 1588. O Mytach. Frumenta & aliæ merces ſylueſtres, in fundo Nobilium hæreditario natæ, non autem coëmptæ, liberæ ſint ab omnibus quibuſcunq; Teloneis, & exactionibus, dum defluitant, præſtito ſiue per dominos, ſiue per factores iuramento, ſub pœna quingentarum marcarum iuxta priores Conſtitutiones exigenda. Quod verò mercatores attinet, c. 42.

tinet, debet Inſtigator omnes Teloneorum exactores, ſpecificè autem Tarnouienſem, Zegrzenſem, Rymarzeuienſem, Dybouienſem, pro iurium cognitione, ad Comitia vocare. Quod niſi ille fecerit, quilibet alius idem faciat. Notarij quoq; à quietationibus nihil exigant, ſub pœna inique exacti Telonei, coram Iudicio Tribunalis vel alio quocunq; exigenda.

Sig. Crac. 1588. Myt Podlaſkich. Telonea omnia, per Podlachiam abrogantur, in perpetuum; Ita vt ſi quis ea innouare vel impetrare, auſus aliquando fuerit, pœnam mille marcarum, peremptoriè in Iudicio Tribunalis, vel quocunq; alio luat; Mercatores tamen, more antiquo in Cameris Regijs Telonea ſoluant. A mercibus verò, à quibus in Regno Teloneum ſolutum non eſt, & in Podlachiam deferuntur, ibiq; remanent, Teloneum ſemel tantum ſoluatur. c. 54.

Telonea tamen ea quæ abrogata ſunt in ijſdem locis pro Rege & Regno exigantur ad triennium.

Sig. 3. Warſ. 1590. Cłá Podlaſkie. Conſtitutio Anni 1588. de abrogandis Teloneis Podlachiæ approbatur, ita vt poſt expirationem trium annorum ibidem ſpecificatorum, neq; Rex neq; Reſpub., neq; quiſquam priuatus in ijs commodum quærat, ſed neque Quarta vnquam ex illis petatur. c. 7.

Sig. Crac. 1588. Spraw mieyſkich. Pro malè obtento proceſſu, in cauſis per Ciues in Iudicio Tribunalis Regni occaſione Teloneorum iniquè exactorum inſtitutis, non agatur, niſi coram Iudicio Tribunali, Citationes verò poſt Curiam contra Ciues editæ exequutionem non impediant. c. 67.

Sig. Warſ. 1589. Wolności. Teloneatores Lithuaniæ tàm Terreſtres quàm Aquatici, à frumentis & rebus Nobilitatis, vtriuſq; gentis, iuramento corã officio Caſtrẽſi quocũq;, vel in prima Camera Telonei prẽmiſſo, nihil exigant ſub pœna 100. ſexagenarum Lithuanicarũ, coram Tribunali, vel quocunq; alio officio, etiam poſt Curiam exigenda. Notarij quoq; Teloneorũ à quietationibus non amplius accipiant, quam duos groſſos. c. 38.

Sig. Warſ. 1589. Podwyżßenie. Teloneum pontale Ciuitatis Cracouienſis augetur, vt vnus groſſus, à ſingulis equis vectorum, à pecudibus verò maiorib⁹ medius groſſus ſoluatur. c. 42.

Sig. Warſ. 1589. Cło Krákowſkie.

Teloneum perpetuum Cracouienſibus datur, ita vt omnes mercatores extranei, ab omnibus mercibus, iuxta æſtimationem, à qualibet marca dimidium groſſum ſoluant. c. 43.

Sig. Warſ. 1589. Cło Kázimier.

Teloneum Caſimirienſe, ita augetur, vt vltra antiquum Teloneum, à ſingulis equis & pecudibus maioribus, dimidius groſſus exigatur. c. 43.

Sig. Warſ. 1589 Myto.

Teloneum tàm Terreſtre, quam aquaticum, per Reginam Ciuitati Warſſouienſi ad certum tempus datum, eidem Ciuitati perpetuò approbatur, exceptis rebus Nobilium. Quod ſi antea Quarta Ranam ex eodem Teloneo dabatur, eam illi quoq; dare debent. c. 45.

Sig. 3. Warſ. 1590. Reuizia.

Officiales Terræ Belzenſis, in reuidendis Teloneis Conſtitutioni Conuentus proximè præteriti ſatisfaciant, ante futura Comitia ſub pœnis ibidem expreſsis. c. 27.

Sig. 3. Warſ. 1596. O Clech.

Telonea vltra inſtructiones manu Regia ſubſcriptas non exigantur, Inſtructiones Regiæ in Cameris publicè affigantur. Qui in Camera principali Teloneum ſoluit, ad ſolutionem eius in alijs Cameris, producta quietatione non adigatur. Vltra Inſtructiones Telonea exigentes, coram quocunq; Iudicio & Officio peremptoriè reſpondeant, proceſſu impoſſeſsionatorum cõueniantur,& pœnas prioribus Conſtitutionib⁹ ſancitas luant. Teloneum aquaticum apud Novvodvvor,Fordan,Dybovv,Stavvek & Torunium, circa Contributionem laudatum, non niſi ad vnius anni decurſum, à die qua exigi cœpit exigatur. Pro impedimentis eiuſdem Telonei citati abſoluuntur. c. 8.

Sig. 3. Warſ. 1598. Modeſtia.

Telonea iuxta inſtructiones Regias Cracouiæ Anno 1596. Typis excuſas, & in Conuentu correctas exigantur. Inſtructiones denuò recudantur, & in Cameris in tabulis appendantur, ſub pœna Centum marcarum in Tribunali repetenda. c. 6.

Idem ibidem. Miáſto.

Ciues Warſſouienſes, à ſolutione Teloneorum, tàm Terreſtrium quàm aquaticorum, liberi eſſe debent. c. 24.

Idem ibidem. Opráwá.

Pro reparatione riparum, Ciuitati Caſimirienſi, certa penſio conceditur, à quolibet nauigio mercatorum per vnum florenum. c. 33.

Telone-

Idem ibidem. Pozwolenie.

Teloneum à Mercatoribus, pecuniam in Valachiam, Moldauiam & Turciam efferentibus, à ſingulis decem florenis groſsi ſex, ad decennium inſtituitur, pro extructione arcis Sniatynenſis. c. 36.

Idem ibidem. Pozwolenie.

Simile Teloneum inſtituitur, à mercatoribus pecuniam in Moſcouiam efferentibus pro extructione arcis Kaniovv. c. 36.

Idem ibidem. Budowánie.

Teloneum pontale Ciuibus Luceorienſibus in reparationem pontium conceditur. A quo Nobiles eorumq; ſubditi liberi eſſe debent. c. 37.

Sig. 3. Warſ. 1598. Opráwá.

Teloneum pontale Sandecenſe inſtituitur. c. 37.

CAPVT SEXTVM.

De Moneta.

Caſ. Wiſ. 1368. Cum ſub vno.

MOneta per totum Regnum vna ſit, & bona. L. 32. P. 435. HL. 161. HP. 78.

Idg. ad Cerw. 1422. Inprimis. pollicemur. Idem in Iedl. 1433. Item promittimus. Aug. Petr. 1550. Chcyc ſie też.

Rex monetam ſine conſenſu communi non cudat, & cudentes puniat. L. 48. C. 2. P. 435. HL. 161. HP. 78.

Caſ. Petr. 1447. De minuta.

Minuta pecunia, vbiq; recipiatur, alioquin Nobilis per Capitaneum pignoretur, Mercator mercibus priuetur, Kmetho turri inijciatur. L. 91. P. 436. HL. 163. HP. 79.

Falſorum verò nummorum, ſi duo groſsi in vna marca apud quempiam reperti fuerint, marcam perdat, ſi ſex, Capite puniatur, quod Capitanei exequantur ſub pœnis Regalibus.

Caſ. Pet. 1451. Ex literis vniuerſalibus.

Brachata pecunia, vbiq; recipiatur, quam ſi Spiritualis pro decima non receperit, decimã perdat, Nobilis prima vice, ſecunda & tertia decem, quarta triginta marcis L. 91. P. 436. HL. 162. HP. 97.

mulcte-

mulctetur; Ciuitates eidem pœnæ subiaceant. Mercatores idipsum recusantes, mercium amissioni sint obnoxij, Cmethones fertone, Tabernatores media marca puniantur; Falsorum autem nummorum, si in vna marca duo grossi reperti fuerint, marcam perdat, si sex grossi reperti fuerint, puniantur iuxta priores Conclusiones, quod Capitanei exequantur sub pœnis Regalibus.

Alb. Petr. 1496. Item cum cerneremus. Aureus nummus triginta grossis recipiatur, sub pœna triginta aureorum. L. 103. P. 438. HL. 12.

Alex. Rad. 1505. Cum ex auri. Tandem grossis triginta duobus æstimatus est. L. 118. P. 438. HL. 12.

Sig. Crac. 1527. Et quia moneta. Moneta Svvidnicensis proscribitur, ita vt pœna quatuordecem marcarum puniantur, apud quos reperta fuerit, Capitanei hæc animaduertant. S. a 3. P. 439. HL. 163. HP. 82.

Ibidem. De falsa moneta accusatus, & confessione duorum Nobilium eiusdem criminis reorum, & plexorum conuictus, capite mulctetur; si verò ignobiles fuerint, vel Nobiles quidem, sed confessionem morte non confirmauerint, euadet accusatus cum decẽ octo testibus quos Rex eliget ex quinquaginta quatuor per Regem præsentandis. Respondere autem hoc nomine debet coram Rege. *Ibidem.*

Sig. Crac. 1539. Sed ex eo. Ciuitates Prussiæ, monetam vel sub signis antiquis cudant, vel omninò ab eo abstineant. P. 442. HL. 165 HP. 84.

Sig Crac. 1543. De moneta. Moneta Ducis & Ciuitatum Prussiæ, ad iustum valorem deponatur & æstimetur, sine damno Reipub. P. 442. HL. 165.

Aug. Pet. 1550. Edicto monety. Palatini cum Capitaneis & Monetarijs, videant ne Moneta efferatur. P. 436. HL. 162. C. 5.

Aug. 1567. Moneta. Moneta arbitrio eorum qui eius rei periti sunt cudetur, Taleri verò non accipiantur, nisi prout literis Vniuersalibus æstimati fuerint. C. 75.

Stepb. Wars. 1578. Moneta. Moneta tàm in Regno quàm in Ducaru Lithuaniæ cudatur, alia proscribatur, alia taxetur ita vt id fiat ex re Reipublicæ. C. 192.

Moneta

Sig. Crac. 1588. Edict. Monetæ. Moneta Silesica, Brandenburgica, Saxonica, & alia quæuis non æquiualens, in Regnum non inferatur, illata verò ante dimidium Anni expendatur, exceptis solidis Vngaricis, & grossis quintuplicibus. Quod animaduertere debent Ciuitates, Gedanensis, Elbingensis, & aliæ quæ portus habent, sub amissione monetæ, & pœna arbitraria, Moneta Lithuanica approbatur. C. 43.

Sig. 3. Mars. 1598. Edict. Monetæ. Aurei Vngaricales boni non nisi grossis quinquaginta octo, Taleri verò itidem boni, non nisi grossis triginta sex, accipiantur & tradantur, neq; valor eorum eleuetur sub amissione pecuniæ & mercium per Capitaneos pro Thesauro Regio confiscandarum. Aurei verò & Taleri suspecti, tum & minutior pecunia, non nisi iuxta æstimationem monetariorum, per Regem publicandam recipiantur, sub eisdem pœnis, quod itidem Capitanei ex delatione Thesaurariorum animaduertant, Moneta verò Regni cudatur, iuxta ordinationem Diui Strephani Regis, valore in Monetaria Ilkusiensi antiquitùs vsitato, donec alia Ordinatio in Comitijs subsequatur. C. 7.

CAPVT SEPTIMVM.

De Contributionibus.

Ex Priuilegio Lod. Kasi. 1374. Cas. Nieß 1454. Item pollicemur. INcolæ Regni ab omnibus datijs, laboribus, tributis, immunes sint, duobus duntaxat grossis, de singulis laneis, Regi in signum dominij solutis; Hostium tamen insultus pro viribus sustineant. L. 40. 93. P. 443. HL. 111. HP. 85.

Ex Priuilegio leg. ad Czerw. 1422. Quæ exactio grossis Pragensibus vel communi Moneta solui debet. L. 49. P. 443. HL. 111. HP. 85.

Ex Priuilegio Iag. in Iedl. 1433.

Cmethones Nobilium omnes, à quibuſuis exactionibus & oneribus liberi ſint, duos groſſos tamen de ſingulis laneis ſoluant, Scultetis, Molitoribus, Cauponibus, Hortulanis & ſeruis qui agros non colunt exceptis. L. 51. P. 444. HL. 102. HP. 86.

Si quæ villa hanc exactionem à feſto S. Martini, ad feſtum S. Nicolai non ſoluerit, vno boue pignoretur, quem niſi quatuordecima die liberauerit, duobus bobus mulctetur, citra ſpem reſtitutionis, Ciues in Ciuitatibus & Oppidis reſidentes, ab hac exactione liberi ſunt, Suburbani verò ſoluant.

Iag. in Iedl. 1433. Memoratus etiam. Caſ. in Korcz. 1451. Item volumus. Sig. Petr. 1511. Item ſtatuimus.

Deſcriptionalia alias Spizne, in exigendis Contributionib⁹ non exigantur. L. 51. 88. S. 19. P. 446. HL. 260. HP. 89.

Caſ. Nieß. 1454. Item ſtatuimus.

Alioquin exactor iniquus, impoſſeſsionatus, per Burgrabium aut Proconſulem areſtetur, donec exactum reſtituat, & pœnam trium marcarum iniuriam paſſo luat. L. 95. P. 446. HL. 260. HP. 89.

Caſ. Nieß. 1454. Item ſtatuimus.

Pignorationes ſiue ex decreto Iudicij Terreſtris, ſiue pro exactione Regali, ita fiant, vt pignus quantitatē ſummæ debitæ, non excedat, pignoratores verò, pignorationibus priuatis abſtineant. L. 94. P. 446. HL. 180. HP. 88.

Alb. Petr. 1496. Item ſtatuimus.

Fumalia, non de ſingulis domibus aut agris, ſed duntaxat de integris laneis poſſeſsionatis exigantur, & moneta mediorum groſſorum accipiatur. L. 104. P. 445. HL. 102. HP. 87.

Sig. Crac. 1507. Licet vniuerſi.

Palatini, & Caſtellani, loco Palatinorum Caſtellanatus obtinentes, liberi ſunt à fumalibus, Dignitarijs tamen Maſouiæ, ita ſalaria ſoluantur, vt tempore Ducum ſoluebantur. S. 6. P. 446. HL. 102. HP. 88.

Sig. Crac. 1510. Ambiguitates.

Fumalia, niſi expreſsè alicui inſcribantur, Regia ſunt. S. 15. P. 445. HL. 102. HP. 88.

Sig. Petr. 1511. Item grauaminib⁹

Villæ Monaſteriorū, non ſecus fumalia ſoluant, quam villæ Nobilium. S. 19.

Steph. Crac. 1576. O Podymne.

Fumalia retenta ad Feſtum S. Margarethæ exoluantur. C. 163.

Idem Warſ. 1581. O wybiet: Podadl.

Nec niſi iuxta præſcriptum Statutorum, à Nobilibus exigantur. C. 214.

Terræ

Iag. in Iedl. 1433 Item omnes.

Terræ Cuiauienſis & Dobrzynenſis, poſt decem annorum decurſum, liberæ ſint à Tributo auenario. L. 52. P. 455. HL. 12. HP. 261.

Idem ibidem. Item pollicemur.

Auenam ſola Ruſsia ad vitam Regis Iagelonis contribuat. Ibidem.

Sig. Petr. 1511. Item ſtatuimus.

Agri, Horti, & Scultetiæ deſertæ Contributiones nō ſoluant. Ex molendinis iuxta antiquas quietationes ſoluatur. Libertationem ex aliqua cauſa impetrantes, durante libertate, ad ſolutionem Contributionis (exceptis ducillis) non adigantur. S. 17. P. 949. HL. 63. HP. 89.

Sig. Petr. 1511. Item volentes.

Iniqui exactores, coram Epiſcopo, Palatino, vel Caſtellano reſpondeant, & decretis illorum pareant. S. 17. P. 950. HL. 64. HP. 90.

Sig. Petr. 1511. Quia Nobilitas.

Nobilis, ſi pro vſu ſuo priuato, citra fraudem, Ceruiſiam in Ciuitate coquit, ducillum non ſoluat. S. 17. P. 949. HL. 38.

Alb. Petr. 1496. Item in exigen.

Intra tempus libertatis, ab annuis cenſibus conceſſæ, contributiones non exigantur. L. 104. P. 445. HL. 63. HP. 88.

Sig. Crac. 1532. Proſpicientes.

Contributiones dominus à ſubditis exigat, & exactori deferat, quietationes verò vtrinq; dentur. S. b 2. P. 950. HL. 63. HP. 9

Aug. Warſ. 1563 Niewydánie Poborow.

Pro Contributione non ſoluta, reus deferatur Capitaneo, qui exequutionem faciat citra appellationem. HP. 94. C. 22.

Aug. Lub. 1566. Poborce.

Exactores rationem in Conuentu faciant, defectus ex ſuo impleant. Rex quoq; de accepta Contributione rationem reddat, & quod vltra ſummam Quingentorum millium, illi à Repub. conceſſam, nihil accepit oſtendat. C. 70.

Aug. Petr. 1567. Annaty.

Annatæ in Regno maneant pro defenſa Reipub. C. 75.

Steph. Crac. 1576. Oſobliwie to wárukemy.

Contributiones & Telonea, non niſi in Conuentu inſtituantur, Monopolia non admittantur. C. 161. 149.

Sig. Crac. 1588. Libertátia.

Capitaneus Wſchovvenſis probet in futuro Conuentu, ſe certas penſiones & Stationes à Nobilitate illius diſtrictus iure exigere, id ſi probauerit, ipſe tantùm, non verò ſucceſſores, in eorum vſu conſeruetur, ſi non probauerit, Nobilitas illa ex nunc ab ijs omnibus liberatur. C. 49.

Sig. Crac. 1588. Popráwá.

In reparationem Ciuitatis Poſnanienſis, Contributio ducillorum ad decennium conceditur, non obſtante Cō- C. 68.

tributione Regni, eam verò reparationem Generalis Maioris Poloniæ, Castellanus & Succamerarius Posnanienſis, reuideant, rationes ad Festum S. Martini audiant, & ea ad Conuentus particulares referant.

Sig. Warſ. 1589. Odpuſczenie

Contributio Szos Ciuitati Cracouienſi, ad quatuor exactiones condonatur. c. 41.

Sig. Warſ. 1589. Stoda.

Ciuitati Sredenſi Cõtributiones quatuor exactionum remittuntur. c. 45.

Sig Warſ. 1589. Odpuſczenie.

Contributio quoq; ducillaris duarum exactionum, in reparationem Ciuitatis Cracouienſis conceditur, ſaluis iuribus Braxatorum Cracouienſium, de quibus cognitio in Comitijs poſt determinationẽ vtriuſq; exactionis futura eſt. c. 41.

Sig. Warſ. 1589. Odpuſczenie.

Ciuitati Caſimirienſi Contributio Szos ad quatuor exactiones remittitur, Contributio verò ducillaris, eius anni in reparationem eiuſdem Ciuitatis conceditur. c. 43.

Sig. Warſ. 1589. Szoo.

Ciuitati Clepardienſi itidem Cõtributio quatuor exactionum remittitur, Contributio verò ducillaris eius anni in vſus Ciuitatis donatur. c. 44.

Sig. Warſ. 1596. O obronie.

Contributio in ijs Palatinatibus qui eam anno ſuperiore non extradiderint decernitur; tum & Contributio Capitalis Iudæis imponitur, idq; pro defenſa finium Regni & milite. c. 4.

Sig. 3. Warſ. 1598. Szafunek.

Contributio in Conuentu Anni Milleſimi Quingenteſimi Nonageſimi Octaui laudata, ita diſtribui debet. Primum Regi pro viatico Suetico trecenta millia florenorũ numerari debent. Deinde ex eadem Contributione, & retenta Palatinatuum Posnanienſis & Caliſsienſis, Clenodia Regis, in Centum quinquaginta quatuor millibus florenorum pro ſtipendijs militaribus oppignorata redimãtur. Reliquum conuerti debet in redemptionem bonorum Regalium, in ſumma quingentorum millium florenorum obligatorum. Quam pecuniam Theſaurarius nõ in alium vſum, quam in eum aſſeruare debet, ſub pœna cõfiſcationis bonorum, in Comitijs proximis, ex inſtantia Nunciorum Terreſtrium decernenda. Exemptio verò ita fieri debet. Poſſeſſores omnes in futuris Comitijs cum c. 5.

cum literis & Priuilegijs ſuis compareant, ſexta die ab incœptione Conuentus, ſub pœna in Conſtitutione Anni Milleſimi, Quingenteſimi, Sexageſimi, Septimi deſcripta. Rex verò, abſolutis Senatorum votis, primo loco cum Nunciorũ Terreſtrium deputatis, inſtar Quartæ eas cauſas audiat. Ex bonis redemptis, medietas quinq; partium prouentuum Rauàm conferatur, in ærarium, ſub eiſdem cautionibus ſicut Quarta ſoluitur, alia medietas ad poſſeſſores modernos ad vitam cuiuſq; pertineat. Poſt eorum deceſſum Rex eis diſponet. Diſpenſatio eius pecuniæ & ærarij fieri debet autoritate Conuentus, cum conſenſu Ordinum.

Sig. 3. Warſ. 1598. Wiązáczenie.

Debitum Myſkovvskim ſoluatur ex prima Palatinat⁹ Cracouienſis Cõtributione ad quietationem eorum propriam. Alioquin exactor ad Tribunal inter cauſas Officij reſpondeat, & pœnam Centum Marcarum luat parti & Iudicio. c. 23.

Sig. 3. Warſ. 1598. Aſſecuratio.

Solutio mille Quingentorum florenorum in milites erogatorum Floriano Gomolinski ex Contributione Palatinatus Siradienſis promittitur. c. 40.

Contributiones laudatæ ſub Sigiſmundo Primo.

Bidgoſtiæ Anno 1520. Capitaliss. P. 956. HL. 64.
Cracouiæ Anno 1527.

Sub Sigiſmundo Auguſto.

Warſſouiæ Anno 1564. c. 36.
Petricouiæ Anno 1565. c. 64.
Petricouiæ Anno 1567. c. 78.
Lublini Anno 1569. c. 113.

Sub Interregno.

Varſſouiæ Anno 1573. C. 122.
Andreouiæ Anno 1576. C. 137.

Sub Stephano.

Ad Gedanum Anno 1577. C. 177.
Leopoli Anno 1578. C. 194.
Warſſouiæ Anno 1580. C. 202.
Ibidem Anno 1581.

Sub Sigiſmundo Tertio.

Cracouiæ Anno 1588.
Warſſouiæ Anno 1589.
Ibidem Anno 1590. Turcica.
Ibidem Anno 1591.
Ibidem Anno 1593.
Cracouiæ Anno 1595.
Warſſouiæ Anno 1598.

CAPVT OCTAVVM.

De fundorum Nobilium libertate.

Kaſ. Wlz. 1368. Franciſcus.

MOlendinator multorum fratrum, ſeu dominorum, communis, omnibus ſeſe iuſtificet. L. 21. P. 335. HL. 160. HP. 344.

Ex Priuilegio Lod. Kaſ. 1374.

Nobiles eorumq; ſubditi, liberi ſunt ab omnibus tributis, & oneribus, duobus groſsis de ſingulis laneis relictis. L. 40. P. 454. HL. 101. HP. 260.

Rex

Iag. ad Czerw. 1422. Item vt gratia. Idem in Iedl. 1433. Nulli autem. Kaſ. Nieſs. 1454. In primis igitur.

Rex neminem captiuet, nec cuiquam bona recipiat, niſi iure victo. L. 48. 52. 92. P. 270. HL. 168. 193. HP. 240.

Ex Priuilegio Lod. Kaſ. 1374. Iag. in Iedl. 1433. Item pollicemur.

Stationes nullas Rex apud Nobiles faciet. L. 41. 51. P. 455. HL. 261. HP. 261.

Alb. Pet. 1496. Fit plerumq;.

Nobiles eorumq; ſubditi, liberi ſint ab omnibus Teloneis, & foralibus, liberèq; Ceruiſiam alioſq; liquores, vndecunq; adducant, propinent, braxent, & conficiant. L. 104. P. 460. HL. 38. HP. 263.

Alex. Rad. 1505. Terrigenis.

Etiam Bidgoſtiæ, Nobilitas frumenta liberè vendat, neq; ab oppidanis impediatur, ſub pœna quatuordecem marcarum iuxta literas Regias, per Capitaneum exigẽda. L. 119. P. 324. HL. 100. HP. 262

Conſ. Crac. 1505. Item in tabernam.

In molendinum & tabernam, intromiſsio ne detur, niſi alia bona deſint. L. 122. P. 335. HL. 160. HP. 344.

Sig. Crac. 1510. Sæpenumero.

Sculteti & molendinatores, Scultetias & molendina non alienent, ſine dominorum ſuorum conſenſu, ſub amiſsione ſummæ pro qua oppignorauerint. S. 15. P. 334. HL. 160. HP. 342.

Sig. Petr. 1511. Quia Nobilitas.

Nobilis in Ciuitate, pro vſu duntaxat proprio Ceruiſiam coquens, ducilla non ſoluat, modo dolus abſit. S. 17. P. 460. HL. 38. HP. 271.

Aug. Lub. 1569. Sláchtá Brãczł.

Nobilitas Braczlauienſis eorumq; ſubditi mel liberè vendant cui volunt, neq; cogantur ad vendendum illud Iudæis. C. 109.

Idem. Item quia.

Bona ſua ſterilibus alienare integrum ſit. S. 18.

Sig. Crac. 1532. Suadente.

Neq; Capitanei, neq; Ciuitatum Officiales, prohibeant, quo minus Nobiles liberè frumenta ſua etiam externis vendant, vel extra Regni fines vehant, niſi vſus Reipub. aliud ſuaſerit. S. 4. P. 324. HL. 100.

Sig. Petr. 1532. Querela. Idem ibidem. 1538. Ad literas.

Literas ſuper bona hæreditaria, coram Capitaneo producere nemo tenetur, niſi omninò appareat, bona illa eſſe Regalia, cauſa tamen perplexa per Regem in Conuentu decidatur. S. 2. 4. P. 384. HL. 151. HP. 69.

Sig. Crac. 1540. Grauiter.

Gedanenſes doceant Priuilegijs quod Nobilitas illis frumenta ſua vendere teneatur. P. 458. HL. 100.

Sig. Crac. 1540. Terrarum Podolie.

Stationes militum, in bonis Nobilium, fiant ex arbitrio Capitanei generalis Exercituum. Ex ipſis Originalibus.

De qui-

De quibus Stationibus habes plura infra Parte Quinta.

Steph. Warſ. 1576. Aby wątpliwość. Nobilitas, omnes vtilitates ex fundis ſuis liberè recipiat, etiam mineras quærat & fodiat. *c. 148. 160.*

Ibidem. Taksc. Bona hæreditaria pro feudalibus non cenſeantur, niſi expreſsè cautum ſit, ea in feudum collata fuiſſe, quam in rem allegationes Iuris externi non admittantur. De quo plura ſupra Cap. 1. *c. ibidem.*

CAPVT NONVM.

De Patria poteſtate.

Caſ. Wiſ. 1368. Ex communi. PVeri matre orbati, bona materna à patre ne repetant, antequam ad ſecunda vota tranſeat, niſi ſubſtantiam dilapidet. *L. 25. P. 467. HL. 154. HP. 285*

Iag. Crac. 1423. In quadam. Sed etiamſi nubat, niſi ſit prodigus, bonis maternis puerorum donec vixerit vtatur, eo duntaxat pueris aſsignato, quod dotis nomine ad eum cum matre illorum peruenit. *L. 43. P. 467. HL. 154. HP. 286.*

Iag. Crac. 1423. Declarantes. Diuiſio per patrem inter liberos duplicis Coniugij facta, rata ſit. *L. 43. P. 476. HL. 83. HP. 278.*

CAPVT DECIMVM.

De Teſtamentis

Sig. Crac. 1510. Pietatem ſanctã. TEſtamenta non de immobilibus, tàm hæreditarijs quàm obligatorijs, ſed duntaxat de mobilibus condantur; Bona tamen Regalia Regi teſtamento legari poſſunt. *S. 11. P. 463. HL. 283. HP. 290.*

Alioquin

Sig. Crac. 1519. Teſtamentum. Alioquin Teſtamenta contra hoc Statutum facta, nulla ſunt, etiamſi confirmata fuerint. *S. 23. P. 463. HL. 283. HP. 290.*

Sig. Crac. 1543. Rożnice ſądu. Cauſæ Teſtamentorum, coram Rege aut quocunq; officio, vel Iudicio Sæculari conditorum, ad Sæculare Iudicium pertinent, niſi quid ad pias cauſas legatum eſt, legari tamen bona Terreſtria non debent. *P. 463. HL. 283. HP. 156.*

Coram Notario verò publicè, vel coram teſtibus cõdita, vel manu ſcripta (quod ſolis Nobilibus integrum eſſe debet) mixti fori ſunt.

Lex annalis.

Sig. Warſ. 1589. Ordinátia. Illuſtri & Magnifico Ioanni Zamoſcio Regni Cancellario, propter egregia ipſius in Rempub. merita, permittitur, & lege in æternum non abroganda cauetur, vt liberè iuxta voluntatem ſuam, de bonis ſuis mobilibus & immobilibus Teſtamentum condere & hæredem ſcribere poſsit; Quæ Ordinatio perpetuis temporibus valebit, nulla præſcriptione obſtante, etiamſi poſſeſsionis traditio ſubſequuta non ſit, ita vt bona in ea ſpecificata, tàm in toto quàm in parte, per hæredes non alienentur, neq; debitis & reformationibus oneretur, Iuriſdictione Terreſtri in alijs rebus ſalua. Eam verò ad Acta Tribunalis Regni Lublini referat, facultate immutandi & corrigendi, quoad vixerit eidem reſeruata. *c. 33.*

Sig. Warſ. 1589. Confirmatio. Ordinatio inter Nicolaum, Chriſtopherum, Albertũ & Staniſlaum Radzivvilones, Duces in Olika & Niesvvieß, de ſucceſsione certorum bonorum Paternorum, videlicet Olika, Niesvvieß, Kleczk, Mir, Grodek, Davvidovvski, & aliorum ad hæredes tantùm ex parte gladij, remotis filiabus, pertinente, facta, & per Regem Stephanum approbata, authoritate Conuentus approbatur perpetuò. *c. 35.*

Sig. Warſ. 1598. Approbátia. Ordinatio Illuſtris & Magnifici Ioannis Zamoyski Cancellarij Regni de bonis ſuis hæreditarijs ex lege publica coram Iudicio Tribunalis Regni facta, approbatur, cum facultate mutandi & corrigendi. *c. 27.*

CAPVT XI.

De pupillis & tutoribus.

Cæs. Wis. 1368. Infantibus.

MInorennes vbi annos attigerint, pro iniurijs agant, præscriptione non obstante, quę tamen ab annis discretionis incipiat. L. 24. P. 473. HL. 159. HP. 288.

Cæs. Wis. 1368. Si impuberes.

Pupilli, sicut respondere ante legittimã ætatem non tenentur, ita quoq; præscriptione sub tempore orphanitatis illorum quæsita, sese tutari non possunt. L. 31. P. 470. HL. 159. HP. 286.

Idem ibidem. Cum pater.

Tutor bona pupillorum, neq; vendat, neq; alienet, neq; limitet. L. 33. P. 471. HL. 285. HP. 287.

Minorennibus autem citatis, annos Iudex computet, qui tamen in tribus casibus respondeant. Primum in causa exemptionis bonorum patri obligatorum. Secundo si quis pro patre illorum fideiusit, & viuente illo hoc nomine in Iudicium tractus est. Tertio si pater viuens pro aliqua hæreditate impetitus fuit.

Cæs. Wis. 1368. Multoties.

Tutor non nisi de censibus & iumentis rationem reddat. L. 33. P. 474. HL. 285. HP. 289.

Abrogata est hæc lex Constitutione 1565. vt infra.

Sig. Crac. 1423. Orphanitati.

Pupilli masculi ante quindecimum, fœminæ ante duodecimum annum in Iudicio ne respondeant, sed cum matre tutori à Patre dato subsint, quem neq; consanguinei, à tutela remouere poterint. L. 43. P. 470. HL. 159. HP. 286.

Idem ibidem. Astutiæ.

Virginem nubilem, si tutor elocare neglexerit, ipsa poterit virum eligere, cum amicorum consensu, etiam contra voluntatem tutorum, quibus lex de raptis Virginibus sancita obesse non debet. L. 43. P. 474. HL. 291. HP. 276.

Cons. Crac. 1505 Item cum.

Pro Patre euictionem promittente pueri teneantur, ad annos non prouocando. L. 120. P. 471. HL. 159. HP. 288.

Ibidem. Item quemadmodum.

Pupilli, quamuis bona sua post annum quintum decimum, à tutoribus vendicare possunt, alienare tamen ea, absque amicorum consensu, ante vigesimum quartum annum non possunt. L. 120. P. 473. HL. 285. HP. 289.

Aug. Petr. 1565. & epiekunach

Tutores non tantùm de censibus & iumentis, sed etiã de omnibus bonis mobilibus & prouentibus, rationem etiam coram Iudicio Terrestri faciant. HP. 289. C. 54.

Sig. Crac. 1543. Iż iest spraw.

Officium Castrense, pupillis ius dicat, actione violentę expulsionis, si bona illorum alienârunt tutores. P. 545. HL. 222.

Lex annalis.

Sig. Crac. 1588. De minorennib.

Minorennes, qui iuris alicuius prætextu, bona iureuicti possident, in causa complicitatis & potioritatis iuris prouocare ad annos discretionis non possunt. Quod si processus obtentus est contra ipsos minorennes, cum specificatione tutoris, non autem ex actione parenti viuo instituta, eo casu non minorennibus, sed ipsi tutori, ignorantiæ processus probatio incumbit. Quod nisi fecerit, debet causa super minorennibus eorumq; bonis obtineri, & exequutioni tradi, saluo beneficio per ignorantiam euadendi, & pro malè obtento agendi, minorennibus reseruato cum adoleuerint. C. 36.

Si vero tutor pupillorum nomine successioni renunciet, & suspensione ad annos impetrata, nihilominus per se vel per submissas personas intromissionem in bona impediat, eo casu is qui impedit, complicitatis nomine, potest in Iudicium Castrense vocari.

Si Pater debitum contraxit, & super bonis assecurauit, quod vel ex præsenti pecunia, vel ex prouentibus exolui non possit, vadia autem nondum lucrata sint, potest Tutor ante litem, bona minorennium in summa inscripta dimittere. Idem faciet si in quocunq; iuris gradu, lis patri inchoata stetisset. Quod sanè intelligendum est, de ijs bonis, quæ in minorennium vel Tutorum possessione sunt.

CAPVT XII.

De diuisione inter Fratres & familia herciscunda.

Cas. Wis. 1368. Quamuis negotia.

FRater diuisus nominatim, indiuisi generaliter citentur, quod si diuisus causam perdit, reliqui sua minorennitate restitutionẽ petere non possunt, nisi pro suo interesse, si verò sint indiuisi, & generaliter omnes ad illa bona aliquod ius se habere prætendentes citantur, causaq; cadunt, nullus illorum rem iudicatam infringere potest. L. 19. P. 476. HL. 98. HP. 290.

Idem ibidem. Falco pro hæreditate.

Seniore fratre propter præscriptionem causam perdẽte, minor eam ne reuocet. L. 20. P. 477. HL. 99. HP. 293.

Idem ibidem. Cum omnis dissensionis.

Diuisio inter fratres, per amicos etiam absq; Iudicij authoritate facta, trium annorum & totidem mensium silentio ratificatur, nisi quid iure præscriptionẽ impediat. L. 30. P. 475. HL. 80. HP. 292.

Ing. Crac. 1423. Declarantes.

Filij prioris matrimonij, filias secundi matrimonij elocent dotentq;, bonis tamen maternis saluis, Diuisio verò per patrem inter liberos, ex duabus vxoribus susceptos facta, rata sit. L. 43. P. 476. HL. 83. HP. 278.

Cas. Petr. 1447. Inprimis.

Frater Senior bona fratrum minorennium, ne alienet, debita inscripta ex bonis paternis communibus, ad proportionem debiti, cum amicorum consilio venditis, minutiora verò debita ex censibus exoluat, reliquum cum fratribus æqualiter diuidat, quidquid contra hoc Statutũ factum fuerit irritum esto. L. 89. P. 472. HL. 98. HP. 291.

Cons. Crac. 1505 Primo cum.

Actio diuisionis Castrensis est. L. 121. P. 230. HL. 220. HP. 216.

Steph. Warsc. 1578. De illegitima prole.

Illegittima proles etiam subsecuto matrimonio non succedit, nec vnquam legittimatur. C. 189.

CAPVT

CAPVT XIII.

De Statu mulierum & iure dotali.

Cas. Wisl. 1368. Item Statuimus.

VIrgo dote coram amicis assignata contenta sit, bona hæreditaria illi coram Rege assignentur, per fratres germanos dotetur, si fratres nulli sint germani, tunc hæreditas filiabus debetur, quam patrueles si volunt, præmissa taxatione possunt redimere, pecuniam tamen infra annum, à die taxationis soluant, alioquin perpetuò sileant. L. 29. P. 485. HL. 83. HP. 276.

Idem ibidem. Statuimus.

Virgo à patre dotata, nihil petat à fratribus, Filia Palatini cui dos per patrem data non est, si possessiones sint amplæ Centum marcarum dote sit contenta, sin paucæ taxentur bona. Filia verò Nobilis quadraginta marcarũ dotem habeat, possessionibus multis extantibus; si possessiones fuerint paucæ, taxentur bona, si fratres germani non sint, neq; vterini, neq; patrueles, quilibet eiusdem stirpis, potest dote data virgini, hæreditatem retinere. Bona verò sororis paterna fratres possideant, donec elocetur, dote autem accepta nullam successionem fraternam expectet. L. 33. P. 486. HL. 83. HP. 276.

Sig. Crac. 1588. O posadzeniu

Hæc lex ita postea correcta est, vt dotem sorori per patrem indotatæ, assignent fratres, infrà vnum annum post mortem paternam, ex consilio duorum ex linea paterna, duorum ex materna coniunctorum, quam dotem infra vnum annum, post desponsationem, eidem reddant, vel sortem bonorum, dotis nomine in possessionem dent, Fratres verò honestam educationem sororibꝰ dent. De quibus omnibus coram officio Capitaneali iure agi potest. C. 29.

Sig. Crac. 1588. Vlá Dobrach.

Bona dotis nomine obligata, vel ex perlucris in possessionem accepta, itidem & ea, quæ in vim reemptionis inscripta sunt, pro hæreditate ne vsurpentur, præscriptione etiam longissimi temporis interueniente, sed semper redemptioni obnoxia sunto. C. 30.

Iag. Crac. 1423. Declarantes.

Filij prioris Vxoris mortuo patre, filias secundæ Vxoris maritent, & dotent saluis bonis maternis. Pueris verò prioris vxoris à patre diuisis, & portionem suam tenẽtibus, portio secundæ vxoris pueris integra debetur. L. 43. P. 487. HL. 154. HP. 278

Iag. Crac. 1423. Vt iam dubijs.

Filia, vbi fratres germanos non habet, ipsa hæreditat, non obstante pacto, inter maritum & eius Tutorem de non petenda hæreditate facto. L. 43. P. 486. HL. 95. HP. 278.

Iag. Crac. 1423. Astutiæ.

Virginem nubilem, si Tutor elocare negligit, potest ipsa cum scitu Consanguineorum nubere. L. 93. P. 474. HL. 291. HP. 276

Cas. Wis. 1368. Statuimus.

Fuga & crimina mariti, dotalitium vxoris non vicinant. L. 35. P. 489. HL. 81. HP. 281.

Alex Rad. 1505. Dotium solutionem.

Vxor si prius moriatur, maritus de dote & reformatione successoribus respondeat, si verò vir prius moriatur, vxore in possessione bonorum reformatorũ relicta, eadem possessio debetur successoribus, absq; iuris strepitu per Capitaneum danda. L. 119. P. 492. HL. 82. HP. 282

Cons. Crac. 1505 Item vxor.

Vxor viro absq; amicorum consensu, nihil inscribat, alioquin inscriptio nulla. L. 121. P. 488. HL. 306. HP. 278

Cons. Crac. 1505. Item dum aliquis.

Indotatis vxoribus Triginta marcæ soluantur, vel possessio assignetur, quæ trium marcarum prouentũ habeat. L. 121. P. 491. HL. 81. HP. 280.

Sig. Pet. 1523. Si vero quis.

Perlucris super viro obtentis, non subest vxoris dotalitium, sed ipse pro Golotha censebitur. S. 38. P. 490. HL. 82. HP. 280.

Sig Pet. 1523. Et si renditor. Crac. 1543. Si verò is.

Si maritus alienat bona, doti & dotalitio vxoris obnoxia, id faciat cum consensu vxoris, & duorum de paterna linea amicorum ipsius. S. 44. P. 489. HL. 306. HP. 279.

Sig. Petr. 1523. Forma inscript.

Aduitalitium tamen vsum bonorum inscribere non prohibetur vxor. S. 47. P. 488. HL. 121. HP. 279.

Cas. Wisl. 1368. Statuimus.

Vidua dotata, donationem, dotem, & clenodia, vestesq; tollat, cui decedenti, pueri in ijs succedant. Quod si ad secunda vota transeat, bona paterna pueris relinquat, cum sorte eos concernente. L. 29. P. 491. HL. 287. HP. 281.

Vidua

Iag. Crac. 1423. Ad abolen.

Vidua dote & dotalitio sit contenta, alia verò bona pueris dimittat. L. 42. P. 491. HL. 287. HP. 281.

Idem ibidem. Licet etiam.

Vidua mortuo marito, parafernalibus duntaxat sit cõtenta, thesauris, pecunijs, argento, equis, armis, equireis ad pueros deuoluendis, pecora tamen & alia quæ dori & dotalitio obnoxia fuerint, vnà cum equis quibus vehebatur, retineat, vestes verò & equos minoris precij, id est trium marcarum, cum pueris diuidat. Ibidem. P. 492.

Sig. Pet. 1523. Cum primum mulier.

Vidua secundò nubens, ad Terminos Terrestres vel positionem actorum citata compareat, dotem tollat; bonis cedat, fideiussores de dotalitio, hæredibus mariti post mortem suam restituendo det, primus tamen terminus non sit peremptorius. Quod si neq; in secundo termino compareat, Iudex pecunia in Cancellaria relicta, possessionem redemptori assignet, donec illa eundem adcitet, & præsente illo fideiussorem det. S. 37. P. 493. HL. 82. HP. 283.

Sig. Crac. 1588. & Stostrach.

Sorores & amitæ indotatæ, quæ maritis nupserunt, ex ijs bonis, quæ fratres vel nepotes debitis onerauerunt, per Creditores, iuxta Cõstitutionem eiusdem anni dotari debent, qua in re Creditor ad Euictorem non prouocet, sed illi saluum ius contra Euictorem reseruabitur. Iis autem quæ non nupserunt, infra anni decursum post elocationẽ dotem dent Creditores, inscriptis dotibus saluis. C. 37.

Virgo antequam nubat prouideri debet ex sorte eius, quam prouisionem quiuis possessor non deneget assignata illi mansione competenti, licebit illi tamen vbi voluerit, ex amicorum consilio manere, prouisione salua.

Domina dotalitialis, quæ in bonis iureuictis priorem habet reformationẽ, quã ius Creditorum, in possessione reformatorum bonorum conseruetur, ea verò si moriatur, hæredes dotalitij exemptioni Creditoris subiacebũt. Idem fiet, si post mariti mortem, ad secundas nuptias cõuolauerit, contradote cautione assecurata.

De præscriptione mulierum habes infra Parte eadem Cap. 17.

De raptoribus quoq; earum habes Parte Quarta Cap. Tertio.

CAPVT

CAPVT XIIII.

De Contractibus & obligationibus.

Caſ. Wisl. 1368. Cum omnes.

CItatus pro hereditate aut pecunia obligata, ſi in termino peremptorio non comparuerit Actor lucratur pecuniam aut hæreditatem, pecunia reo reſtituta. L. 8. P. 513. HL. 92. HP. 522.

Caſ. Wisl. 1368. Emem lutibus.

Mercatores ſi quid Nobilibus citra literalem obligationem mutuò dant, probent idipſum per teſtes, alioquin negans citatus per iuramentum euadat. L. 16. P. 370. HL. 166. HP. 308.

Sig. Crac. 1540. Statutum de regeſtris.

Mercatores debita in Regeſtris connotent, atq; à Nobilibus ante triennium repetant, alioquin reum iure communi conueniant. P. 310. HL. 156. HP. 309.

Caſ. Wisl. 1368. Conradus à Dominico.

In bonorum venditione, etiam conſanguinei teſtimonium dicunt, plerumq; enim compoſitores, ex ſanguine ſunt. L. 18. P. 501. HL. 287. HP. 513.

Caſ. Wisl. 1368. Franciſcus vendidit.

Venditor villæ, etiamſi maiorem precij partem non percepit, reuocare tamen venditionis contractum, poſt tres annos & tres menſes, non poteſt. L. 19. P. 501. HL. 188. HP. 513.

Caſ. Wisl. 1368. Franciſcus Gregorio.

Frumentum mutuatum intra quatuor annos repetatur. L. 19. P. 505. HL. 101. HP. 526.

Idem ibidem. Nicolaus depoſuit.

Equus in vſum alicuius accomodatus, læſuſq; per cõmodantem duabus ſeptimanis ſine vllo labore ſeruetur, & niſi conualuerit, accommodans cum commodatore rem componat. L. 21. P. 505. HL. 90. HP. 540.

Idem ibidem. De cætero ſtatuimus.

Emptor hæreditatis contra propinquos & creditores triennio & tribus menſibus præſcribit. L. 33. P. 501. HL. 188. HP. 513.

Idem ibidem. Cum ob graue.

Debitori ſolutio in decem octo ſeptimanis iniungatur. L. 37. P. 518. HL. 71. HP. 525.

Bona

Idem ibidem. Franciſcus. Iag. Crac. 1423. Quamuis præſcriptio.

Bona obligata, infra triginta annos redimi poſſunt, modo obligatio quolibet quinquennio vel decennio innouetur. L. 18. 44. P. 512. HL. 173. 189. HP. 521.

Idem ibidem. Ad præcludendũ.

Hæres pro obligatorio impetitus, ad probationem hæreditatis & poſſeſsionis admittatur, vbi litteris nihil probatur contrariũ, vel vbi vtriuſq; partis iura dubia ſunt. L. 44. P. 513. HL. 181. HP. 522.

Idem ibidem. Ex Conſuetudine.

Venditor hæreditatis, vocatis vicinis, limites emptori oſtendat, eumq; tribus annis totidemq; menſibus tueatur, quo tempore elapſo, emptor impetitus, ad probationem admittitur cum teſtibus, & præſcriptione iuuabitur. L. 44. P. 500. HL. 287. HP. 512.

Alb. Petr. 1496. Eandem autoritatem.

Redemptionẽ bonorum obligatorum Notarius cum Camerarijs Iudicat, primo termino peremptorio, pecuniamq; non obſtante renitentia citati, ad ſe recipiat & parti redimenti poſſeſsionem adiudicet. L. 98. P. 512. HL. 92. HP. 523.

Sig. Crac. 1588. O wykupnie.

Appellationes quę in cauſis redemptionis bonorũ obligatorũ interueniunt non expectato proprio Palatinatu, inter cauſas officij in Iudicijs Tribunalis decidantur, ijs verò, quæ ſub tempore Tribunalis interponuntur, terminus ſex ſeptimanarum præfigatur. C. 29.

Sig. Crac. 1588. Vtá dobrách.

Bona dotis nomine obligata vel ex decreto Iudicij in poſſeſsionem data, itidem & ea, quæ in vim redemptionis inſcripta ſunt, pro hæreditate ne vſurpentur, præſcriptione etiam longiſsimi temporis interueniente, ſed ſemper redemptioni obnoxia ſunto. C. 30.

Conſ. Crac. 1505 Item homini.

Circa redemptionem bonorũ homini poſſeſsionato, pecunia ne areſtetur, niſi minorem habeat poſſeſsionem. L. 123. P. 513. HL. 11. HP. 523.

Conſ. Crac. 1505 Item ſi aliquis.

Pro mutuo non inſcripto citatus, per iuramentum euadat. L. 123. P. 505. HL. 166. HP. 525

Idem ibidem. Item dum aliquis.

Inſcribens ſe de tranſportatione inſcriptionis, ſi id ſuo tempore non fecerit, faciat luita pœna trium marcarũm, parti & Iudicio totidem. L. 120.

Cons. Crac. 1505 Item cum aliquis.

Debitor ſi in debito non inſcripto, offert intromiſſionẽ in bona, Creditor eam ſuſcipiat; quod ſi ad inſcriptionẽ conuenitur & inſcriptione intromiſſioni renunciauit, non aliter Creditor intromiſſionem oblatam accipiat, L. 124. P. 519. HL. 71. HP. 525.

niſi luita per debitorem pœna ter trium marcarum, quod actor hoc modo ſuſcipere tenetur.

Sig. Crac. 1523. Etſi venditor. Crac. 1543. Si verò is.

Venditor vxorem reformationem in bonis venditis habentem, cum amicis ad renunciationem doti conſtituat. S. 44. P. 489. HL. 306. HP. 512.

Sig. Crac. 1532. Fluries.

Cenſus perpetui, ſolo annexi, contra inſtantiam Nobilitatis ratificantur, & ſola poſſeſsione diuturna, atq; mentione in inſcriptionibus facta probentur. S. b 2. P. 504. HL. 38.

Sig. Crac. 1540. Conſiliarijs.

In Maiori Polonia, Tenutarius bonorum, etiam coram Iudicio vel officio Caſtrenſi, ad redemptionem conuenitur. P. 513. HL. 173. HP. 522.

Sig. Crac. 1507. Sæpè contingit.

Inſcriptionem perpetuam non eſſe in fraudem factam, probatur iuramento, cum ſex teſtibus, temporalem cum duobus. S. 5. P. 536. HL. 116. HP. 520

Sig. Crac. 1510. Ambiguitates.

Literæ & inſcriptiones, ita interpretari debent, vt ſi ſpecies appoſita generalitati fuerit, ſiue illa ſequatur, ſiue præcedat, ad ſpeciem duntaxat inſcriptio referatur, & vbi ſpecialis mentio in litteris facta non eſt de Teloneo, de iure patronatus, de fumalibus, de ſtatione, iuri Regio reſeruatur, Generales tamen inſcriptiones omnia complectuntur. S. 15. P. 381. HL. 26.

Sig. Petr. 1511. Item antiqui Statuti.

Procurator inſcriptiones abſente principali non faciat, neq; pecuniam tollat. S. 18. P. 537. HL. 117. HP. 521.

Alb. Petr. 1496. In libris.

Inſcriptiones Caſtrenſes, niſi infra annum ad Acta Terreſtria transferantur euaneſcunt. L. 97. P. 209. HL. 116.

Sig. Petr. 1510. Decernimus.

Inſcriptiones tamen coram officio Caſtrenſi Poſnanienſi & Caliſsienſi factæ perpetuæ ſunt. S. 11. P. 210. HL. 116. HP. 198.

Sig. Crac. 1519. Inſcriptiones.

Itidem coram officio Siradienſi & Lancicienſi. S. 24. P. 210. HL. 116. HP. 198.

Sig. Crac. 1540. In terra Goſtinẽ.

Et in Terra Goſtinenſi. Ibidem.

Aug. Warſ. 1557 Bis probatum.

Et Petricouiæ. HP. 198. C. 7.

Sig. Crac. 1588. Grod Ciechanowſki.

Et in Ciechanovviẽ. C. 53.

Sig. Warſ. 1589. Przekoſzenie.

In Terris Warſſouienſi & Czernenſi. C. 22.

Sig. Warſ. 1589. Actá Grodzkie.

Cracouienſi. C. 19.

Idem ibidem. Grod wieczſtj.

Rozanenſi & Makouienſi. C. 23.

Sig. Warſ. 1590. Grody.

Et in toto Palatinatu Sandomirienſi. C. 28.

Idem ibidẽ. 1590. Grody.

In Terris Zakrocimenſi, Liuenſi, & Zembrouienſi. C. 30.

Idem ibidem. 1593 Grod wieczny.

Et Sochaczouienſi. C. 18.

Idem ibidẽ. 1598. Grody.

Nurenſi, Kamẽnecenſi, Oſtrouienſi, & Lomzenſi. C. 28.

Idem ibidem. Wieczność.

Sandecenſi & Biecenſi. C. 29.

Sig. Petr. 1523. Notandum.

In Inſcriptionibus Iudices diligenter conſiderent ætatem, diſcretionem, valetudinem recognoſcentis. S. 44. P. 585. HL. 115. HP. 509.

Sig. Petr. 1523. Et ſi talis.

Inſcriptioni reemptionali, expreſſè verba reemptionẽ ſeu Widerkauff ſonantia addantur. S. 44.

Sig. Crac. 1532. Vt deinceps.

Literas ſuſpectas producens, in proximis terminis eas cum Actis conferat, quod ſi non conuenerint, cum ſex teſtibus ex decemocto eligendis euadat, quod iuſtè & legitimè eas obtinuerit. Si verò cum Actis conuenerint, obijciens falſitatem in quatuordecem marcis parti & in tribus Iudicio condemnetur. Quod ſi Actorum copia non ſit, vtpote ſi deperdita ſunt, producens cum duobus teſtibus, probet veritatem literarum. Literas autem terreſtres, Notarius Terreſtris, Caſtrenſes verò Capitanei vel eorum Iudices ſubſcribant. S. 43. P. 534. HL. 150. HP. 271.

Sig. Petr. 1538. Ad præcludendum.

Literis ex Actis per oblatam emanatis, nihil probatur, niſi originales producantur. S. b 3. P. 534. HL. 152. HP. 273.

Sig. Crac. 1539. Multa & magna.

Neq; in Acta aliter ſuſcipiantur, niſi ante Actis aliquibus inſertæ fuerint, ſub pœna nullitatis. P. 534. HL. 150. HP. 272.

Sig. Crac. 1538. Quia impunitas.

Alterius nomine, falſam recognitionem faciens, pœna inuaſionis domus puniatur. S. c 3. P. 536. HL. 116. HP. 520.

Sig. Crac. 1543. Ad, effugiendas. Obligationes omnes, fiant iuxta formulas in Statuto descriptas, vxores ad consentiendum inscriptioni mariti adducantur. Tuitio sub pœna consensu partium constituta, inscriptioni addatur. Contra obligationum tenorem, nihil fiat, nihil dicatur, excepta sola dilatione ad quietationem. P. 524. HL. 117.

Lex Annalis.

Aug. Petr. 1550. Bábiegáiące. Ad ægrotos, Rex tantum admittat, ad suscipiendas inscriptiones. P. 585. HL. 117. C. 4.

Sig. Crac. 1588. O ważności. Inscriptionem priorem habens in bonis, præfertur illi qui posteriorem habet, etiamsi ad posteriorem perlucra accedant, nisi quis triennio possederit, vel nisi alicuius inscriptio, de iure nulla esse cognoscatur. Quare omnes inscriptiones, in alienis Actis recognitæ, ad Acta Castrensia vel Terrestria loci illius, in quo bona recognoscentis consistunt, siue per debitorem, siue per creditorm siue per vtriusq; seruitorem referantur. Potioritas autem & prioritas iuris, computari debet, ab eo tempore, quo in foro proprio inscripta est obligatio. C. 38.

Ibidem. Ratione inscriptionis in fraudem Creditorum factæ, *ibidem.* liceat semper iure agere, ijs creditoribus, quibus illa inscriptio damnosa est.

Plura de inscriptionibus habes Parte 3. Cap. 13.

CAPVT XV.

De Fideiussionibus.

Caſ. Wisl. 1368. Nicolaº Matthiæ. Caſ. Wisl. 1368. Præterea ſtatuimus. SI fideiussor allegat solutionem debiti, factam esse per Principalem, probet. L. 29. P. 528. HL. 94. HP. 527.

Fideiussor Principalem debitum negantem cõuincat, pro viginti marcis solus, pro quadraginta met secundº, pro maiori summa met tertius, sed fideiussor pro principali, equum bouemũe non obliget, alioquin damna resarciet. Fide- L. 38. P. 528. HL. 94. HP. 527.

Idem ibidem. Quia ex facilitate. Fideiussor propter non factam solutionem, damna principali non inferat, sed pro parua summa pignus, pro maiori bonorum possessionem apprehendat. L. 38. P. 529. HL. 94. HP. 527

Idem ibidem. Ex iure diuino. Cmetho non pignoretur propter fideiussoriam domini. L. 39. P. 332. HL. 94. HP. 348

CAPVT XVI.

De possessione & præscriptionibus.

Caſ. Wis. 1368. Cum præscriptio. POssessor hæreditatis, tribus annis totidemq; mensibus, pacis tempore præscribit, nisi probetur facultatẽ conueniendi non fuisse. L. 13. P. 539. HL. 189. HP. 539.

Idem ibidem. Si verò aliquis. Obligatorum bonorum præscriptio, triginta annorum est. Rumpiturq; protestatione, singulis annis repetita, quæ si per annos quindecem intermittatur præscriptio terminatur. L. 18. P. 512. HL. 189. HP. 521.

Iag. Crac. 1423. Quamuis præscriptio. Liceat tamen contractus, singulo quinquennio vel decennio renouare. L. 44. P. 512. HL. 173. HP. 521.

Sig. Crac. 1588. Má dobrádz. Bona dotis nomine obligata, vel ex decreto Iudicij in possessionem data, itidem & ea quæ in vim reemptionis inscripta sunt, pro hæreditate ne vsurpentur, præscriptione etiam longissimi temporis interueniente; sed semper redemptioni obnoxia sunto. C. 30.

Caſ. Wisl. 1368. Mulier maritata. Mulier maritata si infra decennium hæreditatem non petit, perdit eam. L. 18. P. 539. HL. 187. HP. 284.

Caſ. Wisl. 1368. Vidua. Vidua sexennio præscribit. Præscriptiones autem tempore pacis duntaxat currunt, tempore tumultus non valent, neq; contra captiuos. L. 18. P. 494. HL. 187. HP. 284.

Idem ibidem. Franciscus deposuit.
Seps in alieno fundo posita, neq; biennio impugnata præscribit. L. 19. P. 539. HL. 241. HP. 530.

Idem ibidem. Franciscus Neptim.
Virgo Orphana, post desponsationem sui, tribus annis & tribus mensibus, nihil contra tutorem suum agens, per præscriptionem causa cadit. L. 19. P. 473. HL. 291. HP. 283

Idem ibidem. Franciscus vendidit.
Contractus venditionis etiam precio integrè non numerato, trium annorum totidemq; mensium silentio firmatur. L. 19. P. 501. HL. 187. HP. 513.

Idem ibidem. Franciscus Gregorium.
Frumentum mutuatum quadriennio præscribit. L. 19. P. 505. HL. 101. HP. 526.

Idem ibidem. Mulier maritata. Cum realis.
Viri tantum triennio præscribunt, viduæ sexennio, maritatæ decennio. L. 18. 31. P. 539. HL. 188. HP. 284.

Idem ibidem. Vt calumnijs. Aug. Petr. 1550. Præscriptio. Cas. Wisl. 1368. Si impuberes mandatibus.
Pupilli sicut non respondent, ita neq; præscribunt. L. 31. P. 470. HL. 159. HP. 287

Idem ibidem. Cum omnis.
Diuisio bonorum per amicos inter fratres facta, trium annorum & trium mensium silentio roboratur. L. 30. P. 475. HL. 80. HP. 292

Idem ibidem. De cætero statuimus.
Emptor hæreditatis triennio & trimestri, contra propinquos & Creditores præscribit. L. 33. P. 501. HL. 188. HP. 513.

Idem ibidem. Quicunq;.
Mulier oppressa, infrà triduum de oppressione conqueratur, & clamorem excitet, alioquin ille euadet, & ipsa pœnas calumniæ dabit. L. 34. P. 214. HL. 292. HP. 275

Cas. Wis. 1368. Præterea.
Cmetho profugus, à prima notitia domini de se, vno anno præscribit. L. 36. P. 338. HL. 142. HP. 348

Iag. Crac. 1423. Ad præcluden.
Vbi actoris & rei iura dubia sunt pro possessore iudicatur. L. 44. P. 539. HL. 183. HP. 522.

Idem ibidem. Ex consuetudine.
Venditor hæreditatis, tueatur emptorem, tribus annis & tribus mensibus, intra quod tempus, nisi vicini quæstionem limitum moueant, deinceps eam mouere non poterint, præsertim si per Ministerialem ad limites conspiciendos vocati fuerint. L. 44. P. 500. HL. 287. HP. 512.

Iudæi

Kas. Nicss. 1454. Item cum infidelis.
Iudæi tribus annis, quoad obligationes præscribunt. L. 96 P. 365. HL. 134. HP. 374.

Alb. Petr. 1496. In libris. Sig. Crac. 1507. Inprimis.
Inscriptiones Castrenses infra annum in acta Terrestria non relatæ, præscriptione euanescunt. L. 97. P. 209. HL. 116. S. 1.

Alb. Petr. 1496. Item dubia.
Actorum tàm Terrestrium quàm Castrensium præscriptiones, iuxta Statuta obseruentur. L. 109. P. 587. HL. 188. HP. 436.

Alex. Rad. 1505. Querebantur.
Præscriptio recentis criminis anno & sex septimanis terminatur. L. 116. P. 230. HL. 188. HP. 209.

Cons. Crac. 1505 Item aliquis.
Actor intra annum post condemnationē in pœna Contumaciæ, vel post lapsum terminum non adcitans, causa cadit, præsertim non silentibus iuribus. L. 122. P. 650. HL. 4. HP. 495.

Sig. Petr. 1519. Præscriptio.
Monialibus viginti annorum præscriptio currit, à tempore professionis. S. 23. P. 150. HL. 161. HP. 155

Sig. Crac. 1538. Præscriptiones.
Præscriptiones eædem in Terris Russiæ. S. b 1. P. 539. HL. 188. HP. 531.

Sig. Crac. 1540. Statutum de Regestris. Idem ibidem. Sæpè fieri consuevit.
Debita mercatorum triennio præscribunt. P. 310. HL. 156. HP. 309.

Proceres. 1573. Steph. Crac. 1576. Præscription.
Præscriptio verbalis fideiussionis, Actis non inscripta anno terminatur. P. 529. HL. 94. HP. 528.

Præscriptio sub interregno non currit. C. 162. 120.

Sig. Crac. 1588. De præscriptionibus.
Hæc Constitutio ita declaratur, vt perpetuò sub omnibus interregnis seruetur. C. 57.

Sig. Warsc. 1589 Præscriptio.
Eadem propter pestem anni illius ad vnum annum prorogatur, ita vt fatalia & præscriptiones, à biennio à data Conuentus Coronationis Serenissimi Regis Sigismundi Tertij, computari incipiant saluis prioribus Constitutionibus. C. 32.

Sig. Warsc. 1588 Vá dobrácz.
Bona dotis nomine obligata, & ea quæ ex perlucris in possessionem accepta sunt tum & in vim reemptionis inscripta, pro hæreditarijs vsurpari non possunt, etiam lōgissimi temporis præscriptione interueniente, sed semper redemptioni obnoxia sunto. C. 30.

Exequu-

Praxis. Exquutio rei iudicatæ, per triennium & tres menses non continuata euaneſcit. P. 667.

Praxis. In bona quocunq; modo acquiſita, per Miniſterialem poſſeſsio apprehendatur, ab ea enim titulus & dominium incipit. HL. 123.

Ex Stat. Maſouiæ Et Kaſ. Wis. 1368 Priuilegio ſi quis non vtitur per trienniũ, illud amittit. L. 23. P. 533.

Sig. Marſ. 1589 Præſcriptio. Præſcriptiones & fatalia earum cauſarũ quæ ad officiũ vel Iudicium Capitanei Bobrovvnicenſis ad tempus vſq; præſentis Conſtitutionis remiſſæ erant, tum & proceſſus omnes contra eos in Contumaciam obtenti qui iuriſdictionem Capitanei non agnoſcebant, penitus abrogantur: Caueturq; ne cui iuris fatalia, & non proſecutio cauſæ fraudi ſit. C. 30.

Prom-

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

PARS TERTIA.

De Ivdiciis.

CAPVT PRIMVM.

De Iudicijs Comitialibus.

Decretum Sig. Crac. 1539. IN CITATIONE VERBA honorem tangentia non ponantur, ſub pœna ſeſsionis Turris per octiduum. P. 48. HL. 38. HP. 25.

Caſ. Wis. 1368. Statuimus. In cauſis Criminalibus, abſente Actore, neq; Rex, neq; Capitaneus, iudicet, nec quenquam condemnet, niſi confeſſum aut conuictum. L. 37. P. 50. HL. 4. HP. 27.

Alb. Pet. 1496. Item quoniam. Citatio ad Conuentum debet habere terminum, ſexta die L. 106 P. 49. HL. 39. HP. 29.

die post ingressum Regium, ad locum Comitiorum, sub pœna trium marcarum.

Idem ibidem. Cum frequentius. Criminaliter calumnioſè accusans, antequam turri includatur, Rex scrutabitur de facto, & de calumnia, tandemque calumniatorem infamem pronunciet & cauteriset. L. 106. P. 217. HL. 124. HP. 205.

Alex. Rad. 1505. In maiori Polonia. Neq; coram Rege, neq; coram Capitaneo vllus terminus primus est peremptorius, nisi quis sibi sponte legem imposuerit. L. 116. P. 49. HL. 280. HP. 26.

Sig. Pet. 1523. Casu verò. A sententia Iudicis Terrestris vel Castrensis, licet cuilibet verbo appellare, vel ad Cõuentum vel ad colloquia. S. 37. P. 228. HL. 9. HP. 501.

Abrogata est hæc Lex per institutionem Iudiciorum Tribunalis Regni.

Sig. Petr. 1538. Consentimus. Causæ âd Conuentum deuolutæ, quarta & sexta ferijs qualibet septimana iudicentur, facta verò concluſione Conuentus, nihil iudicetur quod ad Conuentum perti- S. b 4. P. 52. HL. 37. HP. 28.
neat.

Sig. Crac. 1540. Cum visum esset. Rege in Maiori Polonia degente, citatio contra incolam Minoris Poloniæ, ponatur quatuor septimanis ante terminum, & è conuerso, alioquin duæ sufficiunt. P. 49. HL. 39. HP. 26.

Aug. Petr. 1550. Scrutinia. Scrutinia Regi reseruantur, scrutatores verò iurati sint, & à iuratis testimonia recipiant. P. 218. HL. 250. C. 4.

Aug. Warſ. 1557. Scrutinium. Scrutinium de homicidio, ex partis instantia, Palatinus in Colloquijs faciat, cum Iudice terræ illius, vel Capitaneus in defectu colloquiorum. Potest autem tàm Palatinus quàm Capitaneus, Nobilem possessionatum, loco sui substituere, posteaquam verò cõstiterit de homicida, citatur reus ad Regem pro sessione turris. HL. 112. HP. 254. C. 6.

Correctum est hoc per posteriores Constitutiones de quibus infrà.

Aug. Petr. 1565. O rzeczach ktore się poczęciwości do- tycz9. Citans aliquem in causa criminali, ita sit paratus, vt in eo nihil desideretur, itidem & Citatus. Scrutinia quoq; in Colloquijs peragantur, vbi tàm dignitarij & officiales quàm HP. 492. C. 54.

quàm aliæ Nobiles personæ sub conscientia testimonium deponant, in defectu colloquiorum, si citatio ad scrutinium interceſit, Rex scrutatores det, & tandem vel conuictionem, vel euasionem decernat. Quod si cognitum sit, actorem calumnioſè reum in Ius vocauisse, illico pœnam Centum marcarum & litis impensas per euocatum liquidandas, numeret, à Iudicio non recedeñ., & sessione turris, per duodecim septimanas, in suo districtu puniatur. Huic tamen legi, non subiacent, causæ ex iure antiquo coram Iudicijs Castrensibus & Terrestrib⁹ institutæ, etiamsi criminales sint.

Steph. Warſ. 1578. Co sądzić máią. Si quis ex Ciuili causa criminalem faciat, pœna sessionis turris, & Centum marcarum puniatur, & damna refundat. C. 186.

Idem ibidem. Scrutinium. In causis criminalibus scrutinia parte vocata, in primis terminis Terrestribus vel Castrensibus, illius districtus, vbi crimen patratum est, post obductionem patrati criminis deducantur. *Ibidem.*

Ibidem. Conuentus generalis die literis præfixa à propositione incipiat, dictis autem per Senatores, præsentibus Nuncijs, sententijs, criminales causæ tota integra septimana, postea verò ferijs quarta, sexta, & Sabbato iudicentur, ita tamen ne & aliæ quoq; causæ Comitiales moram patiantur, præsertim causæ nullo iure & quartæ. *Ibidem.*

Sig. Crac. 1588. O rzeczach. Pœna pecuniaria Constitutione Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesimi Quinti, contra calumniatores sancita, ad ducentas marcas protenditur, quæ ibidem decerni debet cum pœna Turris, & damnorum refusione. Si tamen quis per iuramẽtum crimen diluit, eam pœnam non petat. C. 35.

CAPVT SECVNDVM.

De Iudicijs post Curiam.

Kas. Wisl. 1368. Quia ex multiplicitate. Sig. Petr. 1538. Iudices.

IVdex & Subiudex Regi aduenienti adsint, causas audiant & decidant, terminos vltra tres septimanas nemini præfigant, hæreditarias quæstiones Regi referant, qui eas cum Baronibus audiat, vel impeditus, quatuor ad minus Baronibus committat, qui vnà cum Iudice & Subiudice eas decidant. S. b 4. L. 10. P. 56. 578. HL. 124. HP. 395.

Sublatum hoc est Constitutione Iudiciorum Tribunalis Regni, seruatur tamen in Iudicijs Conuentionalibus quoad præsentiam Iudicis Terrestris.

Kas. Wis. 1368. Præterea.

Inopinatè citato, causa scriptis exponatur, & dilatio ad deliberandum concedatur. In curia verò citatione; pro hæreditate, vel summa quadraginta marcarum, terminus trium septimanarum præfigatur, pro minori verò summa vel iniuria in crastinum. L. 12. P. 54. HL. 40. HP. 28.

Abrogata est hæc Lex per posteriores Constitutiones de processu iuris sancitis, de quibus infra.

Conf. Crac. 1505. Item pro granicebus.

Citatio curialis seu verbalis, neq; in causa limitum, neq; in causa hæreditatis locum habet. L. 121. P. 54. HL. 40. HP. 29.

Conf. Crac. 1505. Item dum aliquis.

Tactus in Iudicio, si recesserit, condemnari debet in lucro, quod si pro pœna tactus est, & recedit, succumbet pœnam trium marcarum, parti & Iudicio totidem, pro qua ibidem debet condemnari in lucro. L. 121. P. 55. HL. 40. HP. 30.

Hæc arestatio ad impossessionatos tantum pertinet.

Sig. Crac. 1519. Quia terminus.

Post Curiam, incolæ Minoris Poloniæ, citatione Curiali non citentur, pro summa in Statutis descripta, Rege in Maiori Polonia existente, & è conuerso: causæ verò post Curiam non determinatæ, ad terminos proprij districtus remittantur. S. 21. P. 53. HL. 40. HP. 28.

Et hoc abrogatum est per Constitutionem Tribunalis.

Sig. Petr. 1538. Citationes.

Citatione Curiali nemo citetur, nisi iuxta præscriptũ Statuti. S. c 3. P. 55. HL. 40. HP. 29.

Rege

Sig. Crac. 1540. Cum visum.

Rege in minori Polonia degente, Nobilibus ex Maiori Polonia citatis, terminus quatuor septimanarum præfigatur, & è conuerso: alioquin duæ septimanæ sufficiunt. P. 49. HL. 39. HP. 26.

Sig. Crac. 1540. In grauamen.

Causæ officij, ad Regem per motionem deuolutæ, quamprimum expediantur, neq; cum alijs terminis Regalibus suspendantur, suspensiones verò terminorum Regalium publicentur. P. 59. HL. 174. HP. 33.

Aug. Pet. 1550. Jż tej práwem.

Actiones coram Rege ventilatæ, quæ ad Iudicia Terrestria pertinent, in Acta Terrestria inscribantur, reliqua Actis Cancellariæ, iuxta Statutum Anni Millesimi Quingentesimi Trigesimi Octaui inserantur. P. 50. HL. 3. C. 2.

Idem ibidem. Jż w Vniemieckich.

Referendarij causas Theutonicas audiant, & Regi præsentibus partibus cum Cancellarijs referant. P. 58. HL. 222. HP. 32. C 4.

Aug. Warsz. 1557 Naprzod ſá. biegáiąc. Idem ibidem. 1562. O Rańiu wyſtępnych. Idem ibidem. 1567. Fiscus.

Instigator neq; ad instantiam sui, neq; ex delatione cuiusquam, post Curiam citet, nisi in causis ad præeminentiam, prouentus, & bona Regalia pertinentibus, sub pœna Centum marcarum. Si verò quis bona aliqua Regi inscripserit, vel donauerit, ea Rex non alio iure quàm acquisito repetat, idq; in Conuentu, id tamen de futuris donationibus intelligi debet, non de præteritis. HL. 25. HP. 448. C. 6. 14. 75.

Aug. Warsz. 1557 Przysięgł Ktore.

Iuramenta in Iudicio Regio decreta, ad districtum remittantur, nisi pars ibidem velit illud præstare. C. 6.

Sig. 3. Warsz. 1598. O Powiech.

Nobiles post Curiam non citentur pro alijs bonis nisi quæ fuerint liquidi iuris Regij, hoc est quæ in Reuisione literarum pro Regalibus bonis cognita fuerint, & quorum Reuisiones & Lustrationes interceſſerunt, vel quæ in summis obligata sunt, siue antiquis, siue ad rationem quingentorum millium florenorum inscriptis. Tum de Aduocatijs, Scultetijs, Mineris, Molendinis, Tabernis & alijs de iure exemptioni obnoxijs. Pro bonis verò in Reuisione non cognitis, tam Instigator, quam donatarius Regius, non nisi in Comitijs agat. Contrauenientes huic Constitutioni delatores (qui in omnibus Citationibus poni expressè debent) quingentis C. 7.

marcis puniantur apud Tribunal inter causas officij exigen. Ducatum Lithuaniæ hæc Constitutio non afficiat. Excipiuntur quoq; ab hac lege Sculteti, Molitores,& Vasalli Prusiæ, qui seruitijs oneribusq; Capitaneorum subsunt, nisi fortè quem Capitaneus tanquam rebellem & inobedientem, vel propter commodum Regium detulerit. Decreta tamen Regia, de bonis vel Regalibus, vel iuris caduci lata, in robore maneant, neq; in dubium vocari debent,sub eadem pœna. In Palatinatib⁹ verò Wolyneñ. Kiouieñ. & Braczlauiensi, tam Instigator quàm delator pro bonis hæreditarijs,quę Regalia esse putantur, non nisi in Comitijs agat, sub eadem pœna.

CAPVT TERTIVM

De Iudicijs Terrestribus.

Cas. Wisl. 13686 Quia ex multiplicitate. Sig. Petr. 1538. Iudices. Cas. Wisl. 1368. Quia plerumq;.

IVdex vnus sit in qualibet Terra, & cum Subiudice Regi aduenienti adsit iudicaturus. *S.b 4. L. 10. P. 56. 578. HL. 124. HP. 390.*

Iudicia in locis certis & consuetis celebrentur, alioquin tanquam à non suo Iudice facta, pro infectis reputentur. *L. 12. P. 584. HL. 127. HP. 412.*

Cas. Wisl. 1368. Cum sub vno. Iag. Czer. 1422. Idē in tedl. 1433. Ex priuilegio. Idem ibidem 1368 Prima consuetudine.

In Regno Poloniæ omnes vno eodemq; iure iudicentur, alioquin quidquid contra Statuta Regni iudicatum fuerit, nullitatis vitio subiacet. *L. 32. 49. 52. P. 588. HL. 139. HP. 438.*

Iudicia manè, sobriè, ad horam duntaxat meridiei celebrentur, & si omnes actiones absolui non possunt, in aliam diem differantur. *L. 11. P. 630. HL. 129. HP. 456*

Idem ibidem. Et vt facilius.

In Iudicijs causæ ordine iuxta Regestrum vocentur, & iudicentur, ordinem actionum Notarius ne confundat, sub priuatione officij, absentes remoueantur, non condemnentur tamen, reliqui interea audiantur, quod si Iudice surgente absens iterum ter vocatus non paruerit, condemnetur. Ad Iudicium quoq; nemo accedat, præterquam petendæ citationis gratia, sub pœna trium marcarum. *L. 11. P. 630. HL. 128. HP. 456.*

Idem. Adijcientes.

Iudex interrogatus de iudicato, vel statim respondeat vel in crastinum deliberet. *L. 32. P. 664. HL. 122.*

Sig. Crac. 1423. De terminis.

Iudicia Terrestria semel in Mense olim celebrabantur, ad quæ & Camerarij Palatinales, & alij ita pertinebant, vt sine illis Iudex cum Subiudice iudicare nō potuerint. Qui tamen causas nullas nisi proprias procurare debebant. Iudici etiam & Subiudici consulitur, vt præsentes cum possint Iudicijs adsint. *L. 45. P. 579. 582. HL. 280. HP. 392.*

Sed hoc correctum est per posteriores Constitutiones de quibus infra eodem Capite.

Iag. Iedl. 1433. Item Notarij.

Notarij Terrestres per se Iudicijs assideant, vicarios non habeant, nisi à Nobilitate & Iudicibus susceptos, & aprobatos, negligentes verò Notarij, officio priuentur, neq; illos vlla leuis causa nisi sit ardua excuset. *L. 52. P. 581. HL. 169. HP. 401.*

Cas. Korez. 1451. Item volumus.

Iudicia Terrestria quater per annum celebrentur. *L. 87. P. 582. HL. 280. HP. 410.*

Quod de temporibus Iudiciorum Statutum est, postea habes infra eodem Capite.

Sig. Crac. 1532. Quamuis sciam⁹. Sig. Petr. 1538. Ne subditi.

Termini post publicationem non reclamentur, sed peremptoriè & temporibus debitis iudicentur, sub pœna Centum marcarum, cuius medietas Fisco Regio,alia parti hac perendinatione læsæ debetur. *S. a 4. P. 574. HP. 414.*

Cas. Korez. 1451 Item decernimus.

Iudices per se non per Camerarios præsideant, olim tamen pro parua tantum summa, etiam Iudices iudicabant. *L. 88. P. 589. 585. HL. 125. HP. 415.*

Sig. Petr. 1523. Volumus autem.

Sed iam omnes etiam maximas causas iudicandi habent facultatem. *S. 33. P. 586. HL. 128. HP. 415.*

Cas. Nicss. 1454. Item statuimus.

Iudiciorum decreta Actis inscribantur, propterea vt similes casus simili iure decidantur. *L. 93. P. 589. HL. 6. HP. 434.*

In Iu-

Idem ibidem. Huiusmodi.

In Iudicijs ex libro Statutorum iudicetur. L. 94. P. 589. HL. 129. HP. 438

Cas. Nieß. 1454. Vacante autem.

Notarij Terrestres à Nobilitate instar Iudicum eligãtur, & ex quatuor personis electis confirmentur. L. 94. P. 580. HL. 169. HP. 399

Alb. Petr 1496. In primis quoniam.

Iudicia quater in anno celebrentur, ad quæ si Dignitarij & Officiales eorumq; Camerarij non venerint, Iudex nihilominus cum Subiudice & Notario iudicet. Quod si neq; horum aliquis venerit, pœnam quatuordecẽ marcarum Regi luat, vera infirmitate & absentia Reipub. causa, exceptis. L. 96. P. 579. 582. HL. 126. HP. 393.

Idem ibidem. 1496. Terminos.

In defectu terminorum, eodem die & loco, Notarius cum Actis & Camerarijs præsto sit, & inscriptiones suscipiat, atq; extradat. L. 97. P. 660. HL. 170. HP. 408.

Idem ibidem. Pro fugitivis. Eandem autoritatem.

In eadem Actorum positione, Notarius cum Camerarijs iudicare debet, pro Cmethone profugo, & pro exemptione bonorum obligatorum, ita vt pecuniam ad se accipiat, & possessionem redimenti adiudicet. L. 98. P. 512. HL. 169. HP. 408.

Alb. Petr. 1496. Item cum nonnulli.

Iudices in suis Terris resideant, & Iudicia personaliter celebrent, alioquin post vnius anni decursum, quo sese Iudex absentauerit, non secus ac si defunctus sit, alius eligatur. L. 105. P. 578. HL. 125. HP. 391.

Sig. Crac. 1543. Camerarij.

Notarius cum Camerarijs exemptionem bonorum Regalium iudicet, etiam sub tempus Comitiorum. P. 660.

Lex Annalis.

Alex. Rad. 1505. Officiales.

Officiales Iudicij in Conuentibus eligantur, electi iurent, nec substituant alios, excepta infirmitate, sub amissione officiorum. L. 118. P. 578. HL. 125. HP. 391.

Alex. Rad. 1505. Quamuis.

Consuetudines Terræ Cracouiensis, pro iure sint. L. 120. P. 589. HL. 62. HP. 439.

Sig. Petr. 1510. Querelis.

Palatini sicut in reliquis, quæ ad officium illorum pertinent, diligentes esse debent, ita non minus animaduertere, ne Iudicia iustis temporibus intermittantur. S. 9. P. 584. HL. 176. HP. 175.

Sig. Petr. 1519. Notarij terrestres.

Notarij circa Actorum positionem præsentes sint, sub pœna Statuti, alioquin Palatinus cum Nobilitate alium eligat. S. 21. P. 660. HL. 168. HP. 401.

Iudices

Sig. Petr. 1519. Iudices Terrestres.

Iudices Terrestres & Castrenses, Subiudices & Notarij, in primis Terrestribus terminis iurent, Terrestres coram Palatino vel Castellano illius Terræ, Castrenses verò coram Capitaneo vel Vicecapitaneo, sententia tamen illorum si retracta fuerit, honori ipsorum nõ nocet. S. 24. bis. P. 578. HL. 126. HP. 392.

Sig. Crac. 1532. Iudices Terrestres.

Sig. Petr. 1523. Debebit autem.

Iudex ante prolationem sententiæ, à partibus, inquirat an aliquid habeant, quod causæ illorum seruiat, integrumq; sit partibus, documenta omnia ad causam necessaria, ante sententiæ prolationem inferre. S. 32. P. 652. HL. 240. HP. 394.

Sig. Petr. 1523. Insuper ordinamus.

In Russia termini Terrestres sexies per annum celebrẽtur, Præmislienses verò termini vna septimana post Leopolienses peragantur. S. 42. P. 582. HL. 280. HP. 411.

Et huic Constitutioni derogatum est per posteriores Constitutiones, de quo infra eodem Capite.

Sig. Crac. 1532.

Notarij ipsi officia sua exequantur, præsentes tamen possunt admittere eos, qui illos duntaxat in scribendo adiuuent, sed rescripta ipsi subscribant. S. b. 1. P. 581. HL. 170. HP. 401.

Sig. Petr. 1538. Petitionibus.

Aug. Petr. 1550. Iż ktáżdy v. 1390.

Spirituales neq; Notarij sint Terrestres, neq; Vicenotarij. S. b. 4. P. 580. HL. 169. HP. 399. C. 4.

Sig. Petr. 1538. Quoniam abusu.

Iudicia Terrestria, vbiq; vsq; ad Conuentum particularem celebrentur, literis Comitialibus non obstantibus. S. c 3. P. 583. HL. 280. HP. 412.

Sig. Warsc. 1589. Sądy ziemskie.

Finitis verò Comitijs, Iudicia tàm Terrestria quàm Castrensia non prius incipiant, quàm post duas septimanas. C. 31.

Sig. 3. Warsc. 1590. Roki.

Constitutio anni superioris de celebrandis iudicijs in duabus septimanis post Comitia non afficiat Terras Podlachiæ. Capitanei verò Branscensis, Drohicensis, & Mielnicensis areas pro domibus Iudicij ostendant. C. 32.

Sig. Crac. 1543. Visum est nobis.

Termini Terrestres ter in Anno celebrẽtur, quarta parte Anni Colloquijs data, idq; propterea, vt Colloquia in Terra Sandomirien si ter singulis annis celebrentur, in locis diuersis puta Sandomiriæ, Radomij, & Wisliciæ, incipiendo à feria secunda post festum Sancti Francisci, similiter P. 583. HL. 47. HP. 420.

militer & in reliquis Palatinatibus fieri debet, Itidem & in Terris Ruſsiæ, prima Iudicia feria quarta poſt feſtum Epiphaniarum, ſecunda feria quarta poſt S. Adalberti, Tertia feria quarta poſt S. Margarethæ, ſimiliter & in alijs diſtrictibus. Colloquia verò Leopolienſia feria quarta poſt Exaltationis Sanctæ Crucis, quæ eodem modo in alijs quoq; diſtrictibus, puta Præmiſlienſi & Halicienſi continuentur. In diſtrictu verò Chelmenſi colloquia debent poſterius colloquijs Halicienſibus celebrari, In Belzenſi Terra quoq; ter Iudicia Terreſtria, in locis conſuetis, quarto verò in Busko celebrentur. Coloquia tamen non niſi Belzæ ſint poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis. Hæc autem Colloquia literæ Comitiales non impediant. Si verò Iudices, Subiudices vel Notarij, ad terminos non venirent, ita vt per illorum abſentiam termini intermitterentur, in proximis terminis iurare debent, ſuper veram infirmitatem, ſimiliter & Dignitarij, atque Officiales, ſi ſe à Colloquijs propter veram infirmitatem abſentauerint, ſuccedant in locum Palatini, primus Caſtellanus illius Palatinatus, in locum verò Caſtellani Nobilis idoneus, in proximis tamen terminis iurent, antequam ſua loca cœperint, quod vera infirmitate impediti erant, abſentia tamen Reipub. cauſa, non minus quàm infirmitas, illos excuſabit.

Sig. Crac. 1588. Sendomier. ekie. C. 61.

Hæc Conſtitutio ita poſteà declarata eſt, quoad terminos Sandomirienſes, vt quoniam illi termini, qui feria ſecunda poſt feſtum Sancti Franciſci celebrari debuerunt, propter Colloquia tunc incidentia non celebrabantur, nunc ſemper celebrentur, quotiens Colloquia non celebrari contigerit, iuxta antiquam conſuetudinem.

Ibidem.

Viſlicenſia quoq; Iudicia etiam per totam hebdomadam celebrentur, donec abſoluantur, quos Pilſnenſia in ſequenti ſeptimana ſubſequantur. Ibidem.

Sig. 3. Warſ. 1590. Roki. C. 29.

Termini Terreſtres Leopolienſes Primi celebrentur Leopoli feria quinta poſt Epiphaniarum Domini. Deinde Zydaczouienſes tribus ſeptimanis cum media poſt Secundi

cundi termini Leopolienſes, feria quinta poſt Dominicam Lætare. Zydaczouienſes, feria ſecunda poſt conductus Paſchæ. Tertij Leopoli feria quinta poſt Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ. Zydaczouienſes tribus ſeptimanis cum media poſt. Si interea Palatinatus Ruſsiæ in Tribunali inciderit, poſitio Actorum celebratur ſed non niſi ad ſuſcipiendas inſcriptiones. Quarti termini Leopoli feria quinta poſt Michaëlis. Zydaczouienſes feria ſecunda poſt Heduigis. Hæc autem Iudicia Terreſtria tàm Leopoli quàm in Zydaczovv in Arce celebrentur.

Aug. Petr. 1567. Roki halickie. HP. 430. C. 75.

Termini Terreſtres Colomieñ. terminis Halicienſibus adiuncti & incorporati.

Sig. 3. Warſ. 1593. Roki. C. 20.

Termini Terreſtres Halicienſes, celebrentur primi feria ſecunda poſt Purificationis Mariæ. Secundi poſt Cõductus Paſchæ. Tertij feria ſecunda poſt Natiuitatis Mariæ. Quarti feria ſecunda poſt feſtum Sancti Martini. Quos ſemper Trembovvlienſes in duabus ſeptimanis ſubſequantur.

Sig. 3. Warſ. Sądzenie. C. 42.

Termini Terreſtres Camenecenſes Podoliæ vltra priores quarti inſtituuntur feria quinta poſt feſtum Natiuitatis Mariæ.

Sig. Crac. 1543. P. 232. HL. 280. HP. 498.

Termini tàm Terreſtres quàm Caſtrenſes non tranſponantur, neq; ſuſpendantur, citra partium conſenſum, ſub pœna in Statutis deſcripta. Ideoq; Capitanei, Vicecapitanei, eorumq; Iudices, poſſeſsionati eſſe debent, ſub pœna priuationis, contra quos Nuncij agere debent.

Aug. Petr. 1550. Niedoyźdzenie. P. 581. HL. 170. HP. 401. C. 3.

Notarij per ſe non per Vicarios Iudicijs aſsideant, ſub priuatione officij, niſi Reipub. cauſa abſint vel ægrotent.

Idem ibidem. Wisc á 13. P. 675. HL. 50. HP. 418. C. 3.

Iudex in vna cauſa vnam pœnam Kocz dictam petat, & perſonaliter in Colloquijs ſententiam ſuam defendat.

Idem ibidem. Iż kázdy po 139d. P. 208. HL. 125. HP. 394. C. 4.

Officiales Iudicij Terreſtris, officia Caſtrenſia ſimul non teneant, Iudex quoq; Caſtrenſis & Vicecapitaneus poſſeſsionati ſint.

Idem ibidem. Przeſtrzegáſ. Neq; Notarij, neq; Vicenotarij cauſas procurẽt in illo Iudicio cui præſident. P. 595. HL. 170. HP. 407. C. 4.

Idem ibidem. Aby we wßem. Iudex, Subiudex, & Notarius, per Nobilitatem eligantur. Rex verò non alium quàm vnum ex quatuor electis & per literas declaratis confirmet. P. 580. HL. 126. HP. 391. C. 4.

Sig. Crac. 1588. Obieránie ſądu. Iudicij Terreſtris Officiales, antiquo more eligantur. Electioni poſt ceſſum vel deceſſum eorum, in ſex ſeptimanis Palatinus Conuentum indicat, hoc negligente perficiat Caſtellanus. Eodem modo Succamerarij eligantur, qui ex nunc poſſeſſoribꝰ modernis exceptis iurati eſſe debent. Conuentus verò eiuſmdoi, tam ſecuri ſint, ſicut Cõuentus qui in electione Iudicũ Tribunalis Regni fiunt. C. 28.

Aug. Warſ. 1557. Kroby poſwáł. Qui Commiſſarios, vel aliud quodcunq; Iudicium, ſeu Officium citauerit, propter prætenſum aliquem exceſſum, & cognitum fuerit, id perperam factum eſſe, luet ſingulis citatis ibidem pœnam bis quatuordecẽ marcarum, & parti totidem ſi & ipſa citata fuit. HL. 52. HP. 76. C. 6.

Idem ibidem. Kiedy ſię tráfi. Iudex & quilibet Officialis, in propria cauſa, poteſt loco ſui Nobilem poſſeſſionatum ſubſtituere, citra Regiam ſurrogationem, qui ita ſubſtitutus iurare non tenetur, excepto Succamerario, qui in cauſa limitum ſui fundi, ſurrogationem Principis habere debet, alioquin eam Nobilis vicinus cum illo rem habens obtineat, quam Cãcellaria denegare non debet. HL. 127. HP. 234. HP. 395. C. 6.

Idem ibidem. 1557 Sądy Szadkowſkie. Iudicia Szadkouienſia duabus ſeptimanis celebrentur. HP. 433. C. 7.

Aug. Petr. 1563. Sądy Grodzkie. Iudicia Terreſtria & Caſtrenſia in Stezyca, præteritis Comitijs inſtituta, & inter Conſtitutiones referri neglecta approbantur. C. 22.

Sig. Warſ. 1589. Roki Ziemſkie Termini Stezyczenſes, qui poſt Dominicam Rogationum incidebant, transferuntur ad Dominicam Conductus Paſchæ. C. 20.

Sig. 3. Warſ. 1598. Przeſzłe. Termini Terreſtres Stezycenſes poſt Egidij celebrati transferuntur ad feriam ſecundã poſt feſtum S. Mathæi. C. 41.

Aug. Petr. 1565. Rozdawánie Gośpod. Ad Iudicia & Conuentus venientibus, hoſpitia Capitaneus diſtribuat. HP. 260. C. 45.

Idem ibidem. Sądzenie Rokow. Iudicia Terreſtria ter in Anno celebrentur, quartò verò Colloquia, in locis & temporibus conſuetis, Statutis deſcriptis, exceptis Palatinatibus, qui ſua tempora ſpecialiter ſibi conſtituerunt. Quamuis autem termini ter nõ celebrentur, Colloquia tamen celebrari debent, quæ neq; Palatini abſentia impediat, Caſtellanus enim cum reliquis Dignitarijs nihilominus ea iudicet. HP. 423. C. 45.

Quoad Colloquia ea Iudicijs Tribunalis ſublata ſunt.

Idem ibidem. W Woiewodzt: Krák. Iudicia Terreſtria Cracouienſia, ita celebrentur, vt cum die Lunæ incipiant, ad diem Sabbathi continuentur, Die Dominico in Proſzowyce eatur, ibiq; à die Lunæ ad diem Mercurij iudicetur. Die Mercurij in Ksianz eatur, ibiq; ad diem Lunæ iudicetur. Die Lunæ Lelouiam eatur, vbi à die Martis ad diem Veneris iudicetur. Lelouia Cracouiam eatur, ibiq; ad diem Sabbati Acta ſcribantur. Finitis Actis die Dominico Czchowvam eatur, vbi à die Martis ad diem Veneris iudicetur. Tandem die Sabbati in Biecz eatur, ibiq; à die Lunæ ad diem Mercurij iudicetur. In reliquis verò Palatinatibus Notarij Terreſtres in loco Iudiciorum Acta perficiant, ſub pœnis legalibus. HP. 423. C. 45.

Aug. Lub. 1569. Sądy Bieckie. Bieceñ. & Czchovveñ. Iudicia quæ ad feſtum Paſchatis celebrantur, translata ad Feriam ſecundam poſt Conductus Paſchæ. HP. 433. C. 1[illegible]

Sig. Warſ. 1589. Roki. Termini Terreſtres Cracouienſes eo tempore celebrẽtur quo Colloquia celebrari debuerint. Idem in alijs locis fiat, præſertim vbi Iudicia ad feriam ſecundam poſt S. Michaëlis feſtum incidunt iuxta Conſtitutionem Anni 1565. C. 18.

Sig 3. Warſ. 1590. Roki. Termini Terreſtres Cracouienſes ita celebrentur. Primi Cracouię feria ſecunda poſt Circumciſionis Domini. Deinde in diſtrictibꝰ iuxta Ordinationem Anni Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Quinti vſq; ad terminos Lelouienſes. Peractis Lelouienſibus non expectata Actorum conſcriptione feria tertia iuxta eandem Ordinationem in C. 28.

Czchovv iudicetur. Similiter in Biecz. Secundi termini Terreſtres feria ſecunda poſt Dominicam Inuocauit Cracouiæ, eodemq; ordine in Lelovv, Czchovv, & Biecz. Tertij termini Terreſtres feria ſecunda poſt feſtum SS. Trinitatis eodem ordine quo ſupra. Quarti terminì Terreſtres feria ſecunda poſt feſtum Sancti Michaëlis itidem eo ordine. Iſti tamen tunc celebrari debent, ſi colloquia generalia ſub idem tempus non celebrabuntur. Licebit tamen Notario peractis omnium diſtrictuum Iudicijs, Cracouiæ Acta perficere.

Sig. Crac. 1588. Mieyſce Sądom. Iudicijs Terreſtribus Cracouienſibus celebrandis, Magnus Procurator manſionem aſsignet, aliam pro ſeruandis Actis & reſcriptis peteñ. Idem obſeruandum in alijs quoq; diſtrictibus, vt in vno loco ſeorſiuo Acta præſentibus Camerarijs aperiantur. c. 59.

Aug. Petr. 1565. W Belſkim Woiewodz. In Palatinatu Belzenſi Iudicia quater in anno celebrentur, ſemper feria ſecunda, videlicet poſt feſta Epiphaniarum, Adalberti, Trinitatis & Bartholomæi, Grabovvecenſia verò Iudicia in duabus ſeptimanis poſt Belzenſia, Hrodlenſia feria ſexta poſt Grabovvecenſia celebrentur. Colloquia verò in loco ſolito in toto Palatinatu ſemper feria ſecunda poſt S. Franciſci feſtum celebrentur. HP. 424. c. 45.

Sig. Crac. 1588. Belſkie. De eiſdem terminis ſic poſtea ſancitum eſt, vt primi termini Belzenſes feria ſecunda poſt Epiphaniarum celebrentur. Tandem Grabovvecenſes in duabus ſeptimanis. Poſt incœptionem verò Grabovvecenſium feria quinta eiuſdem ſeptimanæ Hrodlenſes. Buſcenſes verò vna ſeptimana poſt incœptionem terminorum Belzenſium. Secundi termini Belzenſes feria ſecunda poſt feſtum S. Adalberti. Tertij feria ſecunda poſt feſtum S. Ioannis Baptiſtæ. Quarti feria ſecunda poſt feſtum S. Heduigis celebrentur, quos ſemper Grabovvecenſes, Hrodlenſes, & Buſcenſes modo ſupraſcripto ſubſequantur. c. 62.

Aug. Petr. 1565. W Wielgiey Polſcze. In Maiori Polonia propter Palatinatuum amplitudinem, bis tantum Iudicia Terreſtria celebrentur. HP. 425. c. 46.

Iudicia

Idem ibidem. Poznáńskie. Iudicia Terreſtria Poſnanienſia, prima duabus hebdomadibus poſt Paſcha, ſecunda feria ſecunda poſt Natiuitatis Mariæ celebrentur, Iudicia verò in Koscian, duabus itidem hebdomadibus ſemper ſubſequantur, ſub pœnis Statutorum. Colloquia autem Poſnaniæ ſint feria ſecunda ante feſtum Sancti Martini. Ibidem.

Sig. Crac. 1588. Roki Poznáńskie. Eadem lex ita declarata eſt, vt termini Terreſtres Poſnanienſes feria ſecunda poſt Bartholomæi celebrentur, eos Coſtenſes in duabus ſeptimanis, hos verò Wſchovvenſes octo diebus ſequantur. Poſnanienſes in Prætorio Poſnanienſi, Coſtenſes bis in anno celebrentur. c. 60.

Sig. Warſ. 1589. Roki Poznáńskie. Hæc Cõſtitutio ita rurſus correcta eſt, vt termini Terreſtres Poſnanienſes qui ante ipſum Conuentum electionis Iudicum Tribunalis Regni celebrari ſolebant, non intermittantur. Eoſq; Coſtenſes & Wſchovvenſes more antiquo ſequantur. c. 30.

Idem ibidem. Iuridica. Andreas Opalinski Regni Marſchalcus, à iuridica Poſnanienſi iudicanda ad triennium abſoluitur. Ad Iudicia tamen generalia Poſnanienſia & Caliſsienſia ſurrogatos Nobiles poſſeſsionatos habeat. c. 30.

Sig. Warſ. 1588. Kczynskie. Termini Terreſtres Kczynenſes per vnam ſeptimanã celebrentur, eos verò Naklenſes, in alia ſeptimana ſequãtur, quæ die Lunæ incipere debent. c. 60.

Aug. Petr. 1565. Káliskie. Iudicia Terreſtria Caliſsienſia, feria ſecunda poſt Trinitatis & poſt S. Michaëlis feſta celebrentur, quos aliorum diſtrictuum Iudicia ſequantur, iuxta conſuetudinem, Colloquia feria ſecunda poſt feſtum S. Martini. HP. 425. c. 46.

Sig. 3. Warſ. 1593. Sądy. Terminis Terreſtribus Caliſsienſibus quibus eo anno Conuentus generalis obſtitit, quo minus iuxta leges Regni feria ſecunda poſt feſtum SSmæ. Trinitatis celebrarentur, aſsignatur aliud tempus pro hac vice, videlicet feria ſecunda poſt Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis Caliſsij, vbi noui Officiales coram Palatino vel Caſtellano iurare debent. Quos terminos alia Iudicia more ſolito ibidem & in Konin ſequi debent. c. 17.

Iudicia

Aug. Petr. 1565. Sieradzkie. Iudicia Terrestria Siradiensia, feria secunda post Epiphaniarum, Conductus Paschæ, & Natiuitatis Mariæ festa. In Szadek verò & in alijs distrinctibus more solito, iuxta ordinationem Petricouiensem celebrentur. Colloquia feria secunda post festum Sancti Lucæ. HP. 425. C. 46.

Sig. 3. Warſ. 1590. Rokt. Termini Terrestres Siradienses post Conductum Paschæ pro hac vice celebrentur, non obstante Constitutione anni proximè præteriti. C. 29.

Aug. Petr. 1565. Leczyckie. Termini Terrestres Lancicienses feria secunda post Agnetis, Ascensionis & Michaëlis festa celebrentur, quos termini Brzezinenses duabus septimanis, Orlouienses hos itidem duabus septimanis subsequantur, iuxta consuetudinem. Colloquia feria secunda post festum Omnium Sanctorum. HP. 425. C. 46.

Steph. Warſ. 1581. Rokt Leczyckie. Termini Terrestres Lancicienses iuxta Constitutionē Anni 1565. celebrentur, neq; transponantur. C. 214.

Idem ibidem. Brzesckie. Primi Termini Brestenses, tribus septimanis post Penthecostes, Secundi duabus septimanis post S. Bartholomæi celebrentur, quos Wladislauienses vna septimana subsequantur. Colloquia Brestensia duabus septimanis post S. Martini, quæ Wladislauiensia duabus septimanis subsequantur. Ibidem.

Steph. Warſ. 1581. Rokt Kuiáwskie. Termini Terrestres Cuiauienses secundi, vtriusq; Palatinatus, qui in duabus septimanis post festum S Bartholomæi celebrari solent, semper feria tertia indicentur. Quod si festum S. Bartholomæi in alium quàm feriæ tertiæ diem inciderit, incipere debent prima feria tertia post decursum duarum septimanarum à festo S. Bartholomæi, Brestæ. Tandem Iuniuladislauiæ post octiduum, itidem feria tertia, in alijs verò distrinctibus more solito. C. 214.

Sig. Crac. 1588. Brzeskie. Hoc ita postea declaratum est, vt termini Terrestres Brestenses feria tertia post festum S. Ioannis Baptistæ, alij feria tertia post Natiuitatis Mariæ celebrentur. Vtraq; hæc Iudicia termini Iuniuladislauien. octiduo sequantur, in alijs C. 60.

in alijs distrinctib⁹ horum Palatinatuum antiquo more iudicetur. Quod si in vno distrinctu ex aliqua causa non celebrantur, in alijs nihilominus celebrari debent.

Sig. 3. Warſ. 1593. O Rokach Brzeskich. Termini Terrestres Brestenses tertij, celebrari debent feria tertia post festum S. Agnetis, Iunivvladislauien. octiduo post, & sic aliorum distrinctuum, vtriusq; Palatinatus more solito. Quod si in vno distrinctu ex quacunq; causa non celebrabuntur, in alijs nihilominus celebrentur. C. 18.

Sig. 3. Warſ. 1596. Rokt. De terminis Terrestribus Palatinatuum Brestēn. & Iunivvladislauiensis abrogatis omnibus Constitutionibus sola Anni Millesimi Quingentesimi Octuagesimi Octaui, quoad tempora Iudicijs assignata in robore conseruatur cum ea declaratione, quod si quando Iudicia in distrinctibus primarijs, puta Brestensi & Iunivvladislauiensi non celebrabuntur, neq; in alijs minoribus celebrentur. C. 11.

Aug. Petr. 1565. Wieluńskie. Termini Wielunensis Terræ feria secunda post Purificationis, post Rogationum, & post Francisci celebrentur, quos duabus septimanis Ostrzeßouienses sequantur. Colloquia feria secunda post Martini. HP. 426. C. 46.

Aug. Petr. 1567. Wieluńskie Sądy. Termini Wielunenses duabus septimanis sequantur terminos Siradienses. Ostrzeßouienses verò illos vna septimana. HP. 426. C. 77.

Aug. Petr. 1565. Sobrzynskie. In Terra Dobrzynensi Iudicia Terrestria more solito, Colloquia quoq; singulis annis celebrentur. HP. 426. C. 46.

Idem ibidem. Płockie. Termini Terrestres Plocenses, feria secunda post Epiphaniarum, Conductum Paschæ, & Natiuitatis Mariæ celebrentur, quos sequantur Iudicia reliquorum distrinctuum more solito. Ibidem.

Idem ibidem. Zawkrzeńskie. Termini Terrestres Zavvskrzynenses feria secunda post Purificationis Mariæ, post Rogationum & S. Francisci in Szrzem celebrentur, quos alij termini reliquorum distrinctuum subsequantur. Ibidem.

Ibidem. Colloquia Palatinatus Plocensis feria secunda post Omnium Sanctorum sint. Ibidem.

Idem ibidem. Mázowieckie. Iudicia per Palatinatum Masouiæ in quolibet distri- HP. 428. C. 47.
ctu in quatuor septimanis celebrentur, post Conuentum tamen & bellum primi termini erant incerti, reliqui certi. In terris verò, Visnensi, Ciechanouiensi, Lomzensi, Zembrouiensi & Nurensi, quia aliquando vltrà quatuor septimanas Iudicia continuantur. Ideo post determinationem Iudiciorum in vno loco, in alio in quatuor septimanis incipiant, exceptis Vacantijs & Comitiorũ tempore, quod à Conuentu particulari intelligi debet, Iudex quoq; & Subiudex, terminos ne transponant, sub pœna Centum Marcarum, pro qua pars grauata agat, excepto legali impedimento. Termini quoq; maiores singulo biennio per Palatinum celebrentur, sub eadem pœna. Præsentiæ quoq; tribus in locis semper iudicentur, in tempore publicentur, neq; transponantur, sub eadem pœna Centum marcarum.

Sig. 3. Marf. 1598. Sądy. Iudicia Terrestria Lomzensia in Ostrolenka, post de- C. 43.
cessum modernorum Iudicum Zembrouiensium celebrentur, ita vt primi termini Ostrolencenses, post Dominicam Conductus Paschæ, Secundi feria secunda post Margarethæ, Tertij feria tertia ante Nicolai iudicentur.

Aug. Petr. 1565. Ráwskie. Termini Rauenses & Colloquia more solito celebrẽ- HP. 428. C. 47.
tur.

Idem ibidem. Sochaczewskie. Termini Sochaczouienses feria tertia post Inuocauit, Ibidem.
Trinitatis, & post Assumptionis celebrentur. Colloquia feria tertia post Martini. Acta & seruentur & ponantur, iuxta Statutum instar aliorum districtuum.

Ibidem. Sądzenie. In Prætorio verò Sochaczouiensi iudicetur si Priuile- HP. 430. C. 57.
gia Ciuitatis non obstant.

Sig. Marf. 1589. Rokí Ziem. skie. Termini Terresttes Sochaczouienses quí post festum C. 23.
Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis incidebant, transferuntur ad feriam tertiam post festum S. Heduigis.

Aug. Petr. 1565. Gostyńskie. Termini Terrestres Gostinenses, feria secunda post HP. 430. C. 47.
Oculi, post Octauas Corporis Christi, & post Bartholomæi, celebrentur, quos Gambinenses octo diebus sequantur, Colloquia feria secunda post S. Lucæ.

Termini

Sig. 3. Marf. 1598. Rokí. Termini Terrestres Gostinenses feria secunda post C. 43.
Bartholomæi celebrati, in feriam secundam post Michaëlis transferuntur. Quos Gambinenses octiduo subsequi debent.

Aug. Petr. 1565. Pisárstwá Ziemskie. Notárij Terrestres in Zebrovv & Nier promissi, ele- HP. 402. C. 56.
ctioque eorum libera instituta, modernis possessoribus ad vitam relictis.

Aug. Petr. 1567. Rokí Przevworskie. Termini in Przevvorsko, tribus septimanis terminos HP. 430. C. 74.
Præmislienses, à die inscripti actus computando, sequantur.

Idem ibidem. Rokí y Wizytácye. Termini Terrestres in terra Dobrzynensi ita celebren- HP. 427. C. 76.
tur. Primum in Dobrzin feria tertia post S. Matthiæ. Deinde in Lipno feria secunda proximè sequenti. Tandem in Rypin feria secunda per octiduum. Secundi termini in Dobrzyn feria tertia ante S. Ioannis, Lipnenses & Rypinenses vt supra. Tertij termini in Dobrzyn feria tertia, post S. Bartholomæi, Lipnenses & Rypinenses, vt supra. Colloquia Terræ Dobrzynensis in Lipno, feria secunda post S. Andreæ celebrentur, ad quæ omnes Castellani, Dignitarij & Officiales conueniant, neq; inde discedant, nisi finitis Iudicijs, sub pœna Centum marcarum, pro qua coram officio Castrensi Bobrovvnicensi respondebunt, sine prouocatione.

Sig. 3. Marf. 1593. Rokí Dobrzyńskie. Termini Terrestres Dobrzynenses primi celebrentur C. 20.
in Dobrzyn feria tertia post Dominicam Inuocauit, quos Lipnenses & Rypinenses octiduo sequi debent. Secundi in eisdem districtibus more solito. Tertij in Dobrzin feria tertia post festum S. Matthæi, quos feria secunda proxima sequi debent Lipnenses & Rypinenses.

Aug. Pet. 1567. Rokí Czernskie. Termini Terrestres Czernenses per biduum celebren- HP. 431. C. 77.
tur, puta ferijs secunda & tertia, postea in Grodziec, ferijs quarta & quinta, in alia septimana. In Warka ferijs secunda & tertia, in Garvvolin, quinta & sexta.

Aug. Lub. 1569. Opátruiąc to. Iudicia Terrestria in Terra Czernensi, non transponã- HP. 431. C. 111.
tur, sub pœna Centum marcarum, sed semper feria secunda post Epiphaniarum, post Conductus Paschæ, & post

Trinitatis celebrentur, quos solito more in alijs districtibus, Iudicia sequantur. Colloquia etiam iuxta Constitutionem præsentis Conuentus celebrentur.

Sig 3. Warſ. 1590. Roki. Termini Terrestres Czernenses Primi feria secunda post Dominicam Misericordiæ. Secundi feria secunda Post festum S. Ioannis Baptistæ. Tertij feria secunda post festum S. Francisci celebrentur. Causæ verò ex Regestro iuxta Parochias proponantur. C. 30.

Aug. Petr. 1567. Roki w Szczoczcu. Termini Terrestres & Castrenses in Szyroczec celebrentur, ad quos eæ Parochiæ pertinent quæ antiquitûs pertinebant. HP. 431. C. 77.

Aug. Lub. 1569. Roki ziemskie. Woiewodztwá. Termini Terrestres in Palatinatibus Posnanienſi, Calisienſi, Lancicienſi, Brestenſi, Iúnivvladislavienſi, Plocenſi, ſi temporibus in Constitutionibus expresſis, per legitimam causam celebrari non poterint, Iudicium Terrestre aliud tempus illis assignet, quod quatuor septimanis ante publicetur, idq; fieri debet toties, quoties per annum Iudicia celebrari debebant. HP. 428. C. 109.

Idem ibidem. 1569 W ziemi Chelmskiey. Termini Terrestres Chelmenses, primi feria secunda ante festum S. Agnetis. Secundi feria secunda post festum Philippi Iacobi. Tertij feria secunda infra Octauas Corporis Christi. Quarti feria secunda ante Natiuitatis Mariæ, quos semper termini Crasnostauienses in duabus septimanis sequantur. Colloquia Terræ Chelmensis feria secunda ante Simonis Iudæ in loco solito celebrentur. HP. 424. C. 109.

Idem ibidem. Roki Ziemskie Riowskie. Termini Terrestres Kiouienses, primi Kiouiæ feria secunda post festum S. Georgij. Secundi in Zytomirz, feria secunda post Circumcisionis. Tertij in Rucz, feria secunda ante Bartholomæi celebrentur. Colloquia verò feria secunda ante Simonis Iudæ. HP. 433. C. 110.

Idem ibidem. Roki Ziemskie. Tempus Iudicijs Podlachiæ assignatur, videlicet vt primi termini in Drohiczyn, feria secunda post S. Michaëlis. Secundi in Crastino Circumcisionis. Tertij feria secunda post Conductum Paschæ celebrentur. In Mielnik verò primi feria secunda ante S. Michaëlis. Secundi in crastino ibidem.

stino S. Agnetis. Tertij in Octaua S. Gregorij. In Bielscẽsi verò districtu eisdem temporibus Iudicia celebrentur. Post determinationem Iudiciorum, liber Terrestris duabus septimanis ponatur. Iis verò omnibus peractis Colloquia in crastinò festi S. Ioannis Baptistæ, singulis annis in Drohiczyn celebrentur. In quibus Colloquijs adesse debent omnes Castellani & Officiales Terrestres, qui hunc ordinem obseruabunt, vt primo loco sit Palatinus, deinde Castellanus, deinde Succamerarius, Vexillifer, Iudex, Subiudex, Tribunus, Dapifer, Subdapifer, Notarius sequantur. In eisdem Colloquijs terminentur causæ vulnerum, Kmetonis profugi, fideiussoriæ, excisionis Syluarum, depastionum, piscationum, defalcastrationum, graminis, exustionis sepis, dimensionis frumentorum, & abacti atq; interfecti pecoris.

Steph. Warſ. 1578. Roki Lubelskie. Terminis Terrestribus Lublinensibus additur biduum, Vrzendouiensibus verò feria quinta, feria sexta & Sabbatum assignantur. C. 190.

Sig. Crdc. 1588. Lubelskie. Termini Terrestres Lublinenses qui ad festum S. Ioannis Baptistæ incidebant, translati sunt ad feriam secundam post vndecem millia virginum, si Colloquia hoc tempore non celebrabuntur. Vrzendouienses verò termini illos decem diebus sequantur. C. 62.

Sig. 3. Warſ. 1590. Roki. Terminos Terrestres Lublinenses si quis temerè impediuerit citatus ad Tribunal tàm ad instantiam Iudicij, quàm ad instantiam cuiuslibet, iniuriam exinde passi, inter causas officij, iuxta qualitatem & quantitatem excessus, iudicari debet. C. 29.

Sig. 3. Warſ. 1598. Ordinácia. Termini Terrestres Lublinenses. Primi feria secunda post Purificationis Mariæ. Secundi feria secunda post Exaltationis S. Crucis. Tertij feria secunda post Andreæ celebrentur. Qui Lublini per duas septimanas, postea in Vrzendovv more solito, iudicari debent. Positio verò actorum Terrestrium, singulos terminos antecedat, tàm Lublini quàm Vrzendovviæ iuxta veterẽ consuetudinem. C. 42.

Steph. Warſ. 1581. Roki Vrzędowskie. Termini Vrzendouienses qui feria quinta magna celebrabãtur, translati ad feriam quintam post festa Paschatis. C. 215.

Steph. Warſ. 1578. Roki y wieczá.

Termini Terreſtres Warſſonienſes ita celebrentur, Primi in Blonie feria ſecunda poſt feſtum Purificationis Mariæ. Secundi ibidem ſecunda poſt Trinitatis. Tertij ibidem feria ſecunda poſt Bartholomæi, quos ſemper Warſſouienſes & Tarcinenſes immediatè ſequantur, neq; differantur, niſi peragantur. Colloquia Palatinatus Maſouiæ feria ſecunda poſt Martini celebrentur. c. 193.

Sig. Warſ. 1589. Przełożenie.

Termini Terreſtres Blonenſes, primi feria ſecunda poſt SS. Trinitatis, ſecundi feria ſecunda poſt S. Franciſci, tertij feria ſecunda poſt Dominicam Inuocauit, ſingulos autem Warſſouienſes & Tarcinenſes iuxta antiquam cõſuetudinem ſequantur. Acta verò Caſtrenſia Warſſouienſia & Czernenſia perpetua ſint. c. 22.

Sig. 3. Warſ. 1590. Roki.

Iudicia Caſtrenſia Warſſouienſia propter Notaruim ſub terminis Terreſtribus non celebrentur. c. 31.

Steph. Warſ. 1578 Sądy Ziemſe.

Termini Terreſtres Zakrocimenſes feria ſexta poſt Dominicam Reminiſcere, poſt Trinitatis, & Matthæi celebrentur. c. 193.

Idem ibidem. Sądy Ziemſe.

Termini Terræ Ciechanouienſis, Primi in Sanchocin, feria ſecunda poſt Philippi Iacobi. Secundi feria ſecunda poſt Bartholomæi. Tertij feria ſecunda poſt Epiphaniorum celebrentur, quos ſemper Ciechanouienſes, proxima feria quinta, Praſniſenſes verò ab actu Terminorum Ciechanouienſium in quatuor ſeptimanis ſequantur. c. 193.

Sig. 3. Warſ. 1593. Roki.

In Palatinatu Maſouiæ, in Terris videlicet Ciechanouienſi, Lomzenſi, & Rozanenſi, ſi quando propter Comitia termini Terreſtres non celebrarentur, debent Officiales aliud tempus pro iudicijs aſsignare, illudq; quatuor ſeptimanis ante publicare. Ita vt ſingulis annis toties Iudicia celebrentur, quoties de iure celebrari debent. c. 17.

Steph. Warſ. 1581. Roki Mazow.

Termini Terreſtres Sanchoczeñ. transferuntur ad feriam ſecundam poſt S. Matthæi, quos Ciechanouienſes & Przaſniſenſes ſequi debent iuxta Conſtitutionem ſuperiorem. c. 215.

Termini verò Rozaneñ. primi in Rozan poſt Inuocauit. Secundi feria ſecunda poſt Trinitatis. Tertij feria ſecunda poſt Michaëlis celebrentur, quos ſemper Makouienſes quatuor ſeptimanis ſequantur.

Hoc

Sig. Crac. 1588. Rożáńſkie.

Hoc ita poſtea declaratum eſt vt illa Iudicia quæ ad feriam ſecundam poſt Trinitatis incidebant, ad feriam ſecundam poſt Corporis Domini feſtum transferantur, Makouienſes verò eos tribus ſeptimanis ſequantur, Iudicari autem debet ex Regeſtro. c. 61.

Sig. 3. Warſ. 1590.

Iudicia Caſtrenſia Makouienſia nocere non debent iuri Andreæ Noſkovvski Capitanei Rozanenſis eiuſq; vxoris. Iudicentur autem in domo per eundem Capitaneum demonſtranda. c. 31.

Steph. Warſ. 1581. Tykoczyńskie.

Termini Terreſtres Tykoczynenſes inſtituuntur, ſaluis ſeruitijs qui ad ea tenentur. c. 216.

Sig. Crac. 1588. Podlaskie.

Conſtitutione hac Anni Milleſimi Quingenteſimi Octuageſimi Primi de terminis Tykocinenſibus abrogata. Termini qui iuxta Conſtitutionem Anni Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Noni, in craſtino Circumciſionis Domini incidebant, pro feria ſecunda poſt hoc idem feſtum Circumciſionis transferuntur, qua die ſemper termini Terreſtres in Drohicenſi & Bielſcenſi diſtrictibus incipiant. Ii autem, quoniam antea duobus tantum locis celebrabantur, videlicet in Bransk & Suraß, nunc in tertio quoq; celebrentur, in Tykoczyn, hoc ordine; Primum in Bransk, incipere debent, temporibus deſcriptis, deinde in Suraß. Tum poſt determinationem Parochiarum, quę illuc pertinent in Tykocin iudicentur, quo pertinebant Parochiæ Raygrodenſis, Goniandzenſis & Tykocinenſis donec abſoluantur, ſingulos terminos Terreſtres, per tres dies, Actorum poſitio ſequatur; Deinde in Bransk & Suraß per duas ſeptimanas, vbiq; libri Terreſtres ponantur, quam poſitionem Notarius cum Camerarijs, iuxta Statutum Regis Alberti Anni Milleſimi Quadringenteſimi Nonageſimi Sexti celebret. Iudicari autem debet ex Regeſtro iuxta Statutum Caſimiri Regis. Hæc autem lex derogare non debet rebus in Bransk, Suraß & Tykocin poſt Conſtitutionẽ Anni Milleſimi Quingenteſimi Octuageſimi Primi iudicatis, quæ omnes in robore conſeruantur. c. 63.

Termini

Steph. Varſ. 1581 Roki Mielnickie. Termini Terreſtres Mielnicenſes translati ad feriam ſecundam poſt S. Staniſlai in Maio. C. 216.

Idem ibi dem. Roki Plockie. Termini Terreſtres Plocenſes, feria ſecunda poſt Rogationum, poſt Michaëlis & ante Agnetis celebrentur, in alijs diſtrictibus more ſolito, in Racianz feria quarta poſt Penthecoſtes, in Plonsko feria ſecunda poſt Trinitatis. C. 216.

Steph. Warſ. 1581. Roki Zawſkrzewskie. Termini Terreſtres Zavvkrzynenſes, feria ſecunda poſt Corporis Chriſti, Lucæ & Inuocauit, in Srzensko celebrentur. C. 216.

Ibidem. Roki Wyſogrodzkie. Termini Terreſtres Wyſſogrodenſes feria tertia poſt feſta Agnetis, Conductus Paſchæ & Michaëlis celebrentur. Ibidem.

Sig. Warſ. 1590. Termini Terreſtres Wyſſogrodenſes iuxta conſuetudines Maſouiæ per Parochias iuxta Regeſtrum iudicentur. Pro extruenda verò teſtudine, pro Actis ſeruandis aream Capitaneus oſtendat. C. 31.

Sig. Crac. 1588. Wyskie. Primi termini Terreſtres Wiſnenſes feria tertia poſt Dominicam Conductus Paſchæ, Secundi feria tertia poſt S. Egidij celebrentur, ſingulos verò Wanſſoſſenſes in duabus ſeptimanis, hos item Radzilouienſes, itidem in duabus ſeptimanis ſequantur. C. 61.

Sig. Warſ. 1589. Roki Siemskie. Sed hoc poſtea immutatum eſt vt primi Termini Wiſnenſes feria tertia poſt S. Staniſlai in Maio, Secundi feria tertia poſt Sancti Mathæi, Tertij feria tertia poſt Trium Regum celebrentur, ſingulos autem Wanſſoſſenſes in duab⁹ ſeptimanis, hos item Radzilouienſes itidem in duabus ſeptimanis ſequantur, ita tamen, vt quoties Tribunal ſub tempore tertiorum terminorum, Palatinatum Maſouiæ iudicauerit, termini tertij omittantur. C. 21.

Steph. Warſ. 1581. Roki Siemskie. Termini Terreſtres Præmiſſienſes qui feria tertia poſt feſtum S. Iacobi incidebant, tranſlati ad feriam tertiam poſt S. Bartholomæi, quos Przevvorſceñ. tribus ſeptimanis ſequantur. C. 216.

Termini

Sig. Crac. 1588. Przemyskie. Termini Terreſtres Præmiſſienſes qui ad feſtum S. Staniſlai in Maio incidebant, transferuntur ad feriam tertiam, poſt omnium Sanctorum. Quos tribus ſeptimanis termini Przevvorſczenſes ſequantur, alijs Iudicijs ſaluis. C. 26.

Sig. Warſ. 1598. Roki. Termini Terreſtres Præmiſſienſes, temporibus infraſcriptis iudicentur: Primi Præmiſſienſes feria tertia poſt Agnetis, Przevvorſcēſes verò feria tertia poſt Dorotheæ. Secūdi Præmiſſienſes feria tertia poſt conductū Paſchę, Przevvorcenſes feria tertia poſt Dominicam Cantate. Tertij Præmiſſienſes feria tertia poſt Margarethæ, Przevvorſcenſes feria tertia poſt Petri Vinculati. Quarti Præmiſſienſes feria tertia poſt S. Lucæ Euangeliſtæ, Przevvorſcēſes feria tertia poſt feſtum S. Martini. C. 41.

Sig. Crac. 1588. Sanockie. Termini Terreſtres Sanocenſes, qui ad feſta Penthecoſtes celebrabantur, ad feriam tertiam poſt S. Laurentij transferuntur. Incipere autem debent feria tertia poſt S. Michaëlis. C. 62.

Sig. Warſ. 1589. O Sądźiech. Hæc ambiguitas ita poſtea declarata eſt quod termini Sanocenſes, qui inter Paſchæ & Penthecoſten incidebant traſlati ſunt ad feriam tertiam poſt feſtū S. Michaëlis, alijs terminis omnibus ſaluis. C. 20.

Idem ibidem. Roki Siemskie. Termini Terreſtres Camenecenſes, qui poſt feſtum S. Petri ad vincula incidebant, transferūtur ad feriam quintā poſt omnium Sanctorum. C. 21.

Idem ibidem. Roki Siemskie. Termini Terreſtres Lomzenſes, Primi Lomzæ feria ſecunda poſt Dominicam Reminiſcere. Colnæ verò feria quinta poſt Dominicam Lætare, Secundi Lomzæ in craſtino SS. Trinitatis. Colnę verò feria quinta poſt feſtum S. Ioannis. Tertij Lomzæ poſt feſtum S. Mathæi. Colnæ verò feria quinta poſt feſtum S. Lucę. Termini verò Zembrouienſes, Primi feria quinta poſt feſtum Epiphaniarum Domini, Oſtrolecenſes feria tertia poſt Dominicam Reminiſcere. Secundi Zembrouienſes, feria quinta poſt feſtum Penthecoſtes, Oſtrolecenſes feria tertia poſt feſtum Petri & Pauli. Tertij Zembrouienſes feria quinta ante Heduigis. Oſtrolecenſes feria tertia ante feſtū S. Nicolai. In quibus terminis actiones ex Regeſtro iudicentur. C. 21.

Steph. Warſ. 1578 Roki Liwſkie.

Termini Liuenſes in Prætorio celebrentur feria quinta poſt feſta Trinitatis, Heduigis & Agnetis. C. 191.

Sig. Warſ. 1589 Przywolánie.

In Terra Liuenſi, ſi propter aliquod legale impedimentum termini non celebrentur, Iudex cum Subiudice alios in eum locum quatuor ſeptimanis ante publicet & proclamet. Quoniam verò Prætorium Liuenſe igne abſumptum eſt, ideò Iudicia interim in Nouæ Ciuitatis Liuenſis Prætorio celebrentur, donec Prætorium in antiqua Ciuitate reparetur. C. 23.

Sig. Warſ. 1590. Przywolánie.

Huius Conſtitutionis Titulus corrigitur, quod videlicet de Liuenſibus terminis intelligi debet (in Conſtitutionib⁹ enim Terra Warſſouiēſis pro Liuenſi poſita eſt.) C. 31.

Sigiſ. Warſ. 1589 Roki Ziemſkie.

Termini Terreſtres Sochaczouienſes qui poſt Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis incidebant, transferuntur ad feriam tertiam poſt feſtum S. Heduigis. C. 23.

Idem ibidem Roki Ziemſkie.

Termini Terreſtres Wyſſogrodenſes, qui poſt feſtum S. Agnetis incidebāt, transferuntur ad feriam tertiam poſt Octauas Corporis Chriſti, iudicari autē debēt in Prætorio. C. 241

Idem ibidem. Roki Ziemskie

Termini Terreſtres Nurenſes, primi in Nur feria tertia poſt Circumciſionis Domini, Camenecenſes feria ſecunda poſt Purificationis Mariæ, Oſtrouienſes feria tertia poſt Dominicam Lætare. Secundi in Nur feria tertia poſt Dominicam Conductus Paſchæ, Camenecenſes feria ſecunda poſt SS. Trinitatis, Oſtrouienſes feria tertia poſt Ioannis Baptiſtæ. Tertij in Nur feria tertia poſt S. Bartholomæi, Camenecenſes feria ſecunda poſt Simonis, Oſtrouienſes poſt feſtum S. Eliſabeth. Iudicari autem debet per Parochias ex Regeſtro. Notarius quoq; Terreſtris, Vicenotarium cum Actis Cameneciam mittat duabus ſeptimanis ante terminos. C. 24.

Sig. 3. Warſ. 1590

Termini Terreſtres Nurenſes feria tertia poſt Bartholomęi incidētes, transferūtur ad feriā tertiā poſt S. Matthęi. C. 31.

Sig. 3. Warſ. 1590 Sądzenie.

Iudicia omnia Terreſtria Caſtrenſia, & Querelarum vna ſeptimana, ante Conuentum particularē ne celebrentur ſub pœna nullitatis, præter poſitionem actorum Terreſtrium, ſub quam exemptiones tantum bonorū cognoſcantur, idq; etiam ſub Conuentione generali. C. 28.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

De Iudicijs Colloquialibus.

QVamuis Iudicia Colloquialia, inſtitutione Iudiciorum Tribunalis Regni, antiquata quodammodo eſſe videntur, tamen quia expreſsè abrogata non ſunt, neq; certò ſcire poſſumus, ſi nobis aliquando vel Tribunalium pertæſis, vel nouis rebus delectantibus, non ſit ad ea redeundum, prætermittenda non eſſe exiſtimaui.

Cas. Wiel. 1368. Inſuper ſtatuimus

Iag. Crac. 1423. Peruerſa conſuetudo.

IVdex in Colloquijs, aut Regis præſentia iudicans, argui de malè iudicato non poteſt. L 32. P 679. HL 50. HP 505.

In colloquijs, primus terminus differebatur ſimplici infirmitate, ſecundus vera, abſque tamen Sacerdotis teſtimonio, & ita, vt in ſequentibus terminis, per iuramentum probetur, Tertius itidem vera infirmitate & continuata. In quarto verò pareat aut cauſa cadat. L 42. P 678. HL 50. HP 412.

Idem in terminis Particularibus obſeuari debet, Actor tamen non aliter cauſam proroget, niſi primum terminū vera infirmitate, in terminis verò particularibus ſemel ſimplici infirmitate.

Abrogatum hoc eſt per proceſſum nouum Sigiſmundanum de quo ſuo loco infra.

Iag. Crac. 1423. Et quia Barones.

Cum coram Iudicio Colloquiali cauſæ hæreditariæ agantur, ſententiæ eius, vim Regiorū decretorū habeant, & reſignationes bonorum admittantur, æquum eſt vt liber Actorum Colloquialium, ſub tribus clauibus, puta Iudicis, Subiudicis & Notarij Terreſtris ſeruetur. Iudex tamen ante vnam ſeptimanam poſitionem actorum publicet. L 45. HL. 6. P 675. HP 433.

Caſ. Pet. 1447. Aſſidua.

Dignitarij & officiales qui ad Colloquia pertinent, cōueniant, niſi ægrotent, aut ablegentur, quibus caſibus, integrum ſit illis loco ſui alium ſubſtituere, alioquin temerè L 90. P 674. HL 48. HP 415.

sese absentans, ad Regem citatus, ei qui hoc nomine damna passus est, damna refundat, quæcunque propter absentiam illius accepit.

Caſ. Korez. 1451. Item volumus. Termini & Colloquia non reclamentur, sed statis diebus celebrentur peremptoriè. L 87. P. 678. HL 50. HP. 414.

Caſ. Korez 1451. Item Colloquia. Colloquia non obstante vnius vel duorum ex Dignitarijs morte, vel absentia, celebrentur, in quorum locum à Nobilitate alij substituantur, donec vacantia officia distribuantur. L 88. P. 676. HL 48. HP. 418.

Caſ. Nieſ. 1454. Item Statuimus. Sig. Crac. 1523. Caſu verò. Colloquia, ter in anno celebrentur, eisque omnes officiales qui ad ea pertinent intersint, Palatinus tamen & Capitaneus, publicis curis impediti, possunt alium loco sui substituere, reliqui sint personaliter, nisi infirmitate aut legatione impediantur. L 93. S 37. P 677. HL 49. HP 419.

Sig. Pet. 1511. Item quia. Sig. Pet. 1523. Poterit autem. Auguſt. Pet, 1550. Wiecza. Palatini Colloquia iudicent, præmissa in binis præcedentibus terminis proclamatione. S 18. P. 677. HL 49. HP. 420.

A sententia Colloquiali ad Regem appellatur. S 37. P 675. HL. 9 HP. 417. C 3.

Sig. Crac. 1532. De appellationib. Appellationem ad Colloquia interpositam licet vtrique parti prosequi, siue in Colloquijs, siue in Conuentione Regni generali, quod horum prius post interpositam appellationem celebrabitur. S. b 1. P 675. HL 10. HP 417.

Sig. Pet. 1538. Statuta de Colloq. Statuta de Colloquijs exequutioni mandentur. P 680. HL 51. HP 423.

Sig. Crac. 1540. De Terminis. Colloquia pro vna vice, bis per annum celebrentur, & decreta non obstante interposita appellatione exequutioni demandentur, ita tamen vt si in aliqua causa, Rex sententiam in Conuentu retractauerit, bona cum omnibus fructibus restituantur, & damna iuxta iuramentum passi refundantur. P 679. HL 50. HP 422.

Sig. Crac. 1543. Ab accessoriis. Aug. Pet. 1550. Wieca iż zna my. Colloquia, Palatini singulis annis iudicent, neque ea transponant, sub pœnis Statutorum, ab accessorijs verò ad Colloquia appellans, ibidem in principali negotio experiatur, ab accessorijs tamen, quæ principalis negotij amissionem non continent, appellatio non admittatur. A colloquiali verò decreto, quod vel accessorium non sit, vel vim

vim principalis negotij habeat, ad Conuentum appelletur. Quod si quis pœnam dictam Kocz in Colloquijs soluit, denuò eam in Comitijs non soluat, neque sit in vna causa nisi vna pœna Kocz. Causæ vero officij absente Rege à Regno, ad Colloquia deuoluantur.

Sig. Crac. 1543. Visum est nobis. Termini Terrestres, ter in anno celebrentur, quarta verò anni pars, Colloquijs detur, absentes dignitarij & officiales, in sequentibus Colloquijs, antequam loca sua occupent, iurent se vera infirmitate impeditos ad Colloquia non venisse, exceptis absentibus Reipub. causa, tamen in locum Palatini Castellanus, in Castellani Nobilis substituatur, sed colloquia non transponantur, neque suspendantur inuitis partibus, sub pœnis legalibus. P. 677. HL. 47. HP. 420.

Lex Annalis.

Aug. Lub. 1569. Wieczа. Colloquia in terra Sandomirienſi ita celebrentur, Primo anno Sandomiriæ, Secundo Radomij, Tertio Wisliciæ, semper feria secunda post festum S. Francisci. HP 421. C 1.

CAPVT QVINTVM.

De Iudiciis Tribunalis Regni.

Aug. Pet. 1563. Ordinãcia IVdicia vltimæ instantiæ, pro vna vice sunt instituta, cum ea securitate, vt is qui armatus in Ciuitatem sub tempus Iudiciorum venisset, quinquaginta marcarum pœna, si quẽ euntem vel redeuntem ante & post duas septimanas occidisset, vel Iudicia violasset, pœna capitis, si vul- C 18.

si vulneraſſet, pœna, Centum marcarum & ſeſsionis Turris puniatur, si euaſiſſet bannitioni erat obnoxius. Exceptis cauſis perſonam Regiam tangentibus, criminalibus, famoſis, calumniæ, officij, vbi quis ex officio deliquiſſet, tales enim coram Rege erant conueniendi. Fundi Regalis, quæ in Conuentu non poſt Curiam iudicari dedebant. Fiſci, vbi prouentus Menſæ Regiæ non ſoluerentur. Exemptionis bonorum Regalium pro perſona Regia, vel à Commiſſarijs inter pares, quæ niſi infra fines Regni iudicari debebant. Quod ſi quis Regi quippiam donauerit, in Conuentione id non alio niſi donatario iure Rex repetere debuit. Exceptis etiam cauſis nonnullis ſpecificatis.

Auguſt. Warſ. 1564. Decret.

Decreta eorundem Iudiciorum approbantur, & ratificantur, si qui propter malè iudicatum citati ſunt, abſoluuntur, si verò quis temerè cauſam eiuſmodi proſequatur, pœna Centum marcarum puniatur, quam ibidem reponere debet, ſub pœna quatuordecim marcarum, cuius pœnæ medietas fiſco Regio, medietas parti debetur; Procurator verò ad ſeſsionē Turris per octiduū condemnetur. c. 31.

Steph. Warſ. 1574. Sprá. wiedliwoſć.

Iudicia quæ Palatinatus Regni ſibi conſtituerunt, approbantur; & permittitur, vt ea iuxta placitum Nobilitatis vlterius inſtituantur. c. 149.

Steph. Warſ. 1576. O Sądach.

Iudicia vltimæ inſtantiæ in Palatinatu Rauenſi non celebrentur, donec Generalia Iudicia inſtituantur, quidquid verò ſub titulo Henrici Regis, poſt diem duodecimam Maij iudicatum eſt, & lucratum, irritum eſto. Exceptis cauſis debitorum ad inſcriptiones. c. 163.

Steph. Warſ. 1578.

Iudicia Generalia Tribunalis Regni inſtituuntur, ad quę in omnibus Palatinatib⁹ Regni, in particularib⁹ Conuentibus, Iudices Feria ſecunda poſt feſtū Natiuitat. B. Mariæ Virginis, viri idonei, probi, iuriſperiti, & poſſeſsionati eligantur, in maioribus Palatinatib⁹, videlicet Poſnanieñ. Sandomirieñ. Caliſsien. Ploceñ. Ruſsiæ, Maſouiæ, duo; in reliquis & in terris Wieluneñ. vnus, Dobrzineñ. vnus, Oſvviecimeñ. & Zatorieñ. vnus. c. 184.

Si

Si quis ex Iudicibus quorumcunque ſubſelliorum electus fuerit, in cauſa ab eius Iudicio per motionem deuoluta, ſententiam non dicat, neq; alios dicentes audiat.

Autoritas Deputatorum, non niſi ad alia Iudicia duret, & tandem alij in locum illorum eligantur.

Secundò idem ante quadriennium non eligatur, niſi omnes nemine contradicente in id conſentiant.

Iudice, ex aliquo Palatinatu deputato, infirmo vel mortuo, reliqui iudicent, non obſtante abſentia collegarum.

Iurent iuxta formulam iuramenti Iudicis Terreſtris, in Statuto deſcriptam, eo addito, quod in cauſis non ſunt conſulturi, munera non accepturi, & quod citra omne ſtudium ſint in Iudices electi.

Iuſtè & ordine, iuxta Regeſtrum, per Palatinatus iudicent, à iure ſcripto non diſcedant, Deum & iuſtitiam præ oculis habeant, ſententiā per duos vel tres ex illis ſubſcriptam, ex ſcripto ferant. In diuerſitate vel paritate ſententiarum iterum & tertio dicant, & tandem maior pars concludat.

Cauſas Spiritualium, ſex Sæculares, cum ſex Spiritualibus perſonis iudicent, Maior pars concludat. Si verò pares fuerint ſententijs, ad Conuentum cauſam remittant. Hunc tamē paritatis caſum, licebit in conuentu proximo vel abrogare vel emendare.

Decimæ ex bonis hæreditarijs in eodem ſtatu permaneant, quo nunc ſunt, commoto nemine, ad compoſitionem vſq;.

Decreta eius Iudicij, paria ſint authoritate Decretis Conuentionalibus, contrauenientes verò illis, & hoc nomine ſiue in Conuentu ſiue poſt Curiam negotium faceſſentes, tanquam contemptores decretorum Regiorum puniantur.

Perlucra contra Spirituales interea obtenta, ſuſpendantur, donec de illis in Conuentu cognitio fiat.

Iudicabunt omnes & ſingulas cauſas, à Iudicijs Terreſtribus, Caſtrenſibus, Succamerarialib⁹, Colloquialib⁹, Commiſſarialibus, (in cauſis diuiſionis bonorum) per motio-

motiones, appellationes, remiſsiones, limitationes, & alio quouis modo ad Conuentum, vel poſt Curiam deuolutas, tàm ab officijs, quàm ex officijs, occaſione non factæ exequutionis decreti, vel decretorum Iudicij generalis Tribunalis Regni, huius vltimæ inſtantiæ, in his rebus, quæ Iudicio huius Tribunalis iudicañ. incumbunt, & iudicatæ fuerint, & aliorum grauaminum, ex Iudicijs ſiue officijs Capitaneorum, & eorum officialium circa adminiſtrationem iuſticiæ illatorum, tum & omnes cauſas iudicatas & ad locorum Capitaneos pro exequutione remiſſas, vbi debitæ exequutioni demandatæ non ſunt, nec non cauſas ex Iudicijs nouis, vltimæ inſtantiæ propendẽtes, aliaſq; omnes ex Citationibus & Adcitationibus, nouis & antiquis incidentes, & ad hoc Iudicium pertinentes, cum conſeruatione omnium terminorum.

Exceptis cauſis merè criminalibus, in Conuentu iudicandis, ita vt ſi quis cauſam Ciuilem, criminaliter inſtituerit, Victus hoc nomine pœnam ſeſsionis Turris, & Centum marcarum, cum refuſione damnorum luat, & cauſa ad forum remittatur. In cauſis tamẽ & articulis criminalibus Iudicij Caſtrenſis ad Tribunal appelletur.

Exceptis etiam cauſis fiſci, iuxta Conſtitutiones Anni Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Secundi, & Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Septimi, tum & exemptionis bonorum Regalium.

Quod ſi quis Capitaneum vel Tenutarium, ratione fundorum Regalium citauerit, ex quibus Quarta ſoluitur, vel qui reuiſioni & luſtrationi ſubſunt, vel qui in ſummis antiquis obligati ſunt, ad Conuentum remittatur. Licebit tamen Regi pro bonis ſuis iuxta præſcriptum Statutorum ſemper agere, eaq; repetere.

Ratione Quartæ & bonorum nullo iure receptorum, in Conuentu agatur.

Cauſæ quoq; Iuris Magdeburgenſis & Culmenſis, ſaluis caſibus in Statuto deſcriptis, Regali Iudicio reſeruãtur, de

tur, de perlucris verò interea per Ciues & contra Ciues obtentis, idem quod de perlucris Spiritualium.

Locus Iudicij huius, Palatinatibus Maioris Poloniæ qui ſunt Poſnanienſis, Caliſsienſis, Siradienſis, Terra Wielunenſis, Lancicienſis, Breſtenſis, Iunivvladiſlauienſis, Maſouiæ, Plocenſis, Rauenſis, & Terra Dobrzynenſis, Petricouia, Minoris verò Poloniæ Palatinatibus, qui ſunt Cracouienſis, Sandomirienſis, Ruſsiæ, Podoliæ, Lublinenſis, Belzenſis, & Podlachiæ Lublinum. Ita vt peractis primum Petricouiæ Maioris Poloniæ Iudicijs, Lublinum eatur.

Ad hoc Iudicium nemo accedat niſi cauſam Iudiciariam habeat. Vocatus verò ex ordine ſine tumultu ad Iudicium veniat, cum vno duntaxat Procuratore & duobus amicis. Si verò quis temerè introierit, nec monitus exiuerit, vel clamores in domo Iudicij excitauerit, pœna duplici quatuordecem marcarum puniatur, illico ſub alia ſimili pœna numeranda.

Dum ſententiæ dicuntur, nemo adſit, præter eos qui ad hæc iudicia iurati pertinent.

Ad locum electioni Iudicum, & celebrationi horum Iudiciorum deſignatum, armatus nemo veniat, præter enſem.

Si verò cum pixidibus, & alijs inſuetis armis venerit, vel cum illis obambulauerit, pœna quinquaginta marcarum, in inſtanti puniatur, ſub pœna quatuordecem marcarum luenda.

Si quis in loco Electionis, vel tribus ſeptimanis ante & poſt celebrationem eorum Iudiciorum perſonam Nobilem vulnerauerit, vel occiderit, non ſecus puniatur, ac ſi id in Conuentione Regni generali perpetraſſet.

Incipiant autem hæc Iudicia Petricouiæ, feria ſecunda poſt feſtum S. Martini, Lublini feria ſecunda poſt Dominicam Conductus Paſchæ. Iudicia tamen inferiorum ſubſelliorum etiam ſub tempus Tribunalis celebrentur.

Sub tempore quoque Comitiorum nihilominus Iudicia Tribunalis Regni celebrentur.

Decreta Petricouiæ, sub Sigillo Terrestri Siradiensi, Lublini sub Sigillo Terrestri Lublinensi extradantur.

Decreta eorum eius sint autoritatis, vt si quis ad cuiuscunque instantiam, hoc nomine ad derogandum huic decreto, citatus fuerit, à Citatione ipso facto liber sit. Si verò ille nihilominus instaret, vel aliquid in contumaciam obtineret, pro infecto reputetur, neque exequutioni detur, quod si citatus personaliter compareat, pœnam Centum marcarum illico super actore, vel eius Procuratore obtinebit, sub pœna quatuordecem marcarum, cuius pœnæ medietas fisco, medietas parti vocatæ debebitur. Nihilominus Procurator ad vnam septimanam in fundum Turris inijciatur.

Iudex, Subiudex, & Notarius Terrestres, illius Palatinatus adsint præsentes, ad secreta Iudicij iurent, & alia faciant, quæ in Iudicijs Conuentionalibus, vel Regalibus facere debebant. Pœnas dictas Kocze exigant, & Iudicibus locorum remittant, sententiam tamen non dicant.

Citationes ad hoc Iudicium sub titulo Regio extradantur, sub sigillo Terræ illius in qua residet citandus, ponantur verò duabus septimanis ante terminum.

Inscriptiones, Protestationes, Recognitiones, Relationes, coram hoc Iudicio factæ, eius sint vigoris, cuius Terrestres vel Conuentionales esse solent.

Capitanei decreta eorum exequantur, sub pœnis in Statuto descriptis.

Iudices salarij loco, à singulis decretis grossos quindecem habeant, rescripta iuxta Statuta soluantur, Spirituales verò suis deputatis, de victu prouideant. Reformatio horum Iudiciorum, libera sit Nobilitati in Conuentu, communi omnium consensu.

Steph. Warſ. 1581 Spráwá Stánowstwy. Causa Capitanei Liuensis in integrum restituitur. C. 221.

In

Sig. Warſ. 1589. Nieſzadzenie. In actionibus & Iudicijs Terrestribus Præmislienſibus, Przevvorscensibus, Halicienſibus, Trembovvlienſibus, Kolomienſibus, Iudicium Tribunalis Regni dilationes ad munimenta pro hac vice ijs concedat, qui eis opus habent, etiamsi id secundò fiat. C. 20.

Idem ibidem. Sądy. Iudicia vltimæ instantiæ Tribunalis, Palatinatib⁹ Wolynensi & Braczlauiesi concessa, ab omnibus obseruentur. De quibns speciali Constitutione cautum est, hoc autem quia ad ius Wolynense pertinet hic omissum est. C. 16.

Sig. Warſ. 1589. Porządek. Appellationes Terrarum Masouiæ, in Tribunali per Districtus audiantur, hoc ordine, primũ Terræ Czernensis, deinde Warsauiensis, Wisnensis, Wyssogrodensis, Zakrocimensis, Ciechanouiensis, Lomzensis, Rozanensis, Liuensis, Nurensis, quæ omnes ex ordine Regestri proponantur, & eodem salario quod Lublini accipitur, vtantur, temerè appellans parti appellatæ pœnam Kocz iuxta Consuetudines Regni luat. Palatinatus quoq; Rauensis, per Districtus iudicetur cum adiudicatione pœnarum vt in Regno. C. 22.

Terræ Prussiæ, Iudicia Tribunalis Regni susceperunt, de quibus habes infra Parte 6. Cap. 3.

Sig. Warſ. 1596. Seymik. Terra Dobrzynensis habeat Conuentum pro eligendo deputato ad Tribunal ea die qua reliqui Palatinatus idem faciunt. C. 11.

Sig. 3. Warſ. 1598 Obiecánie. Palatinatus Siradiensis duos deputatos ad Tribunal die in Constitutionibus expresso eligat. Districtus quidem Siradiensis & Szadkouiensis Siradiæ, Districtus verò Petricouiensis & Radomiensis Petricouiæ. C. 12.

Idem ibidem. O Gospodách. Marschalci Tribunalis Regni, Capitaneos in distribuendis hospitijs non impediant, neque precia rebus imponant, neque vllos prouentus, vltra salaria Iudicijs sibi vsurpent, neque priuata Iudicia in hospitio tractent. C. 30.

CAPVT SEXTVM.

De Iudiciis Commissarialibus & limitum inter bona Regalia & Nobilium.

Ex Priuileg. tag. ad Czerw. 1422. Idem in Iedl. 1433. Item promittimus. Cas. Nies. 1454. Præterea polliceamur.

REX non negabit neq; differet dislimitationem, Nobili vicino, modo id per vim non exprimat. L.48.P.385. HL.52.HP.72.

Olim duo Dignitarij seu Officiales, & Succamerarius ad bonorum dislimitationes dabantur. L.93. P.386. HL.52.HP.72.

Albert. Pet. 1496 Item cum inter.

Nunc verò duo Dignitarij, duo Officiales, & Succamerarius, ad ea pertinent. Capitaneus verò vel Tenutarius bonorum Regalium, limitationi adsit, & Commissarios expensis prouideat, si bona possidet libera. Commissarij verò vbi ad distinguenda bona conuenerint, primum & præcipuè senes per iuramenta audiant. Qui si inter se concordes fuerint, eos sequantur, sin secus, Commissarij iuxta quod illis æquũ videbitur, statuant; Discordibus verò Commissarijs, pluralitati sententiarum stetur, Capitanei contradictione non obstante. L.107.P.386. HL.53.HP.73.

Alex. Rad. 1505. Autoritatem.

Commissiones non nisi ad bonorum Regalium distinctionem, diuisionem inter fratres, & ex consensu partium dentur, alioquin nihil valeant. L.112.P.385. HL.52.HP.72.

Sig. Crac. 1532. Commissiones.

Dentur tamen etiam inter remotos, par ius successionis habentes, de iuris tamen potioritate, non Commissarij, sed Iudicium Terrestre decernat. S.b.2.P.386. HL.52.HP.72.

Quamuis secundum legis istius tenorem causæ familiæ herciscundæ ad Commissarios pertinent, vsu tamen apud nos introducto, iam fere factæ sunt Castrenses, atque in Querelarum terminis proponi solent, iuxta antiquius Statutum quod est inter Consuetudines Terræ Cracouiensis. De quo habes supra Partæ 2. Cap. 12.

Sig. Crac. 1507. Ne grauentur.

Ad vsum fluminis, bona Regalia cum bonis Nobilium distinguentis, Nobilitas adiacens admittatur. S.4. P.389. HL.96.HP.75.

Sig. Pet. 1511. Item quia.

Capitaneus, si ad limites vocatus, non venerit, pœnæ viginti octo marcarum puniatur, cuius medietas Regi, reliquum parti debetur. S.20. P.388. HL.34.HP.74.

Sig. Pet. 1519. Quia multæ.

Limites bonorum, non secundum literas, vel signa in eis descripta, sed secundum testimonia senum fiant. S.22. P.390. HL.151.HP.75.

Sig. Crac. 1532. Declaramus Statut.

Id tamen de literis antiquatis, vel in abusum collapsis vel re oculis non subiecta emanatis, incertisq; intelligi debet, literis enim Commissarialibus, per Regem approbatis, vel Succamerarij ex libris Terrestribus emanatis credendum est. S.b.1.P.390. HL.51.HP.75.

Sig. Pet. 1519. Capitanei.

In limitibus, Capitanei & Tenutarij, vim Nobilitati non inferant, nec limites per Commissarios factos violẽt. S.22. P.391. HL.11.HP.76.

Sig. Pet. 1523. Quoniam impedire.

Pro iniurijs limitum, Capitaneus coram Rege respondeat, Rex verò ad limites faciendos, Commissarios det, quos nullis inhibitionibus impediat, neq; illis Reuisores, Concommissarios, Assessoresúe, post factos limites adiungat, sed quidquid ipsi decreuerint ratum sit. Venientibus verò Commissarijs ad locum limitum, siue Capitaneus Tenutariusúe exiuerit, siue non, siue senes dederit, siue non, Commissarij nihilominus procedant, nulla contradictione, appellatione, absentiaúe obstante, Commissarij tamen duabus septimanis ante, per suas literas, & Mandatum Regium, per Ministerialem & duos Nobiles, Capitaneum de loco & tempore certiorem reddant. Quod si in eodem districtu Dignitarij haberi non poterint, ex vicino vel remotiore Palatinatu, petantur, modo in illa terra vbi limites facturi sunt, possessionati sint. S.30. P.387. HL.26.HP.74.

Sig. Pet. 1538. Petitionibus.

Commissariorum literæ, de bonorum limitatione emanatæ, confirmatione Regia non egent. S.b.2.P.391. HL.151.HP.77.

Idem ibidem. Liberum erit.

Liceat tamen volentibus, eas ad Acta Cancellariæ inscribere, quarum rescriptum Cancellarij negabunt nemini, vna sexagena Salarij nomine accepta.

Idem ibidem. Cæterum.

Porro in dissimitandis bonis primum DEus, deinde signa, & senum testimonia, aliaque possibilia indicia spectentur. S.b.2.P.390. HL.149.HL.76.

Sigiſ. Crac. 1539. Conſtituimus.

Commiſsiones, non Capitanei ſed Nobiles obtineant, Capitanei tamen bona Regalia defendant, vſq; ad diſlimitationem. P. 385. HL. 27. HP. 71.

Sigiſ. Crac. 1543. Statutũ & ſancitũ eſt.

Commiſſarij, in cauſis ad ſe vigore Statutorum pertinentibus, puta limitum, exemtionis bonorum Regalium, nec non diuiſionis inter fratres, metas officij non tranſcendant, neque vllas informationes audiant, alioquin facta pro non factis reputabuntur. P. 386. HL. 52.

Lex Annalis.

Idem ibidem.

Commiſſarijs, limitationi bonorum intentis, ſi Plebeius improperauerit, ſeſsione Turris ad dimidium anni puniatur, ſi arma vibrauerit, etiamſi neminem vulnerauerit, capite plectatur. Nobiles verò in eiuſmodi exceſsibus, iuxta Statutum puniantur. P. 392. HL. 53.

Lex Annalis.

Aug. Pet. 1550. Jześmi winni.

Commiſſarij ad diſtinguendum Regnum, cum Vngaria, Marchia, Sileſia, Pomerania, Lithuania, Pruſsia, deſignantur. C. 3.

Aug. Pet. 1550. Aby tez co tak

In bonis per Commiſſarios diſtinctis, Capitanei & Tenutarij iniurias vicinis non inferant, ſed etiam ſubditi fundis Regalibus diſtinctis abſtineant, neque apiſteria in illis habeant. P. 391. HL. 149. HP. 76. C. 4.

Aug. Marſ. 1557. Ktoby poźwał

Commiſſarios, vel aliquod officium ſi quis iniuſtè citauerit, conuictus iniquę euocationis, in viginti octo Marcis, ſingulis Commiſſarijs & parti, ſi & ipſa euocata eſt, condemnetur. HL. 52. HP. 76. C. 6.

Aug. Marſ. 1557. Sta zá ſtános wienia.

De iniurijs inter bona Regni, & Magni Ducatus Lithuaniæ illatis, Commiſſarij ad petitionem iniuriam paſsi dentur, coram quibus quilibet accuſatus, ſine diffugijs reſpondeat. HL. 54. HP. 76. C. 7.

Aug. Marſ. 1562. Statut o Polo vſypánia.

Capitanei limites diſiectos ad feſtum S. Ioannis reſtituant, ſub priuatione officij, vel tenutæ. Citati verò omnes ex delatione Tenutarij, propter limites conſtitutos abſoluuntur. HP. 77. C. 15.

Con-

Aug. Pet. 1567. Granice.

Conſtitutio ſuperior in robore conſeruatur, & perpetuatur, pœna Centum marcarum appoſita, coram Rege, etiam à ſucceſſoribus repetenda. C. 75.

Step. Warſ. 1578. Granice.

Limites per Commiſſarios inter bona Regalia factos, Capitanei ne violent, quod ſi qui poſt annum Milleſimum Quingenteſimum Sexageſimum Secundum violati ſunt, ad feſtum S. Ioannis Baptiſtę reſtituantur, cum pœna Centum marcarum, toties quoties conuicti fuerint. Quod ſi ſubditi Regij Plebij, inuito Capitaneo id fecerint, pœna quinquaginta marcarum puniantur, & nihilominus eorũ ſumptu, Capitaneus limites per Commiſſarios reſtituat, infra duodecem ſeptimanas. C. 192.

Sig. Crac. 1588. O Commiſsiach.

Commiſsiones ad faciendos limites ex Cancellaria dentur; Comiſſarij verò, Succamerario, vel eius Camerario adiuncti, etiam ex vicino Palatinatu dari poſſunt, quãuis in illo Palatinatu, vbi granities inſtituuntur, poſſeſsionati non ſint. Qui Commiſſarij poſteaquam literas innoteſcentiæ ſubſcripſerint, adſint ſub pœna Centum marcarum, in Iudicio Tribunalis Regni repetenda, infirmorum iure ſaluo. Quod ſi Commiſsio vna die perfici nequit, ſequentibus diebus perficiatur. In Commiſſariali Actu, tàm Capitaneo, quàm Nobili, non plures perſonæ aſsiſtant, quàm triginta, cum amicis & Seruis, Subditorum verò viginti, propter oſtendenda ſigna & erigen. ſcopulos. Ne autem periuria fiant, ante omnia Commiſſarij ſigna per ſenes oſtenſa videant, & ad conſcientiam examinent, atque eos ſenes qui potiora ſigna oſtenderint, ad probationem admittant, quod ſi vtrinque dubia ſigna fuerint, à neutra partium iuramenta ſuſcipiant, ſed conſcientiam & æquitatem ſequuti, rem ex Statutorum præſcripto diffiniant. C. 26.

Capitanei in bonorum Regalium defenſione, eum modum obſeruent, ne labores proprios & ſegetes conculcent, vel ædificia diruant, ea præſertim quæ per vnum annum, ſine eorum contradictione ſteterunt, ſed tantum vſum ſuum continuent, vel iure Terreſtri agant.

Quod

Quod ſi Capitaneus iniurioſus ſit, damnumúe alicui dederit, eo nomine in Iudicio Terreſtri, vbi bona illa ſita ſunt reſpondeat, ſi in illo diſtrictu poſſeſſionatus non ſit, exequutio fiat in bonis, vbicunq; ea habuerit, iuxta Conſtitutionem Anni Milleſimi Quingẽteſimi Sexageſimi Secundi. Quod ſi nuſquam ſit poſſeſſionatus, procedatur contra eum iuxta Conſtitutionem Anni Milleſimi Quingenteſimi Octuageſimi Octaui, de proceſſu contra impoſſeſſionatos. Si ſummam in bonis Regalibus habeat, in ea exequutio fiat. Integrũ quoq; erit Capitaneis, pro damnis & iniurijs tam in Regalibus quàm Capitanealibus prouentibus illatis, iure Terreſtri contra iniurioſos agere, vbi & iurare tam pro ſe, quam pro Rege poterint, ſalua appellatione ad Tribunal, vbi ſine vlla remiſsione, tales actiones decidantur. Subditi ex villis Regijs, iniurias ſuas iure cum Capitanei aſsiſtentia proſequantur. Ciues tamen ſine aſsiſtentia, more ſolito agere poſſunt. Si bona litigioſa limites non habent, decernatur vt Nobilis ſine intermiſſione Commiſsionem perficiat. Quod ſi poſt diſtinctionem Commiſſarialem, Nobilis vicinus fundos Regales vſurpet, & eo nomine Iure Terreſtri conueniatur, tenebitur Iudicium Terreſtre, vel ipſum exire, vel iuratos Camerarios, cum Miniſteriali mittere, & fundo oculis ſubiecto, in proximis Iudicijs, ſententiam ferre, & damna paſſo ſatisfactionem adiudicare, iuxta iuramentum & liquidationem ipſius.

Sig. Warſ. 1589. Rozgranicze, nic. Ad diſtinguendos & conſignandos limites Palatinatuum Ruſsiæ, Wolyniæ, Podoliæ, Belzenſis, Lublinenſis, Braczlauienſis & Kiouienſis, nec non Magni Ducatus Lithuaniæ, & Maſouiæ, cum Terra Podlachiæ, Terrarumq; Nurenſi & Kiouienſi, Commiſſarij ex Cancellaria dabuntur, qui ad feſtum S. Bartholomæi, id perficiant, nec diſcedant, niſi limitibus conſtitutis. C. 31.

Neſcio vbi ſit iſta Terra Kiouienſis, quæ poſtremo loco ponitur ſi non de Palatinatu Kiouienſi cuius ſuperius mentio fit iſtud eſt intelligendum, niſi forte ſit aliqua Terra Kiouienſis Nurenſi Terræ contigua, in qua ego fortaſsis non fui.

Rex

Sig. 3. Warſ. 1598. Maznaczenie Commiſſa. 1590. Rex curabit apud Imperatorem & Principes vicinos, vt ſingulis annis Commiſſarij, tàm ex parte Regni, quàm ex parte Imperij, Regni Vngariæ, Sileſiæ, Marchiæ & Pomeraniæ conueniant, iuſtitiamq; vtrinque iniuriam paſsis adminiſtrent, coram quibus omnes vocati comparere & ſeſe iuſtificare debent. C 1

Sig. 3 Crac. 1595. Commiſsio certa in eo Cõuentu inſtituta eſt & Commiſſarij ſpecialibus literis aſsignati, quarum exemplaria ſex tradita ſunt, Primum Archiepiſcopo Gnæſnenſi, alterũ Illuſtri & Magnifico Regni Supremo Cancellario, Tertium Regni Vicecãcellario, Quartum Regni Theſaurario, Quintum Theſaurario Ducatus Lithuaniæ, Sextum Marſchalco Nuntiorum. C 3

Idem ibidem Comitia generalia Warſouiæ indicuntur abſq; literis deliberatorijs, publicatis tantũ literis vniuerſalibus. Poſt quam publicationem Conuentus particulares tribus ſeptimanis, & tandem alijs tribus Cõuentus generales celebrentur. Qui tamen non niſi duas ſeptimanas durabit, neq; in eo quidquam aliud præter res ad Commiſsionem prædictam & defenſam Regni ſpectantes tractari debent. Idq; pro hac vice tantum. C 4

Sig. Warſ. 1596. Commiſſarij iterum deputantur ad tractat. cum Principibus Chriſtianis. C 3

Sig. 3 Warſ. 1598 Wárunek. Citationes omnes contra Commiſſarios, & cõtra partem adhærentem in cauſis limitum inter bona Regalia & hæreditaria tàm ad Comitia quàm poſt Curiam editæ caſſantur, & in poſterum actus Commiſſariales per integrum numerum Commiſſariorum in Statutis Regni ſpecificatorum vt iuris eſt peracti in dubium non vocentur. C 12

Idem ibidem. Commiſsia. Ad diſtinguendum Capitaneatum Braczlauienſem in Lithuania, à Ducatu Curlandiæ, nec non ad iuſtitiam vtrinq; adminiſtrandam, deputantur certi Commiſſarij pro die vigeſima Octobris qui iurati eſſe debent, vbi Dux quoque Curlandiæ pari numero Commiſſarios mittere debet. Alioquin alterius partis Commiſſarij negotium perficiant. C 18

Idem ibidem. Commissarios.

Ad recuperandos fundos à præfectura Syluarum & Tenuta Iurborgensi, ad Ducatum Prussiæ ademptorum, deputantur Commissarij, qui vnà cum Commissarijs Ducis Prussiæ vsque ad fluuium Svvięta limites renouent, fundos ademptos restituant, iustitiamq; petentibus administrent.

CAPVT SEPTIMVM.

De Iudiciis finium Regundorum inter bona hæreditaria.

Cas. Wisl. 1368. Crebra altercatione.

SVccamerarius, in limitibus constituendis ante omnia naturalem limitem, puta riuũ, flumen, eiusq; alueum, nouum vel antiquũ spectet. Et attendat si riuus naturaliter & spontè, an per industriam auersus est, si spõtè antiquus alueus pro limitibus esto, si verò per industriã auersus est, nouus alueus limites faciat, antiquus verò totus ad illum pertineat in cuius hæreditate situs est. L 8 P 258. HL 267. HP. 226

Notandum hic est quod Statutum Ioannis Laski cum habet sensum, qui hic positus est, Statutum verò parum Casimirianum cuius exempla satis pauca apud nos reperiuntur, hoc loco hæc verba continet: Secus autem dicimus, si fluxus fluminis, à primo meatu per reparationem hominis retrahatur. Tunc enim decursus fluminis antiqui pro terminis semper est habendus.

Cas. Wisl. 1368 Cum aliquis.

Succamerario iniquè moto pœna sex marcarum, Camerario eius sex Scotorum debetur. L. 28. P. 260. HL. 268. HP. 238.

Idem ibidem. Cum pater.

Actio finium reguntorum, in bonis pupillorum, Tutori non competit. L. 33. P. 253. HL. 285. HP 284

Succa-

Idem ibidem. Statuimus.

Succamerarius olim pro vna die, duas vel tres hæreditates, inter eosdem limitans, mediam marcam, pro pluriũ verò dierum labore, tres marcas, duas secures, & duo fossoria tollebat. L. 37. P. 261. HL. 263. HP. 233

Alb. Pet. 1496 Item de salarijs.

Iam verò eidem & illius Camerario, à singulis limitibus, tres marcæ debentur. L. 103. P. 261. HL. 269. HP. 233.

Ius. Crac. 1423 De limitibus.

Succamerarius, eum qui ad minus tres scopulos, vel in syluis signa crucis in arboribus, vel in campis notabiliora signa ostenderit, sub fide & honore, ad probationem admittat, vbi verò vtrinq; nulla signa sint, Actori probatio deferatur, cum testibus. L. 44. P. 259. HL. 268. HP. 227

Idem ibidem. Ex constitutione.

Pro limitibus venditæ hæreditatis, vicini ad venditionem vocati, infra triennium & trimestre agant, alioquin actorem iuuabit præscriptio. L. 44. P. 259. HL. 287. HP. 512.

Alb. Pet. 1496 Item cum plerũq;

Succamerarius, partibus terminum ne proroget, nisi consentiant, aut causa subsit, sub pœna quatuordecẽ marcarum per Regem exigenda. L. 108. P. 259. HL. 268. HP. 227

Sig. Pet. 1523 Et licet.

In actionibus finium Regundorum, talis processus obseruetur. Primum actor ad Iudicium Terrestre reum citet simpliciter, pro actoratu, absq; vlla appositione taxæ. Si reus in primo termino non comparuerit, in pœna contumaciæ condemnetur. Secundo non comparens, in lucro condemnetur, vbi actor lucratur actoratum, & ad campũ cum parato actoratu remittitur. Tandem per Succamerarium reus per literas innotescentiæ vocatur, ad attentandum actorem iurare cum testibus super ductione limitũ. S. 39 P. 254 HL 266. HP 228

Sig. Pet. 1523. In quo quidem.

In termino innotescentiæ, reus ad nullam de actoratu controuersiam admittitur, sed actor pro libitu suo officium ducit, & scopulos erigit, non obstantibus quibusuis probationibus, & quantumuis euidentibus signis, Citati, ita tamen vt in vltimo aciali scopulo, actor cum sex testibus iuret, se nihil vicino ademisse. S 39. P 256 HL 267. HP 230

Idem fiet, si neq; in campo reus comparuerit, Succamerarius verò post præstitum iuramentum, decernat limites robur perpetuum habere debere.

Ibidem.

Cuius decreti, totiusq; processus seriem, Succamerari- S 40. P 260 HL 268 HL. 31.

sub suo Sigillo, ad terminos Terrestres remittit, qui ibidem actis inseratur.

Ibidem.

Dilationes in campo aliæ non habent locum, nisi veræ infirmitatis & pro maiori. S 40 P 258 HL 267 HP 238

Sig. Pet. 1523

Testium alicui, si ignobilitas in campo obijciatur, reliqui testes de illo testimonium perhibeant, quod sit possessionatus & pro Nobili inter vicinos habetur, atq; bellicas expeditiones cum Nobilitate seruit, quo facto ad iuramentum limitum admittatur. Succamerarius tamen sibi cum inculpatore saluam actionem reseruet in foro fori. S 41 P 260 HL 284 HP 233

Ibidem.

Collaterales ad eundem terminum, cum principali citentur, & simili processu contra illos agatur. S 40 P 254 HL 266 HP 228

Idem ibidem. Si quis autem.

Erectos scopulos vel signa metalia, si quis disijciat, corrumpatue, à quolibet scopulo aciali sex marcis, ab alijs verò sex scotis puniatur. Et nihilominus officium Succamerarij intra octo septimanas, post auisationem Ministerialis & Nobilium, ad restaurandos limites educat, sub pœna quatuordecem marcarum, parti & Iudicio totidem. Et nihilominus in alijs octo septimanis, idem faciat, sub eadem pœna, toties quoties id neglexerit, singulis octo septimanis luenda. S 41 P 262 HL 250 HP 232

Idem ibidem. Et si quis.

Scopulos si quis priuatim erigat, ab aciali tres marcas, à reliquis per sex scotos luat, & officiosè eosdem tollat, contra quem ita procedi debet, sicut contra disiectorem. S 41 P 262 HL 250 HP 232

Idem ibidem. Si verò plures.

Si minorennes ad actionem limitum pertineant, nihilominus in causa procedatur, reseruata illis pro sorte duntaxat cuiuslibet contradictione, postquam adoleuerint, si se grauatos existimauerint. S 41 P 261 HL 158 HP 254

Aug. 1557 Rissy sie trási

Si cum ipso Succamerario actio limitum intercedat, Surrogationem à Rege petat, si noluerit, actor illam obtineat, quam ei Cancellaria dare tenetur. HL 127 HP 234. C. 6.

Aug. Lub. 1569 Podkomorzowie.

Succamerarij olim iurare ad officia non tenebantur, siquidem fide & honore obligati sunt, Camerarij tamen illorum iurent & possessionati sint. Sed hoc postea immutatum est de quo habes supra Par. 1. Cap. 7. HP 234. C. 103.

Praxis.

Actio finium regundorum euasione non sistitur. P 664. HL. 3.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

De Iudicijs Castrensibus.

Cas. Wisl. 1368 Statuimus.

Neq; Rex, neq; Capitaneus, in causis criminalib^9, in absentia actoris cognoscat, nec quenquam condemnet, nisi iureuictum vel confessum. L 37. P 225. HL 4. HP. 208.

Aug. Crac. 1423 Relat. est nobis Cas. Nieß. 1454 Item statuimus.

Capitaneus eiusq; Iudex, vltrà quatuor articulos, puta stuprum, depræ dationem viæ, incendium, & inuasionem domus, nihil iudicet. L 45. 93. P 213. HL 33. HP 201.

Cas. Nieß. 1454. Item statuimus.

Capitanei in sex septimanis iudicia sua celebrent, vna tamen hebdomada antea, & iudicia & locum iudiciorum publicent. L 93. P 223. HL 33. HP 206.

Alb. Pet. 1496 Item ad tollen.

Capitanei non nisi in locis consuetis iudicia sua celebrent, quæ tamen vltrà quatuor articulos non extendant, sub pœna nullitatis. L 97 P 223 HL 33 HP 201

Hos quorum articulos habes supra. & in Titulo de Capitaneis.

Sig. Crac. 1532 Volumus.

Etiam si quis extra forum non comparuerit, vel per ignorantiam iurisdictionē Capitanei prorogauerit, Iudicium, nullum esto. S 61 P 214. HL 33 HP 203.

Alb. Pet. 1496 Hæc autē Iudicia.

Capitanei ipsi iudicent, aut Nobilem possessionatū & peritum substituant, sub amissione officij, vbi propter priuatam causam Iudicia intermiserint, nisi negotijs publicis impediantur. L 97 P 223. HL 33 HP 206.

Idem ibidem, 1496. Item quoniam Alex. Radom. 1505. Capitanei. Aug. Pet. 1550 Chcąc p- sięzeć.

Capitanei & Burgrabij, ab intromissione nihil exigant, nec munera accipiant, Ministeriales verò solarijs suis sint contenti. L 109. 216. P 240. HL. 123. HP. 211. C. 4.

Alex. Rad. 1505 In maiori Polon. Item ibidem Occurrebant.

Neq; coram Rege, neq; coram Capitaneo, primus terminus est peremptorius, nisi quis vltrò id ferat. L 116 P 226. HL 230. HP. 26.

Cons. Crac. 1505 Primi cum. Sig. Crac. 1507 Præterea statuim9

Capitanei, ad querelam, non nisi pro expulsione Dominæ dotalitialis, & pro recenti crimine, quod est annus & sex hebdomadę iudicent. L 116 P 230. HL 220. HP. 209

Et pro violenta expulsione, de tenuta, & pacifica possessione, nec non diuisione inter fratres. S. 2 P 230. HL 220 HP 210.

Alex. Rad. 1505. Conformantur.

Ad Iudicia Castrensia, citationes, sub Sigillo & titulo Capitanei, emanare debent. L.116. 4P.22. HP.207.

Conf. Crac. 1505. Item Terminus.

Terminum facionatum, qui vnius septimanæ esse debet, Capitaneus iudicat. L.123. P.552. HL.11. HP.536.

Steph. Warf. 1578 Oliconymum rokv.

Tamen talis terminus, non nisi pro furto ablatis rebus, præfigi debet. C. 190.

Conf. Crac. 1505. Si impossessionatus

Impossessionati & Odardi, in Iudicio Castrensi, cuilibet respondeant, qui si apud possessionatum arestantur, statui coram Capitaneo, infra vnam septimanam debent, fideiussores daturi, vel detinendi, alias possessionati, pro arestatis respondebant. L.122. P.221. HL.113. HP.360.

Ibidem.

Contra impossessionatum verò qui arestari non potest, in Parochia, in qua erat possessionatus, citationes ponantur, Clamante Ministeriali, citra damnum hæredis illius villæ. Ibidem.

Sig. Crac. 1588. De impossessionat.

Impossessionatus, posteaquam ei in Iudicio Castrensi satisfactio iniungitur, debet sese vel parata pecunia eliberare in duabus septimanis, vel fideiussores dare quod satisfaciet in sex septimanis, quod nisi fecerit citari debet ad banniendum, & cum bannitus fuerit, capi & detineri debet vsq; ad satisfactionem. Citatio verò contra illum vel in Parochia in qua possessionem habuit, vel in qua natus est, poni, vel eidem in manus tradi potest. Arestatos autē ij tantum ad Castrense officium statuere debent, qui eos in domibus proprijs arestatos, in instanti non extradiderint, vel ab eis non recesserint, eosue domo sua non ejecerint. C. 35.

Conf. Crac. 1505. Item Aliquis.

Insufficiens Procuratorium, si quis coram Castrensi Iudicio produxerit, sex scotorum pœna puniatur. L.121. P.226. HL 208. HP 445.

Ibidem. Item Terminis.

Vt in Terrestribus, ita & in Castrensibus Iudicijs, actores in fine Iudicij condemnentur, alioquin condemnato non nocebit condemnatio. L 122. P 642 HL 55. HP 297.

Sig. Crac. 1507. Vt Officiales.

Negligentium Capitaneorum pœna ea est, vt Centum marcis mulctetur, si obligatum habeat Capitaneatum, sin liberum priuatione officij. S 3. P 241 HL 32. HP 212

Idem ibidem Capitanei.

Capitanei & eorum Burgrabij victos ad solutionem pœnarum compellant. S 6. P 242 HL 34. HP 213.

Termini

Sig. Pet. 1529. Termin. & querel.

Termini Querelarum Castrensium, non transponantur, sed in duabus septimanis iudicentur, neque dilationes habeant, præter vnam, id est, vt in secundo termino peremptoriè iudicetur. S 22. P 232 HL 220. HP 209

Idem ibidem. Iudex Terrest.

Sententiæ retractatio, Iudicem tàm Terrestrem quàm Castrensem non infamat. S 24. P 229 HL 240. HP 209

Sig. Pet. 1521. Debebit autem.

Officium Castrense paratum semper esse debet, in recenti crimine, in ministranda iustitia, & exequutione rei iudicatæ, non expectatis terminis Castrensibus, diebus festis exceptis. S 36. P 224 HL 173. HP 207

Idem ibidem. Similis processus.

In articulis Castrensibus, ex termino concitato, astito, sitè vadia triplicata interponuntur, cum additione Ministerialis. S 36 P 228. HL 202. HP 222

Sig. Crac. 1532. Vt deinceps.

Literas Castrenses Capitanei vel eorum Iudices subscribant. S 43 P 229 HL 150. HP 273

Sig. Pet. 1538. Quia verò.

A sententia Iudicis Castrensis, omisso Capitaneo recta ad Comitia, in causis verò officij simpliciter ad Regem appellatur. S b 2 P 229 HL 10. HP 209

Istæ appellationes iam ad Tribunal fiunt.

Sig. Crac. 1539. Crebris.

Capitanei vltra quatuor articulos nihil iudicent, & memoralia instar Terrestrium Iudiciorum exigant, neq; Nobiles extra suos distrctus euocent. Ex originalibus

Sig. Crac. 1543. Statuimus.

Iudicium Castrense, semel ad proximos terminos Castrenses deliberet, officium verò ad quindenam, sub pœna trium marcarum, vbi libuerit iniuriam passo repetenda. In termino verò deliberationis nullæ amplius controuersiæ audiantur. P 227. HL 77 HP 498

Lex Annalis.

Idem ibidem. Repositio.

Termini sicut Terrestres ita & Castrenses, ne transponantur, sub pœnis legalibus, pro quibus Nuncij agant, & propterea officiales Castrenses possessionatos esse oportet. P 232. HL 280 HP 499

Lex Annalis.

Aug. Warf. 1557 Vt prosb.

Petricouiæ Iudicia Castrensia celebrentur, sicut Siradiæ, vnus tamen Capitaneus vtraq; celebret. HP 398. C 3

Capi-

Aug. Pet. 1562. O Sądziech Stárośćich.

Capitanei, ipsi per se iudicent, iuxta Statutum Fol. 9, nisi ita sint occupati, sicut illud Statutum disponit, sub pœnis priuationis; quod si aliter iudicauerint, tali iudicio nulla præstetur obedientia, exceptis modernis possessoribus. HP 225. C 55.

Si Typographi error hanc Constitutionem non excusat, satis perplexa est. In nullo enim Statutorũ Exemplari Folio Nono quidquam eiusmodi reperio ad quod hoc pertinere possit. Folio quidẽ Tertio in Statutis Ioannis Laski video formulam antiquam Exequutionis rei iudicatæ. In Sigismundanis verò pœnam tantum in negligentes Capitaneos sancitam. Ita vt sensum istius Constitutionis sic intelligendum esse existimem, vt Capitanei personaliter iudicent iuxta Statutum Regis Ioannis Alberti quod incipit. Hæc autẽ Iudicia, &c. Et continetur fol. 97. in editione Lascana, alias vt & Iudicio nulla præstetur obedientia, & Capitanei iuxta Statutum Sigismundi Regis quod in eius Statuti folio tertio continetur puniantur.

August. Pet. 1565. Przysięgá Pisarz.

In Maiori Polonia, Notarij Castrenses sint iurati & possessionati, In Palatinatibus tamen Posnanien si, Calissiensi, Brestensi, Iunivvladislauiensi, iurati duntaxat esse debent, etiamsi non fuerint possessionati. HP 400. C 55.

Idem ibidem Sądy Grodzkie.

Iudicia Castrensia in Wasoß, Zebrovv, & Ostrovv instituta quæ Capitanei locorum iudicent, instar Iudiciorũ Siradiensium & Petricouiensium. HP 398. C 56

Proceres 1573. Krzyżowicki.

Ad inscriptionem citatus coram officio Castrensi, etiã sub interregno, pro illa vice respondere tenebatur. C 120

Steph. Warsz. 1578 Sądy Krakowskie.

Iudicia Castrensia Cracouiensia, per totum illum Palatinatum, manè celebrentur, vsque ad horam vigesimam primam. C 190

Steph. Warsz. 1581 Grod Laty czow.

Iudicia Castrensia in Laticzovv instituta, Capitaneus Camenecensis iudicet. C 214

Sig. Crac. 1588. Niewoletnie.

In Terris Nurensi, Ostrouiensi, & Kamenecensi in Masouia, actiones more antiquo celebrentur, Acta & inscriptiones Surrogati per Regem defunctum in locum Philipouij dati, approbantur, C 53

Acta

Sig. Crac. 1588. Akta grodzkie Wiślne.

Acta Castrensia Wisnensia, quæ post mortem Regis Stephani ad Coronationem vsq; Sigismundi tertij, tàm ea quę tempore Pauli Kozakovvski Surrogati, quàm ea quę tempore Ioannis Rakovvski, eiusq; subdelegati, scripta sunt approbantur. C. 54.

Sig. Warsz. 1589. Rzeka wieprz.

Officio Castrensi, repeti debent pœnæ non reparatorum, vel non amotorum aggerum, in fluuio Wieprz. C. 28.

Idem ibidem. Rzeka Wyślok

Officium Castrense Præmislien se, de pœna ratione prohibitæ purgationis, vel Telonei in fluuio Wislok, iudicet peremptoriè. C. 28.

Idem ibidem. O Stachecowie.

Ementitus Nobilis, etiam Castrensi Iudicio conueniri potest, si est impossessionatus. C. 18.

Sig. Crac. 1588. O Bydle.

Pro abacto pecore, coram officio non Iudicio Castrensi agendum est, pro damnis verò Iudicio Terrestri. C. 39.

Sig. Crac. 1589. Bespieczeństwo.

Pro mercibus in via vi receptis, coram officio Castrensi agi potest. C. 25.

Idem ibidem. Grodowieczny.

Acta Castrensia Rozanen. & Makouien. perpetua sint, vbi etiam Iudicia noui anni ità celebrentur, sicut per Masouiam celebrari solent. Iudicia verò Castren. & querelæ Makouien. ibi iudicentur, vbi iudicari ex antiquo solebant. C. 23.

Idem ibidem. Roky Grodzkie.

Termini Castren. & querelarum Wyssogroden. more solito celebrentur, excepto legali impedimento sub pœnis legalibus. C. 24.

Sig. III. Warsz. 1598. Sądy.

Capitaneus Nurensis Iudicia Castrensia, in Kamieniec in Curia Regali, diebus Lunæ celebret, iuxta constitutionem Anni Millesimi Quingentesimi Nonagesimi Tertij. C. 28.

Idem ibidem. Roki.

Iudicia Castrensia & officij Zakrocimensis, antea feria sexta celebrata, in feriam quartam transferuntur. C. 42.

Idem ibidem. Rok.

Iudicia Castrensia & querelarum Bobrovvnicensiũ Capitaneus non in Arce, sed in Curia Regali iudicet, & acta ibidem intra muros seruentur. C. 43.

Plura de Iudicijs Castren. habes supra Par. 1. de Capitaneis.

CAPVT NONVM.

De Iudiciorum & Conuentuum securitate.

Cas. Wis. 1368. Et ad facilius.

SI quis inuitis Iudicib⁹ ad Iudicium accedat, (nisi pro petenda citatione) pœna trium marcarum puniatur. L 11 P 609. HL 129 HP 452.

Idem ibidem. 1368. Plerunq; fit.

Eadem pœna mulctetur is, qui cum strepitu & tumultu ad Iudicium accedit. L 13 P 609. HL 129 HP 452.

Idem ibidem. Possibilitas.

Iudices in alijs causis per Ministeriales citent, pro violentia verò iudicij, id licitè per quemuis famulum facient. L 15 P 609. HL 157 HP 452.

Idem ibidem. Vt itaq;. Idem ibidem. Statuimus.

Pœna quatuordecem marcarum fisco applicatur, vbi quis in facie iudicij gladium strinxerit. L 15 P 610. HL 114. HP 453.

Extrahens gladium coram Iudicio, absq; vulnere, sit in gratia Regis, si vulnerauerit, pœna quatuordecem marcarum puniatur, illi verò quem despexit pœnam trium marcarum luat. L 39 P 610. HL 129 HP 453.

Cas. Korcz. 1451. Vt violentiæ.

Inuasor & violator Iudicij, pœnis Statutis in causa sua puniatur, & carceribus duodecem septimanarum mancipetur. L 87 P 610.

Alb. Pet. 1496. Post præmissa.

Arma si quis in domum iudicij intulerit, pœna quatuordecem marcarum puniatur, & arma perdat, si ea vibrauerit, pœnam sexaginta marcarum luat, si quem vulnerauerit, capitis pœnam subeat. Capiatur autem per Capitaneum vel Burgrabium, donec satisfecerit. L 106 P 610. HL 127 HP 453.

Conf. Crac. 1505. Item si quis.

Inhonorans Iudicium, vel in mensa cubans, pœnam trium marcarum luat, non recedendo ab Iudicio, sub pœna quatuordecem marcarum. L 122 P 609. HL 129 HP 452.

Sig. Crac. 1507. Quamuis.

Ad Iudicia & Conuentus, si quis cum armis seditionem præseferentibus venerit, capitali pœna puniatur, si fugerit, bona confiscentur, hoc autem Statutum quamuis omnes afficiat, præsertim tamen Capitaneos. S 5 P 611. HL 127. HP 454.

Sig. Crac. 1510. Item contra.

Si quis Dignitarios, officiales, & Nuncios, ad Conuentus siue Generales siue Particulares, euntes & domum redeuntes, quatuor septimanis ante & post Conuentum violauerit; criminis læsæ Maiestatis reus esto, idem incurrit is, qui Commissarios & quosuis alios publicos officiales violare præsumpserit. S 13 P 611. HL 171 HP 77.

Abrogata est hæc lex. De quo supra sub titulo. De Rege. Par. 1.

Sig. Pet. 1519. Nemo deinceps.

Pacis tempore, nemo pixidibus vtatur, exceptis Terris Russiæ. S 24 P 613. HL 182 HP 574.

Sig. Bidg. 1520. Statuto hoc.

In Conuentibus si quis seditiosè gladium strinxerit, pœnam viginti marcarum, si vulnerauerit, pœnam anterioris Statuti, si occiderit, pœnam capitis luat, si aufugerit, infamis esto, de quibus Capitanei inquisitionem & exequutionem faciant, sub pœna Centum marcarum. S 26 P 612. HL 51 HP 455.

Sig. Pet. 1538. Ad præcluden.

Octiduo ante, & totidem post Iudicia, si quis aliquem ad Iudicia venientem vel domum redeuntem violauerit, pœnam violati Salui conductus Regij incurrat. Sc. 2. P 612. HL 123 HP 455.

Sig. Crac. 1539. Quoniam.

Hoc Statuto Sublato, restringitur hic excessus ad Constitutionem Annì Millesimi Quingentesimi Septimi Cracouiæ factam, de quo superius eodem titulo habes. P 612 HL 128. HP. 455.

CAPVT DECIMVM.

De processu Iudicij antiquo Terminorum obseruatione dilationibus & iure deliberandi.

PRocessum Iudiciarium habemus alium antiquum alium nouum, vterq; tamen ita connexus est, vt multa quæ ad antiquum processum pertinere videbantur, in nouo reperias, ita vt neq; ille omninò sublatus, neq, iste satis sufficiens esse videatur. Nos itaq; alios sequuti, vtrumq; perstringemus, sed ita quidquid ex toto Statutorum corpore, ad Iudicij processum, ante Regem Sigismundum primum, atq; adeò ante annum Domini 1523. quo nouus processus institutus est, sancitum erat, antiquo processui tribuamus. Eas verò leges quæ post annum Domini 1523. ad eam rem latæ sunt, nouo processui ascribamus, non vt eos qui in Statutis siue condendis, siue promulgandis elaborârunt, reprehendamus, sed quod nobis propter facilitorem & memoriam & promptitudinem, ita faciendum esse existimauimus.

Caſ. Wisl. 1368. Quia victus.

VIctus, illicò victori in manus tradi debet, ligatus, qui si potestatem eius effugerit, absoluatur ab omni nexu debiti, præter debitum furti, quod semper condemnatus soluere tenetur. L. 9. P. 227. HP. 497.

Caſ. Wisl. 1368. Vt in rapinis.

Iudices pignora in pœnis recepta seruẽt æstate per duas septimanas, Hyeme per octiduum, alioquin si ea citius distraxerint, soluant iuxta valorem iuramento pignorati comprobandum. L. 9. P. 634. HL. 180. HP. 505.

Idem Ibidem. Experientia.

Pro contumacia Dominus in duobus bobus, subditi in vno pignorentur, idem fiet pro secunda contumacia. Quod si tertiò citatus non comparuerit, causam perdat. Pignora verò æstate post duas septimanas, hyeme post octiduum distrahantur, Pignorationem verò non admittens, pœna trium marcarum puniatur, & nihilominus pignora, sub alia pœna extradat, qui si per potentiam Iudici sese opposuerit, pœnam quatuordecem marcarum Regi luat. L. 14. P. 634. HL. 181. HP. 507.

Abſen-

Idem ibidem. Cum graui.

Absentibus terminus octodecem septimanarum præfigi debet, qui nisi comparuerint decernatur. L 14 P 518. HL 71 HP 494.

Idem ibidem. Præterea.

Pignorâdi gratia, duo tantum famuli, cum Ministerialibus mittantur, non confessus neq; conuictus, non pignoretur, pignora ad cautionem petentibus dentur, innocenti restituantur. Pignoratores verò iniqui, pœna trium marcarum puniantur. L 15 P 635. HL 181 HP 506.

Idem ibidem. Item Vbi Curiæ.

Vbi Curiæ Regis remotæ sunt, ad Curiam Palatini vel Castellani pignora pellantur. L 32 P 636. HL 180 HP 508.

Caſ. Nieß. 1454. Item statuimus.

Pignora non excedant valorem summæ in qua fit pignoratio. L 94 P 636. HL 180 HP 508

Conſ. Crac. 1505 Cum aliquis.

Reus contra quem perlucra obtenta sunt, bis pignoretur, pro intromissionis duplici denegatione, & nihilominus intromissio per Capitaneum fiat, & vadium interponatur. L 121. P 636. HL 182. HP 508.

Caſ. Wisl. 1368. Possibilitas.

Iudex non nisi per Ministerialem citet. In causa tamen violati Iudicij id faciat per quemuis familiarem. L 13 P 609. HL 157 HP 452

Caſ. Wisl. 1368. Vt it aq;.

Condemnat' ad satisfaciendum, si non satisfacit pœnam quatuordecem marcarum Regi demeretur. L 15 P 664. HL 114 HP 203

Idem ibidem. Actor faciat.

Actor in termino non comparens causam, reus verò duos boues perdit. L 15 P 636. HL 5. HP 414.

Idem Ibidem. Licet in pluribus.

Non comparens in tertiò peremptorio termino, in hæreditaria quæstione causam perdit, & actor in eius possessionem mitti debet. In causis verò pignoraticijs, si agitur ad redemptionem pignorum, citatus verò non comparet, actori distractio pignoris infra certum tempus adiudicetur, quod si pignus minoris cõstiterit, quàm debebat citatus, & actor simpliciter pignus absq; vlla cautione recepit, iam pignore contentus esse, & sibi imputare damnum debebit. Si verò inter contrahentes de pignore cautum fuit, si id maioris minorisúe constiterit, tunc demum ita procedendum est, vt vel debitor defectũ pignorum suppleat, vel creditor residuum debitori restituat. L 16 P 518. HL 62. 71. HP 523.

Caſ. Wisl. 1368. Decernimus.

Non tantũ Rex sed etiam Capitaneꝰ, & Palatinꝰ, & Iudex, & Subiudex, & Officialis Wozny, Ministerialẽ ad citãdum dare possunt. Nemo tamẽ iure gaudẽs citetur, nisi p literas. Prẽsente tamẽ Curia regali, potest citari verbali citatione, sed extra Curiam, citatio nõ in domo militis, sed L 37 P 224. HL 39. HP 207.

apud

apud Wladarium vel Scultetum ponatur, Actore vel eiº Nuncio præsente, & causa citationis exposita, atq; termino legitimè assignato, Citatº verò primò & secundò non comparens, octo scotorum pœnam luat, tertiò verò non comparens causam amittat cum pœna. Quod si actor in primo termino non comparuerit, causa cadat cum pœna septem marcarum.

Nescio qui erant isti Officiales quos hic Woźne vocat, apparet enim eos quidpiam magis potuisse quam Ministeriales quos hodie Woźne vocamus, ea tamẽ lex per nouum processum est correcta.

Idem ibidem. Cum ob graue. Debiti magni solutio, in octodecem septimanis decernatur. Totidem temporis concedi debet ijs, qui sunt extra Regnum si sunt citandi. L 37 P 518. HL 71 HP 525.

Iag. Crac. 1423. Peruersa consuet. Terminus per infirmitatem olim quater differebatur. Primò & secundò per allegationem simplicis infirmitatis, Tertiò per allegationem veræ infirmitatis, iuramento comprobandæ, absq; tamen Sacerdotis testimonio, quartò itidem veræ infirmitatis diuturnitate, si eam citatum habere contigerit, per certũ Nuncium alleganda, sub amissione causæ. L 42 P 639 HL 281 HP 412

Et hoc abrogatum est nouo processu.

Cas. Rores. 1451 Item decernimus. Idem Nieß. 1454 Huiusmodi autem Idem Nieß. 1454 Item Statuimus. Repositiones termini seu dilationes, aliẽ non concedantur, nisi vera infirmitate & pro maiori. L 88. 94 P 639. HL. 281 HP 413.

Controuersiæ in Iudicijs, ante directam responsionem excitentur, post responsionem non audiantur, sed decernantur in causa. L 94 P 651. HL 281 HP 496

Existimo eas controuersias de accessorijs intelligi debere.

Conf. Cra. 1505. Item statuimus. Iudex Terrestris ad tertios terminos, Castrensis verò ad sedecem septimanas deliberationem expediat, partes autem interrogationi non intersint. L 121 P 654. HL 77 HP 498.

Abrogatum hoc est postea, de quo infrà sequenti titulo de processu iuris nouo.

Conf. Cra. 1505. Item aliquis. Malum Procuratorium producens in Iudicio Terrestri, trium marcarum, in Castrensi, sex scotorum pœna mulctetur. L 121. P 226. HL 208 HP 445

Tactus

Ibidem Cum aliquis. Tactus in Iudicio, & recedens, in lucro condemnetur, si verò pro pœna tactus fuerit, aliam pœnam trium marcarum succumbet, parti & iudicio, pro qua ibidem in lucro condemnetur. L 221 P 55. HL 40 HP 29.

Idem ibidem. Item si aliquem. Citatus cum coadiutoribus, si non dicet in tempore se coadiutores sui similes, & dissimiles non intercedere, & interea ab actore præuentus fuerit, luat pœnam à quolibet coadiutore sibi simili, tres marcas, dissimili sex scotos tàm Terrestri quàm Castrensi Iudicio. L 122 P 616. HL 47 HP 458.

Et hæc lex iam in vsu non est, imò nona lege de complicibus cautum est, de quo infra Parte 4. de Homicidijs.

Conf. Crac. 1505. Item dum actor. Actore sese ad comprobandum trahente, reo verò simpliciter negante, proprior est actor ad probandum, sed si reus sese quoq; ad euasionem trahit, euadat, exceptis causis, in quibus ex præscripto iuris, actori cedit probatio. L 122 P 651. HL 5. HP 495.

Ibidem. Item in terminis. Actores in fine Iudiciorum sunt condemnandi, alioquin condemnatio nulla. L 122 P 642 HL 55 HP 497.

Ibidem Item si aliquis. Qui sese obligat terminum non differre, talis eum simplici infirmitate differre non potest, vera tamen potest. L 122 HL 281. HP 414.

Ibidem Simplici. Simplici rescripto nihil probatur in Iudicio, nisi fuerit obligatum, vel nisi ipsa Acta adferantur. L 122 HP 405.

Ibidem Concitatus. Concitatus ad satisfaciendum, ostendat lucrum iniustè esse obtentum, vel quod aliud nomen erat in citatione positum, aliud in concitatione. Quod vbi probauerit reus, actor amittit pro quo citauerat. L 122.

Conf. Crac. 1505 Si impossessionatus Impossessionati coram Iudicio Castrensi respondeant, si verò apud possessionatum arestati fuerint, coram Capitaneo constituantur, alioquin pro illis respondeat, apud quem sunt arestati. Si arestari non poterint, citationes cõtra illos in Parochia ponantur, citra damnum possessoris. L 122 P 221. HL 113 HP 360.

Ibidem Item aliquis. Actor si causam suam, siue post pœnam contumaciæ, siue post terminum lapsum, non reuiuificat infra annum L 122 P 650. HL 4 HP 495.

annum & ſex ſeptimanas, amittit id pro quo citauerat, excepta terminorum ſuſpenſione, ſi quæ ex iuſta cauſa acciderit.

Ibidem. Item ſi quis. Citationem ſuper Citationem, ſi quis pro vna re poſuerit, luita pœna trium marcarum, parti & Iudicio totidem, vnam deſerat. L 122 P 622. HL 45 HP 463

Ibidem. Item ſi quis. Renuncians proprio diſtrictui, illic reſpondeat, vbi ſe reſponſurum inſcripſit, ſuper quo ſi perlucra obtenta fuerint, Capitaneus loci illa exequatur. L 123 P 605. HL 222 HP 449

Idem ibidem. Item ſi aliquis. Si quis aduerſarium in Iudicio prouocat pro corylo, prouocatus optionem habet, vtrum velit paciſci, pro tribus marcis, vel pro ſex ſcotis, ſiue pro nihilo. L 123 P 651. HL 69 HP 496.

Hæc lex noua proceſſu antiquata eſſe videtur, & in vſu apud nos eſſe deſijt.

Ibidem Item homini. Homini poſſeſsionato, pecunia in Iudicio non areſtetur, niſi minorem poſſeſsionem habeat, quàm pecunia de qua agitur, tunc enim fideiuſſores dare debebit. L 123 P 513. HL 11 HP 523.

Ibidem Item dum aliquis. Citato propter malam citationem petente decerni & euaſionem & pœnam, pœna duntaxat eſt decernenda. L 124 HL 55.

Ibidem Item cum aliquis Debitor, ſi in debito non inſcripto, offert intromiſsionem in bona, creditor eam accipere tenetur, quod ſi inſcriptione tali oblationi renunciauit, non aliter creditor intromiſsionem oblatam accipiat, niſi luita per debitorem pœna ter trium marcarum, qua pœna ſoluta creditor intromiſsionem accipiat. L 124 P 519. HL 71 HP 525.

Ibidem Item dum aliquis. Dilationem pro maiori impetrans, niſi literis autenticis probauerit, ſe pro illa die alibi habuiſſe actionem maioris importantię, cauſam perdet. L 124.

Ibidem Item dum aliquis. Iniuſtè condemnatus, condemnationem areſtare debet, & reſtituto actori memoriali, ad cauſam admittatur, quod ſi renuerit actor, & hoc nomine citatus fuerit, pœnam luet trium marcarũ, & condemnationem delebit. Sed ſi citatus condemnationem non areſtauit, tunc condemnans id faciet, ſine pœna. Lt 24 P 642. HL 54 HP 496.

Sig. Pet. 1511 Item ad abollen. Captiones omnes ex defectu literæ, aut dictionis, vel pœnæ nomine à coadiutoribus inferri ſolitæ abrogantur. S 20.32 P 617. HL 199 HP. 458.

CAPVT

CAPVT XI.

De Proceſſu Iudicij nouo.

Sig. Pet. 1511 Quod ad diuerſitat. PRoceſſus Iudiciarius per Commiſſarios corrigatur, & ad vnam formulam certam redigatur, ad Terras ſingulas mittatur, & tandem in Conuentu proponatur & approbetur.

Formula proceſſus noui.

Sig. Pet. 1523 In primis igitur. PRimum in Citatione ſufficiat ponere de titulo Regis, Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, &c. & non plus. S 32 P 616 HL 199 HP 457.

Idem Ibidem Item quod Deinde, vt Citatio ſit ſigillo Terreſtri illius diſtrictus munita.

Idem ibidem. Item ut in ea. In qua nomen actoris, & res, pro qua citatur reus, diſertè exprimatur.

Idem Ibidem vbi autem. Quam ſi non intellexerit reus, tenetur actor iudicialiter declarare propoſitionem ſuam.

Idem Ibidem. Et ſi quis. Quod ſi quis in citatione, omiſerit nomen Actoris, vel Rei, aut ſi citatio ſigilli adulterini ſit ſuſpecta, actor ſoluta ſex Scotorum pœna parti, & Iudicio totidem, poterit ex eadem citatione proponere. Omnes autem aliæ pœnæ acceſſoriæ abrogantur.

Sig. Pet. 1523 Debebit autem. Iudex ante prolationem ſententiæ, à partibus inquirat, an aliquid habeant, quod cauſæ illorum ſeruiat, integrumq; ſit partibus, omnia ad cauſam ſuam neceſſaria, ante ſententiæ prolationem inferre. S 32 P 652 HL 240 HP 394

Idem Ibidem Et proteſtationes Proteſtationes quoque memorialium captioſæ abrogantur, memorialia verò, tantum à decreto principali ſoluantur. Liceat verò vtriq; parti omnia ad cauſam neceſſaria allegare ante ſententiæ prolationem. S 32 P 673 HL 199 HP 459

Sig.Pet.1523. Debet autem.

Miniſterialis, propter mortem ſuam, cum vno Nobili, in perſona actoris miſſo, citationem ponere debet, vel in Curia Citati, vel apud Vladarium, Kmethonem, aut hortulanum, poſitionem tamen publicet, vel villanis notificet. S 32 P 628. HL 158 HP 459

Idem ibidem. In villis verò.

In villis verò deſertis, ſi poſſeſsionatæ deſunt, citatio in lignum reciſum, Terræ infigatur, & in villa vicinori, vel in Parochia publicetur, præcedat tamen citatio terminum, vna ſeptimana. S 32 P 628. HL 199 HP 459

Idem Ibidem. Citatus.

Citatus, ſi pœnam Contumaciæ euadere vult, poterit differre terminum ſimplici infirmitate. S 33 P 637. HL 199 HP 460

Idem ibidem. Item ſecundum.

Secundum terminum poteſt citatus differre vera infirmitate, idque per Nuncium Nobilem, in illo diſtrictu poſſeſsionatum. Iurare tamen in proximis terminis debet citatus, quod tunc verè infirmabatur, cum duobus ſibi ſimilibus compurgatoribus. S 33 P 640. HL 282 HP. 460

Idem ibidem. Si verò citatus.

Poſt repoſitionem termini vera infirmitate, ſi reus condemnatur in lucro, & poſtea in termino concitationis comparet, negatq; ſe repoſitionem illam commiſiſſe, debet id mettertius iuramento comprobare. Præſtito verò iuramento, ibidem in inſtanti, ſuper citationem actoris reſpondeat. Quod ſi vel non iurauerit, vel in termino iuramenti ſeſe abſentauerit, ſuccumbet. S 33 P 640. HL 200 HP 460

Idem ibidem. Vlteriores.

Vlteriores dilationes eiuſdem infirmitatis, omninò abrogantur.

Praxis.

Sub genus infirmitatis, referuntur etiam & aliquando in Iudicijs admittuntur, legalia impedimenta, vt ſunt aquarum tempeſtates, fracturæ pontium, peſtis, funus domeſticum, inſultus latronum, carcer publicus vel priuatus, & alia huiuſmodi, quæ impedire ſolent, quominùs quis ſeſe ad iudicium pro termino aſsignato ſiſtat, modo id legitimè probetur. P 640.

Idem ibidem. Item volumus.

Actori quoq; idem permittendum eſt, præter ſimplicem infirmitatem, nam huic ſemper terminus eſt perem, ptorius. Dilatio tamen ad munimenta ei negari nō debet. S 33 P 640. HL 200 HP 460

Sig. Pet. 1523. Volumus autem.

Ad iudicium, liceat etiam pro maxima ſumma citare, neq; citatus magnitudine ſummæ, ſeſe excuſare poteſt, quo minùs reſpondeat, cum liceat cuique appellare. S 33 P 587. HL 128 HP 461.

Citatus

Sig.Pet.1523. Et Citatus.

Citatus ſi in termino ſecundo non comparuerit, in lucro condemnetur, & citatio in condemnationem inferatur. S 33 P 642. HL 200 HP 461

Idem ibidem. Poſt hæc debebit.

Tandem reus concitatur, ad ſatisfaciendum pro condemnatis. In quo termino ſi non comparuerit concitatus, Actor contrà eum aſtitionē termini faciet, ibidemq; ex eadem aſtitione, obtinebit damna, iuxta æſtimationem ſuam, ſine iuramento quæ cum ſumma principali coniungentur. Ibidem actori addatur Miniſterialis, ad intromittendum eum in bona iureuicti, tàm in ſumma, quàm in pœnis, damniſq;, & datis literis perlucrorum actori, cauſa remittetur ad loci Capitaneum. S 34 P 665. HL 200 HP 461.

Liceat tamen citato, in termino concitatorio comparere, & actorem ſuper damna iurantem audire, quæ ille minuere quidem poterit, augere non poterit.

Quod ſi concitatus negat, ſe de ſui citatione ſciuiſſe, Caſu quo Miniſterialis actori ad teſtificandum deeſſet, negans iuret, quod illi citatio ad notitiam non deuenit, & nihilominùs, mox ibidem reſpondeat, quod ſi poſtulauerit ab actore citationem, tenebitur eam illi communicare.

Sig.Pet. 1523. Si verò citatus.

Si verò citatus perſonaliter, ſiue in primo, ſiue in ſecundo termino comparens, reſponderit, & ſatisfacere iuſſus temerè diſceſſerit, ex tunc cōdemnari debet in pœna quatuordecem marcarum, in qua pœna Miniſterialis addendus eſt, ad intromittendum actorem in bona iureuicti, tàm in ſumma & damnis, quàm in pœna prædicta. S 34 P 664. HL 200. HP 462.

Reliquum eius proceſſus, qui ad exequutionem rei iudicatæ pertinet, habes infrà ſub titulo de re iudicata.

Sig. Per decretum Crac. 1537.

Pœna duorum boum, quæ olim pro contumacia recipi ſolebat abrogatur, quandoquidem in vſu nunquam fuit. P 637 HL 62.

Sig. Crac. 1543.

Semel tantum Iudex deliberet, poſt deliberationem verò factam, nullas controuerſias audiat. Statutum quoq; de inferendis allegationibus, ante ſententiæ prolationem P 654 HL 77. HP 498.

intelligi debet, quod id facere integrum est antequam Iudex deliberet.

Sig.Pet. 1523. Idem motu proprio. Motu proprio olim Iudex, causas inter partes differebat. S 43 P 654. HL 231 HP 498

Sig. Cra.1543. Repositio. Sed iam suspensiones & prorogationes causarum, non nisi ex partium consensu fiunt. Alioquin, si Iudex generaliter omnes causas & terminos distulerit, Nuncij illum accusare debent, & priuationem eius vrgere. Quod si vnam causam tantum distulit, pars iniuriam passa id faciat. Ibidem.

Hæc tamen lex annalis est.

Sig. Crac.1543. Cum iam super. Pars quælibet, potest ad consultandum cum amicis recedere, interea verò aliæ causæ audiantur. Procuratore qui vult careat. Controuersiæ ita suscipiantur, vt vltra propositionem, responsionem, replicam, duplicam, triplicam, quadruplicam non extendantur, præsertim in causis facilioribus, Controuersiæ autem, decreta, & inscriptiones, si quis ita mauult, Polonicè scribãtur, Iudex quoque à partibus ante sententiæ prolationem perquirat, vtrum adhuc aliquid habeant, quod causæ illorum seruiat. P 651.

Lex Annalis.

Aug. Lub.1569. Petrum tes. Praxis. Controuersias infra triduum Procuratores adferant, alioquin non suscipiantur. Cuo

Terminus pro non administrata iustitia, primus est peremptorius, alioquin in secundo termino, cum pœna trium marcarum reus illam ministrabit. P 638.

Praxis. Duobus actoribus, nemo respondere tenetur, pro vna eademq; re, donec inter se experiantur vel conueniant. P 622 HL 5.

Praxis. Actor tamen terminum amittens, non obstante nouo emergente actore, potest meliori citatione, causam suam renouare, eamq; continuare, non obstante intercepto re actionis. P 622. HL. 5.

Hæc consuetudo cum illa superiori de duobus diuersis actoribus conferenda & vix non concilianda est, ne sint sibi contrariæ.

Si ci-

Praxis. Si citatus metu pœnarum, vadij vel damnorum, det aut faciat, quod dandum aut faciendum est, hoc illi cum pœna trium marcarum, facere sit integrum, decerni tamẽ debet satisfactio in quindena, & in defectu satisfactionis, terminus debet conseruari. P 653.

Praxis. Veniente actione aliqua in Iudicium, si citatus antequã terminus aduenerit moriatur, Actor tenetur infra annum & sex septimanas, adcitatione successorum causam reuificare, quod nisi fecerit, eam perdet. Idem de actoris morte, & de pluribus actoribus, pluribusque reis censendum est. Mortuo enim aduersario quocunque, debet causa adcitatione per eum cuius interest innouari, neque eam debet prosequi absque adcitatione, alioquin cum laruis certabitur. P 621 HL 5.

Sig.Cra. 1588. O przypo- swiech. Mortuo tamen Rege vel Iudice adcitationes reuificatoriæ necessariæ non sunt, tàm in Terrestri iure quàm in Ciuili. C. 57.

Praxis. Si quis ab aduersario, in decisa priori lite, nouam iniuriam nouamúe violentiam passus est, liceat ei pro ea, ex noua citatione proponere, neque id oberit priori actioni. In citatione tamen addendum est, eam iniuriam stante priori lite factam esse. P 622. HL. 45.

Praxis. Actiones finium regundorum, & redemptionis bonorum, condemnatione & euasione non sistuntur. P 664. HL. 3.

Sig. Crac 1588. O Inoßentiu. Si quis super bonis, quæ alter possidet, processum continuet, possessor pro deportatione citationis iure agat ante anni & sex septimanarum decursum, nisi quis de processu nesciuerit, quod tamen per iuramentum probandũ est, saluo iure sexus & ætatis, quoad præscriptiones. C. 38.

Sig. Crac. 1588. Aresty. Aresta à condemnatis, eadem die, ad horam vigesimã tertiam suscipiantur, excepta vltima die Iudiciorum, ab aresto autem Nobilis vnum grossum soluat. C. 58.

Plura quæ ad Iudicij processum pertinent, habes suis locis, & præsertim infra de exceptionibus, & dilationibus, de actis, Procuratoribus, foro competenti, &c.

CA-

CAPVT XII.

De exceptionibus & dilationibus.

Cas. Wil. 1368. Contingit etiam.

NOminatio mandantis, non habet locum in criminalibus, etiam si quis specialiter eo nomine sit Priuilegiatus. L 13 P 647. HL 90 HP 493.

Idem ibidem In hæreditarijs.

In hæditarijs verò actionibus, si euictor forum declinauerit, nec citatum interceſſerit, citatus cauſam amittit. L 13 P 648. HL 91 H 494.

Idem ibidem Cum aliquis.

Abſentia cohæredis, si reus ſeſe excuſet, in eminenti vel publico loco abſens clametur, & terminus ei præfigatur, tandem ad ſententiam diffinitiuam procedatur. L 14 P 648. HL 3 HP 494.

Idem ibidem. Statuimus. Idem ibidem Quotieſcunq.

In cauſis criminalibus, abſente actore non iudicetur. L 37 P 647. HL 4 HP 492.

Euictorem in cauſis iniuriarum ſtatuens, liberatur, tamen niſi Euictor ſatisfec erit, ipſe reſpondeat. L 38 P 648. HL 90 HP 494

Conſ. Crac. 1505. Item cum aliquis.

Reus ne reſpondeat, niſi viſo Miniſteriali, quem si actor in promptu non habeat, poterit dilationem impetrare ad ſtatuendum eum, ad proximos terminos. L 121 P 628. HL 158 HP 467

Ibidem. Si alicui. Sig. Cra. 1543. Miniſterialis.

Relatio tamen eius, etiam ex alio diſtrictu allata, vim habet recognitionis perſonalis. L 123 P 628. HL 158 HP 467.

Conſ. Cra. 1505. Si aliquis.

Litem inſtitutá, si actor infrà vnum annum, & ſex ſeptimanas, proſequutus non fuerit, amittit eam perpetuò, niſi Iudicia vacent. L 122 P 650. HL 4 HP 495.

Ibidem. Item si aliquis.

Si citatio ſuper citationem importata ſit, non reſpondeat citatus, niſi actor cum pœna alteram deſerat. L 122 P 622. HL 45 HP 462.

Sig. Cra. 1543. Ad effugien.

Contra inſcriptiones, exceptionibus & dilationibus locus non eſt, niſi dilationi ad producendam quietationem, ad proximos terminos. P 524 HL 117.

Lex Annalis.

Si ap-

Praxis.

Si appareat ex munimentis, reum poſſe habere euictorem, petenti detur dilatio, ad conueniendum eum, ad terminos per terminos, qui niſi in termino compareat, onuſque cauſæ in ſe ſuſcipiat, in reum eſt actio dirigenda. Si verò compareat, & onus cauſæ ſuſcipiat, actor tamen principalem non obmittat, in quantum in euictore defecerit. P 648 HL 91.

Praxis.

Audita propoſitione, reus poteſt (quod & actori licet) viſionem petere, ad quam additur Miniſterialis, & in proximis terminis, in cauſa proceditur. Si oſtenſa fuerit iniuria in fundo dubiæ proprietatis, ſuſpendatur iniuriarum actio ad diſlimitationem. Poſt viſionem citatio oppugnari non poteſt, ſi diſcrepet oſtenſio loci iniuriæ, à citatione, actor cauſam amittit. Non comparens in termino viſionis, cadit ab actione, violans verò aduerſarium in viſione, punitur ac ſi Iudicium violaſſet, Actor quoque ſi in viſione non oſtendit, quod oſtenſurus erat, cauſam perdit. P 647.

Sig. Crac. 1588. O Bilac ta ch.

Dilatio viſionis, in cauſis ſimplicium iniuriarum & proprij laboris, ampliùs non concedatur, niſi in cauſis hæreditarijs, fundum tangentibus, in quibus viſionis ſecuritas Iudicij obſeruari debet, & partes non maiori comitatu eam peragant, quàm decem perſonarum, ſub pœna dupli quatuordecem marcarum. C 58.

Dilatio quoque ad munimenta ſimplícia in cauſis ſimplicium iniuriarum, cædis, & ſanguínis, concedi non debet, niſi ad munimenta ſpecificata, cauſam perimentia, ſi ea pars aliqua vti velit.

Praxis.

Kmetho pro retibus, vel alijs rebus in fundo controuerſo acceptis agere non poteſt, quia eſt actio hæreditaria. P 623. HL 145.

CA-

CAPVT XIII.

De Actis & ſuſpicieñ. recognitionibus.

Iag. Crac. 1423. Et quia Barones. Caſ. Nieſs. 1454. Item Statuimus.

LIber actorum Terreſtrium ſeruetur ſub tribus clauibus, quarum vna ſit penes Iudicem, altera pênes Subiudicem, Tertia Penes Notarium, Terreſtres. Peracto verò Iudicio in loco Iudicij tribus diebus cuiuis pateant. L 45. 94. SC. 3 P 586. HL 6. HP. 433.

Iag. Crac. 1423. Decernimus.

Poſitio illorum publicetur, & etiam ſub Comitijs celebretur. L 45. HL. 6.

Caſ. Nieſs. 1454. Item Statuimus.

Vnus ſit liber actorum, in quolibet diſtrictu, in quẽ decreta inſcribantur, vt ſimiles cauſæ, ſimilibus decretis decidantur. L 93. P 586. HL 6. HP 434.

Alb. Pet. 1496. Item Statuimus.

Inſcriptiones, quibus bonorum Terreſtrium poſſeſsio, ad hominem Plebeum transferenda ſit, non ſuſcipiantur. L 105. P 456. HL 46. HP 302.

Idem ibidem. Item dubia.

Acta Terreſtria & Caſtrenſia, præſcriptiones habeãt iuxta Statuta. L 109. P 587. HL 188. HP 436

Idem ibidem. Verum quia.

Libri actorum Caſtrenſium, vacante Capitaneatu ex illo loco non efferantur, ſed in Prætorio ſub clauibus Palatini, Iudicis, & Capitanei pro tempore exiſtentis ſeruentur. L 109. P 211. HL 6. HP 435.

Idem ibidem. Quoniam autem.

Rex libros antiquos actorum Caſtrenſium conquiret, & ad Prætoria, ſub clauibus Palatini, Iudicis, & Capitanei reponet, qui in terminis Terreſtribus aperiantur, & ex illis reſcripta ſub titulis modernorum Capitaneorum extradantur, Salarij verò nomine, non ampliùs recipiatur, quàm à recentioribus actis exigi ſolet. L 109. P 211. HL 7 HP 435.

Acta

Sig. Cra. 1510. Errores petitos.

Acta Caſtrenſia Maioris Poloniæ, in Prætorio Poſnanienſi ſeruentur, Præteritorum verò Capitaneorũ ſucceſſores, acta antiqua, ante feſtum S. Ioannis Baptiſtę, ibidem conferant, ſub pœna Centum marcarum, quæ ſi ſe habere negauerint, per iuramentum euadant, de quo inquiſitionem faciat modernus Capitaneus Maioris Poloniæ generalis. S. 11 P 212. HL 7. HP 436.

Idem ibidem. Ambiguitates.

Inſcriptiones in bonis Regijs ita intelligi debent, vt ſpecies adiuncta generi deroget, & omnis obligatio ad ſpeciem referatur, vbi autem ſpecialis mentio facta non eſt de Teloneo, de curru bellico, de exactione duorum groſſorum, de ſtatione, de iurepatronatus, iuri Regio reſeruantur. Inſcriptiones tamen generales omnia complectuntur. S 15. P 388. HL 26. HP 68.

Sig. Pet. 1519. Iudex cum Subiudice.

Iudices & Subiudices videant, vt Notarij inſcriptiones diligenter actis inſcribant, quod & parti attendere liceat. S 23. P 671. HL 121 HP 395.

Sig. Pet. 1523 Notandum.

Iudices in recognoſcentibus conſiderent ætatem, diſcretionem & ſanitatem. S 44. P 585. HL 221. HP 509.

Sig. Pet. 1538. Ad præcludeu.

Literæ ex actis deſcriptæ, non aliter fidem faciant, quã in originali productæ. S b3. P 587. HL 152.

Sig. Cra. 1539. Multas & magnas.

Neque ad acta aliter ſuſcipiantur, quàm actis aliquibus antea inſertæ. P 534. HL 150. HP 272.

Sig. Pet. 1518. Quoniam magnæ

Libris Cancellariæ, quoad bona, nihil probatur. S b3. P 202. HL 31. HP 195.

Idem ibidem 1538. Cæterum. Quod ſi aliquis. Verum vbi.

In libros Cancellariæ, Notarij iurati inſcribant Priuilegia, Decreta, Recognitiones & alia. Quod ſi quis literas amiſerit, aliæ ex actis eidem dentur, ſuſpectæ verò, producentis iuramento declarentur. S b3. P 202. 203. HL 31. HP. 196.

Idem ibidem. Liberum erit.

Literas Commiſſariales ſuper limites, liberum ſit vnicuique in Acta Cancellariæ inſerere, & exindè deſcriptas accipere, ſoluta vna ſexagena. S b2. P 391. HL 152. HP. 77.

Idem ibidem. Priuilegia.

Priuilegia publica & priuãta, non in alium ſenſum interpretentur, quàm in ſe ſonant. S c1. P 388. HL 26. HP 69.

Sig. Crac. 1543. Termini Terreſt.

Poſitio actorum, etiam ſub Conuentu celebretur. P 52. HL 6.

Lex Annalis.

Aug. Pet. 1550. Zębieg6iąc.

Ad ægrotos nulli officiales mittent, causa inscriptionis aut recognitionis, nisi Rex. p. 585. HL. 8. C. 4.

Aug. Petr. 1565. Chowánie. Rzecz.

Libri actorum Terrestrium Terræ Gostinensis, in testudine sub tribus clauibus seruentur. HP. 434. C. 57.

Idem ibidem. Wrzecánie Oryginału.

In Terra Gostinensi, inscriptionum originales literæ, inducentibus restituantur. HP. 407. C. 57.

Aug. Lub. 1569. Js Rzeczi.

Acta antiqua Lancicienſia transcribantur, seruentur tamen. C. 111.

Proceres 1573. Inscriptiones.

Inscriptiones sub interregno factæ firmæ. C. 120.

Steph. Cra. 1576. Cancell. Lomzè.

Cancellaria Lomzensis muro extruatur, locum verò eidem Reuisores deligant. C. 166.

Idem Wars. 1578 Cancell. Lomzen.

Tandem idem locus datur perpetuò cum libertatibus iuris communis, ad quas etiam domus Iudicialis Lomzensis pertineat. C. 191.

Idem Wars. 1581. Bapisy Bielskie.

Inscriptiones Bielscenses tàm Terrestes quàm Castrenses approbantur. C. 216.

Idem ibidem Przenieśienie.

Transportationes Inscriptionum in Acta Terrestria per Podlachiam etiam in absentia recognoscentis factæ approbantur. C. 216.

Sig. Crac. 1588. Grod Ciechánowskí.

Acta Castrensia Ciechanouiensia perpetua sint, instar Actorum Maioris Poloniæ, officium verò Castrense, ab inscriptionibus vno grosso cum dimidio sit contentum, memorialis nomine, ab extractu verò duobus grosis, Notarius quoq; Terrestris, vel ipse semper præsens Actis Castrensibus adsit, vel Vicenotarium iuratum & ibidem possessionatum habeat. C. 53.

Idem ibidem. Nowosćine.

In Terris Nurensi, Ostrouiensi, & Camenecensi in Masouia, actiones more antiquo celebrentur, acta & inscriptiones Surrogati per Regem defunctum, in locum Philipouij dati, approbantur. C. 53.

Idem ibidem. Acta Grodzkie Mistic.

Acta Castrensia Wisnensia, quæ post mortem Regis Stephani, ad Coronationē vsq; Sigismundi tertij, tàm ea quæ tempore Pauli Kozakovvski Surrogati, quàm ea quæ tempore Ioannis Rakovvski eiusque subdelegati, scripta sunt, approbantur. C. 54.

Acta

Idem ibidem. Acta Grodzkie.

Acta Terrestria Chęcinensia, in Ecclesia Chęcinensi, cum consensu Episcopi Cracouiensis seruentur. C. 59.

Idem ibidem. Trybunalskich

Acta Tribunalis Regni, & Terrestria Lublinensia, in Monasterio Sancti Stanislai Lublini seruentur, ratione loci autem, singulis annis eidem Monasterio decem marcas dent Teloneorum Præfecti, ex Teloneis Lublinensibus, ad festum Purificationis B. Mariæ Virginis, sub pœna Centum marcarum, Iudicio Tribunalis Regni repetenda. C. 59.

Sig. Wars. 1589. Mniszy.

Teloneator verò, quietatione Monasterij contentus sit; quæ in Thesauri rationibus accipiatur. C. 41.

Idem ibidem. Leżenie.

Positio actorum Terrestrium Cracouiensium, in qua iuramentum Notarius præstitit approbatur, in posterū tamen Notarij, & alij officiales Terrestres, non in positione, sed in terminis iurent iuxta Statuta. C. 18.

Idem ibidem Acta Grodzkie.

Acta Castrensia Cracouiensia, perpetua sint, instar actorum Maioris Poloniæ. Notarij verò iurati sint & possessionati. C. 19.

Idem ibidem. Gwity.

Quietationes coram actis Castrensibus quibusuis recognitæ, eiusdem roboris esse debent, sicut Terrestres perpetuis temporibus. C. 20.

Idem ibidem. Plác.

Pro Nurensi Cancellaria extruenda, conceditur area in Ostrovvia. C. 24.

Sig. Crac. 1589. Przełożenie.

Acta Castrensia Warssouiensia & Czernensia perpetua sint. C. 23.

Idem ibidem. Grod wieczny

Acta Castrensia, Rozanensia & Makouiensia perpetua sint. C. 23.

Idem ibidem. Acta Grodzkie.

Et Ciechanouiensia. C. 19.

Sig. 3. Wars. 1590. Grody.

Acta Castrensia in toto Palatinatu Sandomirienſi perpetua sunto. Notarij tamen iurati sint & possessionati, & vigorem suum incipiant in sex septimanis post Conuētum anni præsentis. C. 28.

Sig. 3. Wars. 1590. Grody.

Acta Castrensia Zakroczimensia, Liuensia, & Zembrouiensia perpetua sint, sed Vicecapitanei & Vicenotarij iurati sint & possessionati, sub pœna Centum Marcarum. C. 36.

Sig. 3. Warſ. 1593. Grod wieczny

Acta Caſtrenſia Sochaczouienſia perpetua ſint ſicut in Maiori Polonia. Quod incipere debet quatuor ſeptimanis poſt determinationem Conuentus præſentis. c. 18.

Idem ibidem. Reuizia.

Ad reuiſionem Actorum Terreſtrium & Caſtrenſium Zakroczimenſium deputantur, Capitaneus, Vexillifer, & Dapifer Zakroczimenſis,& Valentinus Zlotopolski. c. 21.

Sig. 3. Warſ. 1598. Plác.

Locus pro Cancellaria Terreſtri in arce Czerneſi cõceditur. c. 27.

Idem ibidem. Chowánie.

Pro aſſeruandis actis Terreſtribus & Caſtrenſibus Capitaneus Wiſſegradenſis teſtudinem concedat. c. 27.

Idem ibidem. Cáncellária.

Contributio Terræ Liuenſis pro extruenda Cancellaria Terreſtri laudata, approbatur. c. 28.

Idem ibidem. Grody.

Acta Caſtrenſia Nurenſia, Camenecenſia, Oſtrouienſia, Lomzenſia, & Colnenſia perpetua ſint. c. 28.

Idem ibidem. Cáncellária.

Locus pro extruenda Cancellaria Terreſtri Zembrouienſi conceditur,& ab omnibus oneribus liberatur. c. 28.

Idem ibidem. Cáncellária.

Contributio Terræ Waſſoſſenſis, pro emenda & extruenda domo Cancellariæ Terreſtri approbatur, & domus ab oneribus liberatur. c. 28.

Idem ibidem. Wieczność.

Acta Caſtrenſia Sandecenſia & Bieczenſia, perpetua ſint, inſtar Actorum Caſtrenſium Cracouienſium. c. 29.

Idem ibidem: O Przepiſánia.

Acta Terreſtria Palatinatus Belzenſis antiqua tranſcribantur, & nihilominus aſſeruentur, ad quod Nobilitas duos ex medio ſui, Iudicio Terreſtri addat. c. 40.

Idem ibidem. Reuizia.

Ad reuidenda Acta Caſtrenſia Luceorienſia, propter corrigendos errores certi Commiſſarij deputantur. c. 33.

Idem ibidem. Dwor.

Domus pro Cancellaria Terreſtri in Kolno, in veteri area extruatur, & alia itidem pro manſione Vicecapitanei. Si verò quis eas areas occupauit, in duodecem ſeptimanis deoccupet. c. 41.

Inſcri-

INSCRIPTIONVM VARIÆ FORMÆ.

De forma ac validitate omnium obligationum in genere.

Sig. Crac. 1543. AD effugiendas difficultates, in inſcriptionibus & citationibus (quas vafri homines, & eorum Procuratores, in longum inutiliterq; trahere, ſimplicitatem verò iuris ac iuſtitiam impedire ſolent) conſtituimus: quia inſcriptiones reemptionales, commutatoriæ,donatoriæ, obligatoriæ ad certum tempus, & debitorum in certam diem fieri ſolitæ, bonorum vtendorum inter Coniuges, aduitalitates, & arendarum, aliæq; huiuſmodi obligationes,ſint iuxta formulas ipſarum inſcriptionum, in Statuto conſcriptas: ita vt ſi etiam breuiter in Actis ſcriberẽtur, debent tamen valere. Et hoc ita: vt quilibet, vendendo ſua bona, vel quocunq; modo inſcribendo, aut oppignorando, comparens coram Iudicio recognoſcat: Quia bona ſua, hoc eſt,hanc vel illam villam, vendit huic vel illi Nobili, & ſucceſſoribus eius, hac vel illa pecuniæ ſumma: cum omni iure, proprietate, & dominio: ſicut eandem ſolus habuit: atq; dat realem intromiſsionem perpetuò per Miniſterialem hunc vel hunc, hoc adiecto: (ſicut latiùs in formula Statuti deſcriptum eſt) Quod ſi prædictus venditor, inſcriptor,alienatorúe bonorum haberet vxorem: tunc eam tenebitur cum amicis ſuis adducere: vt cedat; de reformatione dotis & dotalitij ſui, & hanc receſsionem faciet, & recognoſcet, iuxta formulam venditionis, ſuperius in Statuto contentam, cum conſenſu amicorũ ſuorum. Quarum quidem inſcriptionum tuitionẽ ac defenſionẽ, vnicuiq; liberum erit facere, fub da- tit. 117.

ſub damnis terreſtribus, vel ſub vadio: prout ſcilicet inter partes contrahentes fuit conuentum. Contra tales verò inſcriptiones, obligationum & oppignorationum quarumuis, iam nullus locus, nulli hominum, ne Procuratoribus quidem ad dicendum erit reliquus: nec quiſpiam controuerſiam, atq; contradictionem, contra eaſdem inſtituet, ac faciet; ſed duntaxat eiſdem inſcriptionibus ſatisfacere, & eaſdem implere, iuxta obligationem tenebitur, nullam motionem Iudicis faciendo: pro quibuſcunq; tandem debitis inſcripræ, & quacunq; tandem tuitione roboratæ fuerint. Sed neq; vllam dilationem, atq; procraſtinationem debitor habebit, niſi forteſſe coram certo Iudicio demonſtraret, & allegaret quietationem ſui, ratione ſatisfactionis pro eodem debito inſcriptam. In tali enim caſu, ſemel ad futuros terminos beneficio dilationis vti debet. Quam quidem ſatisfactionem & quietationem ſui, tenebitur comprobare in futuris terminis, ex eiſdem actis, ad quæ ſe receperit, ſub amiſsione ſuæ cauſæ.

Inſcriptio cõmutationis bonorũ.

COmparentes perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. hæres de N. ex vna, & Nobilis N. de N. partib⁹ ab altera, ſani mẽte & corpore, cõpoteſq; rationis exiſtẽtes, publicè & per expreſſum recognouerũt: talem inter ſe feciſſe bonorum hæreditariorũ, perpetuam & irreuocabilẽ cõmutationẽ: dantes ſibi inuicẽ bona pro bonis, & terrã pro terra: quod videlicet prædict⁹ N. dedit & cõmutauit bona ſua hæreditaria, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate, cum omni iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario, cum prędicto N. de N. qui ꝑ eiuſdẽ N. hęreditarijs bonis, videlicet villa N. etiã cũ totali ipſi⁹ villæ hæreditate, illi dedit & cõmmutauit bona ſua hæreditaria præfata, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate, cum omni iure, dominio & proprietate, ac

titulo

titulo hæreditario: ita quod præfatus N. prædicta bona videlicet villam N. cum ſuis ſucceſſoribus tenebit, habebit, & hæreditariè poſsidebit: ita latè, longè, circumferentialiterque: prout dicta bona, ſeu hæreditas, præfatæ villæ N. in ſuis metis & limitibus ab antiquo eſt diſtincta, & limitata: cum omnibus ad ipſa bona ſpectantibus, & pertinentijs: nihil excipiendo. Et ſimiliter prædictus N. prædicta bona ſua, videlicet villam N. cum ipſius villæ totali hæreditate: cum omni iure dominio & proprietate, titulóq; hæreditario: & cum legitimis ſuis ſucceſſoribus tenebit, habebit, & hęreditariè poſsidebit: ita latè, longè, circumferentialiterque: prout dicta bona, ſeu hæreditas villæ N. in ſuis metis N. & limitibus ab antiquo eſt diſtincta, & limitata: cum omnibus pertinentijs ad ipſa bona ſpectantibus: nihil excipiendo. Et iam præfati cõmutantes dederunt ſibi inuicem, in præfata bona commutata realem intromiſsionem, & actualẽ poſſeſsionẽ: & debent tenebunturq;, ſe & eorum ſucceſſores, inuicem occaſione præmiſſorum bonorum tueri, defendere, & inuicem ſe eliberare, pacificareq; ab omni impetitione iuridica, ab omnibus perſonis per præſcriptiones Terreſtres: prout ad aliquam perſonam præſcriptio pertinet: ſub damno Terreſtri, toties quoties alteri ipſorum commutantium, vel eorum ſucceſſoribus opus fuerit.

Inſcriptio venditionis bonorum.

COmparẽtes perſonaliter corã Iudicio Nobilis N. hæres de N. ſanus mente & corpore exiſtens, publicè & per expreſſum recognouit: Quia bona ſua hæreditaria, videlicet villã N. cum totali ipſi⁹ villæ hæreditate, & omnibus ad eam pertinentibus, & quouis modo ſpectantib⁹ & prouenientibus, nihil iuris, dominij & proprietatis, & quorumuis vſu fructuũ, prædictus N. in præfatis bonis N. pro ſe & ſuis ſucceſſorib⁹ reſeruãdo, ſeu excipiẽdo, ita latè, & longè, circũferentialiterq;, prout præfatorũ bonorum

villæ

villæ N. hæreditas, se in suis metis & limitibus extendit: Nobili N. de N. pro centum marcis pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, vendidit perpetuè & in æuum: ita prout solus habuit, tenuit, & possedit, nullis exclusis: per præfatum N. & eius successores, cum omni iure, dominio & proprietate, ac titulo hæreditario, perpetuè & in æuum tenenda, possidenda, & ad vsus beneplacitos conuertenda. Et iam ex nunc prædictus N. præfato N. dedit realem intromissionem, & actualem possessionem per Ministerialem Terrestrem N. de N. in prædicta bona videlicet villam N. & eius hæreditatem totalem, & debet prædictus N. & eius successores, præfatum N. cum suis successoribus, occasione præmissorum tueri, euincere, & eliberare, pacificareq; : ab omni impetitione iuridica, ab omnibusq; personis per præscriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam præscriptio pertinet: toties quotiens sibi N. opus fuerit, sub damno Terrestri, nulla re exquisita ipsum euadēdo. Pro quibus damnis seu vadio, &c. vt supra. Et si venditor haberet vxorem: cuius reformatio extenderet se ad talia bona vendita: constituetur per maritum ad Acta: & cum consensu amicorum, ad minus duorum, ex linea paterna consanguineorum, consentiet ad talem inscriptionem: quoad eius reformationem.

Inscriptio census in vim reemptionis alias Na VViderkauff, personis.

COmparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres, mente sanus & corpore, publicè per expressum recognouit: Quia Honorabilibus viris N. de N. &c. Mansionarijs Ecclesiæ Cathedralis Cracouiensis, modernis & pro tempore existentibus, duodecem marcas pecuniæ census annui, pro trecentis marcis pecuniarum, monetæ & numeri Polonicalis, perpetuè & in æuum in vim tamen reemptionis, alias Na Widerkauff vendidit, & in-

& inscripsit: & vendit & inscribit: in & super bonis suis hæreditarijs: videlicet villa N. ac Cmethonibus, tabernatoribus, & alijs quibusuis incolis, præfatæ villæ N. Quas quidem duodecim marcas pecuniarum, prædictus N. & eius successores, tenebitur seu tenebuntur singulis annis, pro festo S. Martini, præfatis Honorabilibus viris Mansionarijs N. & N. modernis & pro tempore existētibus, per proprium nuncium mittere: & ab illis etiam quottannis, post solutionem, quietationem recipere. Et tenebitur, præsentibusq; se obligat præfatus N. cum Cmethonib⁹ eiusdē villæ incolis, ad Acta Spiritualia, Vicarij siue Officialis in Spiritualib⁹ Cracouiensis, pro festo S. Andreæ proximo stare, & se ad solutionem cum præfatis Cmethonib⁹ præfati census annui 12. marcarum, sub censuris Ecclesiasticis obligare. Etiam præfatus N. obligat se & suos successores, occasione præfati census, ab omnib⁹ inscriptionib⁹ prioribus, si quæ sunt, & omni impetitione iuridica, prędictos mansionarios modernos, & pro tēpore existētes tueri, euincere & eliberare: ab omnib⁹ personis: ita quod præfati Mansionarij moderni, & pro tempore existentes, possent pacificè & integrè, quolibet anno prędictum censum duodecim marcarum, sic vt præmissum est percipere, sine quouis impedimento. Quæ omnia superius expressa, & in præsenti inscriptione contenta, præfatus N. tenebitur, & sui successores tenebuntur complere: sub vadio Centum vel N. marcarum, prædictis Mansionarijs, & eorum successoribus soluendo. Pro quo vadio citatus, vel successores eius citati, in primo termino tanquam peremptorio, stare debet, siue debent: nulla re exquisita siue iudiciaria, siue extraiudiciaria illos euadendo, vel terminum differendo: sub amissione suæ causæ: sed in eodem termino tenebitur & tenebūtur prædictos Mansionarios, ab omnibus impedimentis euincere, eliberare: & omnibus in præsenti inscriptione contentis satisfacere. Quod si noluerit, aut neglexerit, vel eius successores neglexerint: extunc in instanti, pro præfato vadio satisfacere tenebitur, siue tenebuntur. Et

satisfaciendo pro præfato vadio, vtiq; omnia contenta in præsenti inscriptione, complere debebit, totiens, quotiens præfati Mansionarij censum præfatum, ad tempus prædictum habere non possent: & illis dedit realem intromissionem, in præfatum censum per Ministerialem Terrestrem N. de N.

Formula donationis perpetuæ.

COmparẽs personaliter coram Iudicio Nobilis N. hæres de N. sanè mente & corpore existens, publicè & per expressum recognouit. Quia bona sua hæreditaria, videlicet villam N. cum totali ipsius villæ hæreditate, ac cum omni iure, dominio, & proprietate, tituloq; hæreditario nec non cum omnibus ad ipsa bona pertinentibus, & quouis modo spectantibus, & vtilitatibus vniuersis, nihil iuris, dominij, & proprietatis, & quorumuis vsufructuum ac vtilitatum in prædictis bonis, pro se & suis successoribus, reseruando, seu excipiendo: ita latè & longè, circumferentialiterq; , prout præfatorum bonorum hæreditas se in suis metis & limitibus extendit: & prout ea solus tenuit, habuit, & possedit: Nobili N. de N. nepoti suo ex fratre germano, dedit, donauit, perpetuè & in æuum, irreuocabiliterq; : per præfatum N. & eius successores, tanquam veros & legitimos hæredes, prædicta bona tenenda, habenda, & perpetuè possidenda, ad vsusq; beneplacitos conuertenda. Et iam prædictus N. prædicto N. ex nunc dedit realem intromissionem, & actualem possessionem, per Ministerialem Terrestrem N. de N. in præfata bona.

Forma obligationis cum traditione possessionis.

Compa-

COmparens personaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres, publicè & per expressum recognouit. Quia Nobili N. de N. bona sua hæreditaria, videlicet villam N. in trecentis marcis pecuniæ bonæ monetę numeri Polonicalis obligauit, inscripsit: & præsenti inscriptione inuadiat, obligat, & inscribit, ad festum Natiuitatis Christi proximè venturum: & à festo Natiuitatis Christi proximo, in defectu exemptionis, & summæ præfatæ solutionis, ad aliud festum Natiuitatis Christi: & sic ab anno ad annum, annis se sequentibus: vsq; ad plenariam & integram præfatæ summæ trecentarum marcarum exolutionem: & prædictorum bonorum N. exemptionem, per ipsum N. de N. prædicta bona N. tenenda, habenda & possidenda: cum omni iure, dominio, & proprietate, modo obligatorio: nihil iuris, dominij, & quorumuis vsufructuum vel vtilitatum, in præfatis bonis N. pro prędicto N. & eius successoribus vsq; ad debitam exequutionem, penitus reseruando seu excipiendo: sed ita latè, & longè, prout solus prædictus N. tenuit, habuit, & possedit. Et iam sibi prædictus N. dedit, & dat exnunc in prędfata bona N. realem intromissionem & actualem possessionem, per Ministerialem Terrestrem N. de N. Et debet tenebiturq; præfatus N. & sui successores tenebūtur ipsum N. & eius successores, occasione prædictorum bonorum, ab omni impetitione Iuridica, & quibusuis inscriptionibus & iuribus prioribus tueri, defendere, euincere, & eliberare: totiens quotiens sibi aut eius successoribus opus fuerit: vsque ad exemptionem bonorum prædictorum. Nec debet prædictus N. & eius successores, prædicto N. & eius successoribus, in præfatis bonis obligatis iniuriari: aut quouis modo pacificam possessionem præpedire: sub vadio aliarum trecentarum marcarum: pro quo vadio si se citari permiserit, aut successores permiserint: in primo termino, tanquam peremptorio, parere tenebitur & tenebuntur. Et in illo termino intercedere, euincere, eliberare: iniuriamq; per se, vel per submissas personas, in præfatis bonis, illatam resar-

cire. Quod ſi in præfato termino intercedere, euincere, eliberare, damnumque reſarcire noluerit, aut neglexerit: extunc pro præfato vadio ſatisfacere tenebitur, in eodem termino, nulla re exquiſita, nec colore excogitato: nec iudicialiter neq; extraiudicialiter, abrenunciando omnibus iuris remedijs, & dilationibus: nulliſque euaſionibus, modis, vel cautelis, Terminum præfatum differendo: nec quouis modo ipſum N. vel eius ſucceſſores euadendo. Quod vadium, debet conuerti, in ſummam eſſentialem, ſine corporali iuramento: nec poterit quicquam in auxilium ſibi contra ipſum N. & eius ſucceſſores accipere, ſub amiſsione ſuæ cauſæ: videlicet ſolutionis præfati vadij: quo ſoluto: vtiq; Inſcriptioni præſenti & in ea contentis ſatisfacere: totiens, quotiens ſibi N. & eius ſucceſſoribus opus fuerit.

Inſcriptio inſcribendi debiti ad certum diem obligati.

COmparens perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. publicè & per expreſſum recognouit: Quia Nobili N. de N. Centum marcas pecuniarum certi & liquidi debiti, ſiue mutuatæ pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, tenetur, præſentibus obligatur, hinc ad feſtum Natiuitatis Chriſti proximè venturum, ſoluere & complere. Caſu quo non ſoluerit, aut ſoluere neglexerit: extunc in craſtino eiuſdem feſti Natiuitatis Chriſti proximè venturi, debebit, tenebitur, præſentibuſq; ſe obligat, ſibi N. dare realem intromiſsionem & pacificam poſſeſsionem, in villam ſuam hæreditariam, ſiue obligatoriam dictam N. per Miniſterialem quemcunque ſibi præfatus N. elegerit: etiam ſine alicuius additione officij. Et data ſibi intromiſsione, & pacifica poſſeſsione, debet & tenebitur ipſum tueri, & defendere, & eliberare: ita quod præfata bona, pacificè, & quietè ab omni impetitione Iuridica, quarumcunq; perſonarum poſſet tenere & poſsidere:

dere: quæ tenebit, habebit, poſsidebit, modo obligatorio, in præfatis Centum marcis, à præfato feſto Natiuitatis Chriſti: vel potius ab acceptione poſſeſsionis, ad aliud feſtum Natiuitatis Domini proximè venturum: & à feſto Natiuitatis Chriſti proximè venturo, ad aliud, annis ſe ſequentibus, vſque ad plenariam ſolutionem prædictarum Centum marcarum: cum omni iure, dominio, & proprietate: ac cum omnibus vtilitatib⁹ ex eiſdem bonis, ſeu villa prædicta, prouenientibus: nihil excipiendo. Et tenebitur dictus N. præfatum N. occaſione præmiſſorum tueri, defendere, & eliberare, ſub vadio aliarum Centum marcarum. Quod ſi tueri, & defendere, & eliberare noluerit, aut neglexerit: vel in præfatis bonis, per ſe, vel ſubmiſſas perſonas, quouis modo iniuriatus fuerit: & ſe occaſione præmiſſorum, pro præfato vadio citari permiſerit: vel ſui ſucceſſores permiſerint: extunc in primo termino parere tenebitur, & tenebuntur: & in illo termino tueri, euincere, eliberare, bonaque præfata pacificare, ab omnibus perſonis, prout ad aliquam perſonam præſcriptio pertinet. Quod ſi in præfato termino præmiſſa non fecerit, ſeu facere neglexerit: aut iniuriam ſi quam intulerit, reſarcire nollet: extunc in eodem termino, pro præfato vadio, ſatisfacere tenebitur, & tenebuntur: nulla exquiſita, nec colore excogitato: neque iudicialiter neque extraiudicialiter, terminum præfatum differendo: neque quouis modo ipſum vel eius ſucceſſores pro præfato vadio euadendo: quod vadium debet conuerti in ſummam eſſentialem, ſiue principalem, ſine corporali iuramento, nec quicquam ſibi contra ipſum aut eius ſucceſſores, recipiendo, ſub amiſsione ſuæ cauſæ. Nihilominus ſoluto vadio, præſenti obligationi, & in ea contentis, ſatisfacere eidem N. & ſucceſſoribus eius tenebitur: totiens, quotiens ſibi & ſuis ſucceſſoribus opus fuerit.

Inſcriptio locationis & conductionis ſeu Arendæ.

COmparens perſonaliter coram Iudicio Nobilis N. de N. hæres ſiue Tenutarius, publicè & per expreſſum recognouit: Quia bona ſua hæreditaria ſiue obligatoria, videlicet villam N. Nobili N. de N. pro decem marcis pecuniæ, bonæ monetæ, & numeri Polonicalis arendauit, ad tres duntaxat annos, à feſto Natiuitatis CHRIſti proximo, continuè ſe ſequentes: quas decem marcas, præfatus N. prædicto N. tenebitur ſoluere ad quodlibet feſtum Natiuitatis Chriſti, ſeorſum in loco N. Et præfatus N. tenebitur præfatum N. quietare, ad Acta Caſtrēſia diſtrictus illius: & ſic quolibet anno vſque ad expirationem præfatæ arendę. Quæ quidem bona prędata, videlicet villam N. prędictus N. arendator tenebit, poſsidebit: illiſque vtifruetur, vigore præfatę arendę: & nullo alio iure: cum omni iure, dominio, omnibuſque vſufructibus, ad prædicta bona quoquo modo ſpectantibus: & vtilitatibus ex illis prouenientib⁹: vſque ad decurſum trium annorum, à receptione poſſeſsionis, vel potius ad certum tempus prout ſupra. Et iam præfatus N. dedit ſibi arendatori, realem poſſeſsionem in præfata bona: tenebiturque ipſum tueri, protegere, in præfatis bonis arendatis, ab omni impetitione Iuridica, vſque ad expirationem prędatę arendę, ſub damno Terreſtri. Et hic idem ſtans præfatus arendator N. etiam recognouit ſe arendaſſe prædicta bona, apud prędatum N. iuxta continentiam præſentis inſcriptionis. Quæ bona recognouit, non alio genere tantummodo iure arendę prędictę, ſe tenere & poſsidere.

Inſcriptio inter Coniuges ad tempora vitæ.

Compa-

COmparentes perſonaliter coram Iudicio Nobiles N. de N. & N. de N. Coniuges, ſani mente & corpore exiſtentes, & vſi amicorum conſilio, publicè & per expreſſum recognouerunt: quia omnium bonorum ſuorum hæreditariorum, & obligatoriorum, mobilium & immobilium quæ nunc habent, & in poſt habebunt, inuicem & mutuò conceſſerunt ſibi vſufructum, ad tempora vitæ: Tali videlicet modo: quod ſi præfatum N. priuſquam prædictam N. mori contigerit, extunc ipſa N. bona omnia tàm mobilia quàm immobilia prædicti N. obtinebit & poſsidebit: cum omni iure, dominio, & proprietate, nihil excipiendo illiſq; vti fruetur, ad tempora duntaxat vitæ ſuæ. Poſt mortem verò prædictæ N. bona præfata tàm mobilia, quàm immobilia, totaliter, pleno iure, ad ſucceſſores prædicti N. deuoluentur: ſine quouis impedimento, & contradictione ſucceſſorum præfatæ N. Et ſimiliter ſi contigerit prædictam N. prius mori quàm ipſum N. extunc præfatus N. bona omnia tàm mobilia quàm immobilia præfatæ N. obtinebit, & poſsidebit: cum omni iure, dominio, & proprietate: & omnibus eorundem bonorum pertinentibus: illiſq; vti fruetur ad tempora vitæ duntaxat ſuæ. Poſt mortem verò prædicti N. bona præfata quæcunq; ipſam N. concernebant, ad ſucceſſores prædictæ N. totaliter deuoluentur, ſine quouis impedimento, & contradictione ſucceſſorum præfati N.

Inſcriptio verò ceſsionis hæc eſt.

COmparēs perſonaliter corā Iudicio præſenti Nobilis A. de B. ſpontè, publicè, ac expreſsè recognouit: quia de omni iure ſuo ac inſcriptionib⁹ ſuis perpetuis (vel obligatorijs in Actis quicūq; cōtentis, à quibuſcunq; perſonis, quacunq; ex cauſa, in & ſuper bonis) habitis, vna cum tuitione in eodem iure, ac inſcriptionib⁹ contenta, latius in ſe ca-

se canente, nihil iuris, dominij, & proprietaris, ac vsuum fructuum, ex eisdem iuribus ac bonis prædictis, sibi & suis successoribus relinquendo, sed prout ea solus habuit, tenuit, & possedit Nobili D. E. & eius successoribus cessit; prout iam ex nunc cedit, & resignat: aliaq; omnia ipsius iuris ac inscriptionum suarum beneficia, bonorũq; dominium, ac vtilitates vniuersas, in eundem D. & eius successores trãsfudit, perpetuo & in æuum. Et iam ipse A. eidem D. dat realem intromissionem, & actualem possessionem, tàm in hoc ipsum ius seu Inscriptiones, quàm in bona prædicta per Ministerialem Terrestrem, quemcunq; iam ex nunc de iure additum, ad intromittendum in præfata bona C. vigore ipsius iuris cessi, ac inscriptionum originalium, tenenda, habenda, & vtifruenda, perpetuò ac in æuum (vel alioqui vsq; ad exemptionem eius vel successoribus ipsius realiter faciendam.)

CAPVT XIIII.

De Procuratoribus.

Cas. Wis. 1368. Vt dominarum. MVlieres in hospitio Procuratorem constituere possunt, præsente Nuncio Iudicis, & aduersario. L. 10. P. 595. HL. 207. HP. 444.

Idem ibidem. Quia cuilibet. Qui vult Procuratore vtatur. L. 10. P. 594. HL 207. HP 443

Cas. Nicß. 1454. Si quis verò. Ignaris & egentibus Procurator detur. L. 94. P. 594. HL 207 HP 443

Sig. Crac. 1543. Omnis. Causam suam agat qui vult, quem à captionibus defendat Iudex. P. 595. HL. 207.

Lex annalis.

Sine

Cas. Wis. 1368. Præterea. Sine certo Actore nemo agat, neq; procuret: sub pœna trium marcarum. L. 14. P. 596. HL. 4. HP. 444.

Iag. Crac. 1423. De terminis. Camerarij causas ne procurent nisi proprias. L. 45. P. 595. HL. 30. HP 444

Aug. Pet. 1550. Pizeſtrzegáce toc. Neq; Notarij, neq; Vicenotarij, apud suum Iudicium in quo officio funguntur. P. 595. HL. 170. HP. 407. C. 4.

Sig. Petr. 1538. Petitionibus. Neq; Spirituales, nisi causas proprias. S. b 4. P. 595. HL. 208. HP 444

Conſ. Crac. 1505. Item aliquis. Insufficiens mandatarius, punitur in Iudicio Terrestri, trium marcarum, in Castrensi sex scotorum pœna. L. 121. P. 597. HL 208. HP 445

Sig. Petr. 1511. Item ne prædicti. Procuratorium mandatum tribus grossis venit. L. 16. P. 596. HL 208. HP. 444

Idem ibidem. Item antiquum. Procurator siue sit possessionatus, siue non, modo habeat mandatum, potest in Iudicijs comparere, omniaq; agere, quæ ad principalem pertinent, citare, appellare, modo inscriptiones non faciat, neq; quietet, nec pecunias tollat, absq; principali. S. 18. P. 599. HL. 209. HP. 446.

Sig. per decretum. Crac. 1539. Procuratores, in citationib⁹ verba criminalia non ponant, sub pœna sessionis Turris, vnius septimanæ. P. 48. HL. 38. HP. 25.

Sig. Crac. 1538. Quia impunitus. Procurator & quiuis alius, falsam inscriptionem procurans, punitur pœna inuasionis domus, conuictus. S. c 3. P. 597. HL. 93. HP. 445

Sig. Crac. 1543. Procuratores. Procuratores sint iurati, quod iniustas causas non sint suscepturi, æstimationes in citationib⁹ moderatè ponant, imò immoderata taxa puniatur pœna inordinata citationis. Rebellis Procurator ad Regem remittatur, inobedienti officio interdicatur, exceptis ijs qui iure amicitiæ ducti, causas agunt. P. 598. HL. 208.

Lex annalis.

Aug. Petr. 1548. Edictum. Procurator ex Regestro ad causas vocatus, præsto sit, causas non extrahat, si verò principalem condemnari patiatur, ibidem atq; seruus Domino respondeat, etiam si sit possessionatus. P. 598. HL. 208. HP. 445.

Aug. Lub. 1569. Wtym też Procuratores infra triduum cõtrouersias suas reddant, alioquin Iudex eas accipere non tenebitur. C. 110.

CAPVT XV.

De foro competenti.

Cas. Wisl. 1368. Cum actor.

RE conuentioni in Regno Poloniæ non est locus, sed Actor sequatur forum Rei. L. 23. P. 605. HL. 4. HP. 448

Idem ibidem. Statuimus.

Contra suum Priuilegium nemo citetur, alioquin sexagenam quam ille à productione Priuilegij Iudici dederit, illi restituat, aut iuret se nescisse quod fuerit Priuilegiatus. L. 24. P. 605. HL. 199. HP. 448

Bodzanta. 1369. Præterea volumus

Ad Iudicium Spirituale nemo vocetur, nisi in causa Spirituali, vel Spirituali annexa vel de debito pro decimis. P. 57. P. 602. HL. 91. HP. 447.

Alb. Pet. 1496. Ad iudicia.

Euocator pœna sex marcarum puniatur, & nihilominus forum Rei sequatur. L. 97. P. 605. HL. 91. HP. 449

Alex. Rad. 1505. Quamuis.

Spirituales, causas sæculares non iudicent. L. 117. P. 602. HL. 91. HP. 447

Conf. Crac. 1505. Item si quis.

Qui verò se responsurum in aliquo Iudicio inscripsit, ibidem respondeat. L. 123. P. 605. HL. 222. HP. 449

Praxis.

Hæredes tamen obligati, neq; extra districtum euocari, neq; peremptoriè condemnari possunt, nisi antecessor viuens, ad aliquod Iudicium ad inscriptionem citatus fuerit. P. 638.

Conf. Crac. 1505. Si impossessionatus.

Impossessionati, coram Iudicio Castrensi respondeant, quomodo autem arestantur habes supra Cap. 8. L. 122. P. 221. HL. 113. HP. 360

Sig. Pet. 1511. Item Statuimus. Aug. Pet. 1550. Acz to iuz.

Præter Regiam & officij causam, (quæ districtum non habet) nemo alium de districtu euocet, sub pœna quatuordecem marcarum. S. 18. P. 605. HL. 91. HP. 449. C. 4.

Sig. Crac. 1510. Concordiam. Sig. Pet. 1519. Vt ordo. Sig. Cra. 1532. Prospicientes.

Sæcularis si Sæcularem ad Iudicium Spirituale euocauerit, pœna viginti octo marcarum plectatur, cuius medietas fisco, alia parti debetur, Iudicio Castrensi repetenda. Pœna verò contra Spirituales euocantes, in Synodo erat S. 11. 21. 61. P. 603. HL. 91. HP. 447.

erat constituenda, Genera quoq; causarum Spiritualium, conscripturi erant iurium correctores.

Hæc omnia compositione steterunt suspensa.

Aug. Wars. 1557 Naprzod zá biegáiąc.

Instigator neq; ad sui instantiam, neq; ex delatione quenquam citet, nisi pro rebus personæ, bonis, & supereminentiæ Regiæ attributis. Euocans verò contra hoc Statutum, pœnam Centum marcarum luat. HL. 25. HP. 448 C. 6.

Aug. Petr. 1562. O karániu wyśiąp: Idem 1567. Piscat.

Instigator citare non debet nisi eum qui ex prouentibus Regalibus satis non fecerit. C. 14. 75.

Steph. Wars. 1578. Co spodźić máią.

Capitaneus vel tenutarius bonorum Regalium, si in Iudicio Terrestri ratione bonorum quartæ subiectorum, vel antiqua summa obligatorum conueniatur, ad Conuentum causa remitti debet. C. 185.

Rex verò liberè semper bona sua iure recuperet.

Ratione quartæ, & causæ bonorum nullo iure receptorum in Conuentu agatur.

Causæ quoq; Iuris Magdeburgensis & Culmensis, Iudicijs Tribunalis non subiacent.

Sig. Cra. 1588. O Bydle.

Ratione pecoris abacti in officio, non Iudicio Castrēsi, pro damnis vero Iure Terrestri agendum est. C. 39.

Idem ibidem. O epáctwach.

Ratione Abbatiæ, contra iuris præscriptum obtentæ, in Comitijs agendum ad cuiuscunq; instantiam. C. 40.

Idem ibidem. O dobrách.

Ratione bonorum Ecclesiasticorum iniustè alienatorum, Iudicio Terrestri agendum est. C. 41.

Sig. Wars. 1589. Bespieczeństwo.

Pro mercibus in via receptis, Teloneoúe à mercatoribus exacto coram quocunq; officio Castrensi agendum est. C. 25.

Idem ibidem. O Cudzoźiemcach.

In Iudicio Tribunalis conueniri possunt externi in Prussia bona Terrestria possidentes. C. 15.

Sig. Wars. 1589. O Slách chrzeście.

Ementitus Nobilis cõueniri potest in Tribunali inter causas officij. Impossessionat⁹ verò vel Iudicio Castrēsi vel Iudicio Tribunalis indifferenter. C. 18.

CAPVT XVI.

De Citationibus

Casset. 1451. Item volumus.

CItationes falsæ non admittantur, & officiales Iudiciorum in earum autores animaduertant. L. 88. P. 646. HL. 30. HP. 491.

Alex. Rad. 1505. Conformare.

Ad Iudicium Terrestre, citationes sub sigillo Terrestri, ad Castrense verò sub Capitaneali dentur. L. 116. P. 224. HP. 207.

Cons. Crac. 1505. Item si aliquis.

Olim pœnæ etiam à coadiutoribus soluebantur. L. 122. P. 616. HL. 41. 47. HP. 458.

Ibidem. Item dum aliquis.

Et Citationes propter interciſas cauſas viciabant. L. 24. P. 616.

Sig. Petr. 1511. Item ad abolen.

Sed iam omnes hæ captiones, & aliæ pœnæ abrogata sunt, exceptis pœnis post decretum negotij principalis decerni solitis. S. 20. 32. P. 617. HL. 41. HP. 458

Sig. Pet. 1523. Omnes autem.

In concitatione scribatur in fine satisfacturus. L. 124. P. 665. HP. 491.

Cons. Crac. 1505 Itẽ in cõcitatione.

Dec. Sig. 1539.

In citatione verba honorem tangentia non ponantur, sub pœna sessionis turris per octiduum. P. 48. HL. 38. HP. 25.

Cons. Crac. 1505. Item pro data.

Per errorem datæ, tituli, vel proprij nominis, in citatione cõmissum nemo causam perdit, sed pœna luita trium marcarum, denuò citare potest, error tamen abecedarius citationem non viciat. L. 121. P. 646. HL. 45.

Idem ibidem. Item si quis.

Citationem super citationem si quis importauerit, soluta trium marcarum pœna, parti & Iudicio totidem, vnam citationem deserat, ex altera proponat. L. 122. P. 622. HL. 45. HP. 462.

Ibidem. Si impossessionat.

Impossessionatus, qui arestari non potest, citari debet in Parochia. L. 132. P. 221. HL. 113. HP. 360

Sig. Petr. 1523. Item si actor.

Si Actor amiserit citationem, potest sine pœna citare denuò, ad amissam citationem, etiamsi à priori discrepet, modo essentia & taxa conueniant. Quod si eam habuerit a- S. 44. P. 623. HL. 4. HP. 462.

rit acticatam, potest ea liberè vti, nec tenetur originalem exhibere. Si verò citatus amiserit citationem, tenebitur actor illi suam commodare, vt ex ea respondeat, quam post responsionem actori restituat.

Sig. Crac. 1523. Igitur pro consuet.

In citatione sufficiat tituli Regij prima pars, puta: Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ, &c. & Sigillo Terræ illius signata, exprimaturq; nomen actoris, & rei, & eius pro quo reus conuenitur. Actor autem tenetur citato declarare citationem, si eam non intellexerit. S. 32. P. 616. HL. 199. HP. 457

Idem ibidem. Etsi quis.

Insufficienti citationi, sex scotorum mulcta potest subueniri, idq; si nomen actoris, vel rei omissum, vel sigillum adulterinum fuerit. S. 32. P. 616. HL. 199. HP. 457

Sig. Crac. 1539. Crebris.

In citationibus mos scribendi præsertim abrogatur. P. 544.

Sig. Crac. 1540. Cum visum est.

Rege in Maiori Polonia existente, terminus citationis quatuor septimanarum fit, contra incolam Minoris Poloniæ, alioquin duæ septimanæ sufficiunt. P. 49. HL. 39. HP. 26.

Aug. Pet. 1550. Pewny postwarne.

De falsis & calumnioſis citationibus, Iudicium illud coram quo exhibentur cognoscat. P. 646. HL. 30. HP. 492. C. 4.

Consuetudo.

In citatione si quis errat in persona possessoris, luita pœna potest denuò citare. P. 621. HL. 44.

Praxis.

Si quis inchoata lite pro vna iniuria, aliam passus est, potest & pro illa posteriori agere, modo in citatione ponat quod id factum est stante priori citatione. P. 622. HL. 45.

Consuetudo.

Si quis alio quam proprio nomine se triennio vocari passus est, non potest obijcere defectum nominis. P. 622.

Praxis.

Citationem Regiam Cancellatam producens, pœnam trium marcarum luat, licet tamen in termino ex citatione delere quod actor voluerit. P. 48.

Sig. Crac. 1588. O Przypowiech.

Post mortem Regiam, & omnium Iudicum adcitationes non sunt necessariæ, tàm in Terrestri quàm in Ciuili iure, nisi vbi pars litigans moriatur. C. 57.

Idem ibidem. O Commissorach.

Subditi ex villis Regijs, causas suas cum Capitaneorũ assistentia proponant, quæ tamen Ciuibus necessaria non est. C. 26.

FORMVLÆ CITATIONVM.

Citatio pro debito inscripto.

Sig. Pet. 1523. SIgismundus Dei gratia Rex Poloniæ, &c. Tibi Nobili N. hæredi de N. mandamus quatenus in terminis Terrestribus in N. proximè celebrandis, ad instantiam Nobilis N. de N. compareas: qui te citat pro eo: Quia tu non vis sibi soluere centum marcas pecunię certi debiti: quas debuisti sibi soluere ad tempus iam præteritum: & non soluisti: prout de hoc inscriptio in actis Terrestribus N. latius canit: & in totidem ipsum damnificasti iudicialiter responsurus: Datum, &c. S. 50. P. 618. HL. 42. HP. 485

Pro debito non inscripto.

PRo eo: Quia tu non vis sibi soluere Centum marcas pecuniæ, monetæ & numeri Polonicalis, certi debiti quas debuisti sibi soluere ad tempus iam præteritum & non soluisti: & in totidem ipsum damnificasti iudicialiter responsurus.

Pro excisione Gaij, aut Syluæ, aut Mericæ.

PRo eo: Quia tu violẽter excidisti, sibi robora ín Gaijo siue sylua ipsius in hæreditate N. valoris decẽ marcarũ: & in totidem ipsum damnificasti iudicialiter responsurus.

Pro arboribus fructiferis.

PRo eo: Quia tu excidisti sibi violenter decem arbores fructiferas: videlicet N. & N. in hæreditate ipsius villæ N. valoris quinq; marcarum, aut prout Iudicium decernet: & in totidem ipsum damnificasti iudicialiter responsurus.

Pro

Pro vulneribus.

PRo eo: Quia tu fecisti super ipso initium litis & intulisti sibi violenter tria vulnera cruenta & duo liuida: quæ Ministerialis Terrestris N. de N. cum Nobilibus in tempore vidit: quæ vulnera pensat sibi ad quadraginta marcas pecuniæ: vel prout ius decernet: pro quibus vult e conuincere iudicialiter responsurus.

Pro capite occiso.

PRo eo: Quia tu occidisti patrem ipsius Nobilem N. de N. quam occisionem Ministeriali Terrestri N. de N. & Nobilibus obduxit & super te protestat⁹ est: quod caput patris sui præfati pensat sibi ad Centum viginti marcas: & ad pœnam carceris: aut prout Iudicium decernet, & vult e pro eodem conuincere iudicialiter responsurus.

Pro propinquitate.

PRo eo: Quia tu possedisti & tenes propinquitatem ipsius, videlicet villam N. & eius hæreditatẽ ad quam ipse est propinquior quam tu post Nobilem olim N. patruum suum germanum: quæ bona præfata æstimat sibi ad ducentas marcas pecuniæ & in totidem ipsum damnificasti iudicialiter responsurus.

Pro diuisione.

PRo eo: Quia tu non vis cum ipso diuidere bona hæreditaria N. quorum medietas ipsum N. concernit: & ipse tecum vult quod sibi pensat ad Centum marcas pecuniæ & totidem damni iudicialiter responsurus.

Pro

Pro redimendis bonis obligatorijs.

CItat te ad recipiendū pecunias quas te in bonis ipſius hæreditarijs videlicet villa N. prætendis habere inſcriptas: & ideò vt ſtares: & inſcriptiones tuas coram Iudicio oſtenderes & pecunias reciperes: ſibiq; tanquam hæredi de bonis ipſius præfatis iudicialiter condeſcenderes. Datum.

Citatio ſupraſcripta poteſt fieri etiam ad actorum poſitionem, non expectata celebratione terminorum: & hoc fiet in arbitrio actoris.

Pro Kmethone profugo ſiue quouis alio ſubdito.

PRO eo: Quia tu non vis ſibi extradere laborioſum N. Cmethonem ipſius de villa N. ad villam tuam N. profugum: quem apud te in villa tua præfata N. areſtauit per Miniſterialem Terreſtrem N. de N. quem ſibi penſat ad decem marcas & totidem damni iudicialiter reſponſurus.

Pro cautione fideiuſſoria.

PRo eo: Quia tu ſibi fideiuſsiſti: pro Nobili N. de N. ſoluere viginti marcas peeuniarum ad temp⁹ iam præteritum: quas viginti marcas: nec ipſe N. principalis: neq; tu tanquam pro eo fideiuſſor ſoluiſtis: pro quibus te citat: & in totidem ipſum damnificaſti: iudicialiter reſponſurus.

Pro receptione fœni & frumentorum.

Pro

PRo eo: Quia tu recepiſti ſibi violenter decem caſſulas fœni in prato ipſius hæreditario villæ N. laboris ipſius: quod fœnum penſat ſibi ad viginti groſſos & totidem damni iudicialiter reſponſurus.

Pro conculcatione & depaſtione frumentorum.

PRo eo: Quia tu immiſiſti de induſtria & violenter familiam tuam cum equis & pecoribus in & ſuper hæreditatem ipſius N. & conculcaſti ſibi frumenta diuerſi generis laboris ipſius: quæ ſibi penſat ad triginta marcas pecuniarum: & totidem damni iudicialiter reſponſurus.

Citatio ad paratam citationē poſt mortem patris: aut cuiuſuis anteceſſoris cui nondum venerat terminus.

QVI te concitat alias przypozyvvą ad paratam citationem Nobilis olim N. patris prædicti Nobilis N. legitimi, qua te præfatus olim N. pater ipſius citauerat, videlicet pro eo.

Et inſeratur citatio patris & taliter concludatur. Et præfata actio concernit prædictum N. tanquam filium legitimum prædicti N. Ideò ad præmiſſa prædicto N. tanquam ſucceſſori iudicialiter reſponſurus.

Dum pater aut filius anteceſſor lite conteſtata ſiue ſcripto termino aut condemnato reo mortuus fuerit.

QVI te concitat alias przypozyvva ad paratam citationem & actionem: & ad paratum terminum. Si terminus eſt translapſus tunc ſcribatur ad translapſum terminū qui ſibi translapſus eſt in termino, &c. Et ad omnes actus iudiciarios Nobilis olim N. patris prædicti N. Et ad eum punctum in quo ceſſauit cauſa morte prędicti Nobilis olim N. patris prędicti N. ad quam actionem ipſe N. eſt propinquior: & eum concernit tanquam filium poſt patrem: prout citatio & proceſſus cauſæ ipſius in actis Terreſtribus N. latius diſponit: videlicet occaſione ſummæ Centum marcarum: Ideo te concitat alias Przypozyvva: ad attentandum ipſum procedi ad vlteriores gradus & proceſſus Iudiciarios. Si nondum erat lis conteſtata concludatur: ad præmiſſa iudicialiter reſponſurus. Sed ſi poſt condemnationem in lucro: vel poſt latam ſententiam: extunc ita concludatur. Ad præmiſſa iudicialiter attentaturus procedi ipſum contra te ad vlteriores gradus.

Citationis translapſæ adcitatio.

QVI te concitat alias przypozyvva ad paratam citationem translapſam: quæ ſibi eſt translapſa in terminis Terreſtribus in N. iam præteritis: qua te citauerat pro eo, &c. Et eo inſeratur citatio, & concludatur, Iudicialiter reſponſurus.

A Kmethone ſiue alio quouis ſubdito.

AD inſtantiam laborioſi N. de N. Cmethonis & ſubditi Nobilis N. de eadem N. hæredis: qui te citat pro eo: Quia tu recepiſti ſibi violéter bouem valoris trium marcarum pecuniæ & ipſum in totidem damnificaſti: iudicialiter reſponſurus: & dominus ipſius præfatus N. ſtat pro pœna ſua trium marcarum, iuxta præfatum N. ſubditum ſuum. Datum.

Granicierum.

QVI te citat ad faciendum granicies ſeu limites inter bona ipſi⁹ N. hæreditaria villæ N. ab vna: & tua etiam hæreditaria villæ N. partibus ab altera: & ad attentandū ſibi N. decerni actoratum vigore præſentis citationis iudicialiter reſponſurus.

Pro non adminiſtratione iuſtitiæ.

PRo eo: Quia tu non vis ſibi iuſtitiam miniſtrare cum laborioſo N. Kmethone & ſubdito tuo de villa tua N. qui ſibi excidit robora diuerſi generis, in Gaio ipſius in hæreditate villæ N. quam non adminiſtrationem iuſtitiæ penſat ſibi ad decem marcas pecuniæ & totidem damni.

Secundæ citationis poſt cōdemnationem in pœna Contumaciæ.

CItat te ſecundò prout te condemnauit in termino primo in terminis Terreſtribus in N. iam præteritis in pœna contumaciæ iuxta ſuam primam citationem, qua te citauit pro eo, &c. Et inſeratur citatio originalis & cōcludatur iudicialiter reſponſurus.

Concitationis alias Przypovviaſtu poſt condemnationem in lucro.

QVI te concitat alias przypovvieſcza ad ſoluendum & ſatisfaciendum pro his omnib⁹ pro quibus te condemnauit ín termino peremptorio in terminis Terreſtribus in N. iam præteritis iuxta ſuam citationem in lucro; pro toto qua te citauerat pro eo, &c. Et inſeratur citatio & concludatur loco reſponſurus: iudicialiter ſatisfacturus.

Citatio ex officio Succamerarij ad campum poſt condemnationem Citati in lucro in Iudicio Terreſtri.

TIbi Nobili N. hæredi de N. mandamus quatenus coram nobis aut Camerario noſtro feria ſecũda poſt feſtum Sancti N. nunc inſtans proxima: in loco campeſtri inter bona hæreditaria Nobilis N. dicta N. & tua etiam hæreditaria dicta N. vbi videlicet præfatus N. actor: nos ſeu noſtrum Camerarium locabit: ad attentandum & videndum ipſum ducere nos ſiue officium noſtrum, ducereq; & ſipare granicies: ſcopulos de terra erigendo: & alia ſigna metalia ſiue granicialia faciendo: attentareſq; & aſpiceres ipſum cum teſtibus præſtare iuramentum, tanquam actorem, ſuper vera & iuſta ductione & ſippatione præfatarum granicierum: prout præfatum actoratũ contra te obtinuit: condemnando te in lucro actoratus, in Iudicio Terreſtri N. in terminis iam præteritis: cum quo actoratu ad nos ſiue noſtrum officium ad campum eſt remiſſus, præmiſſa iudicialiter attentaturus. Datum.

Citatio Caſtrenſis ad querelam.

N. de N. Capitaneus N. Tibi Nobili N. de N. Innoteſcimus Nobilem N. de N. contra te coram nobis in querela depoſuiſſe: quomodo tu ipſum de pacifica poſſeſsione bonorum N. violenter expuliſti & depercuſſiſti: quare vigore Regio & noſtri officij Capitaneatus mandamus: quatenus coram nobis aut officio noſtro Caſtrenſi N. feria ſecunda poſt feſtum N. in Caſtro N. compareas: querelis præfati N. & ad alia protunc tibi obijcienda reſponſurus: Quod ſiue comparueris ſiue non: nos ad ea quæ noſtrum officium ſpectant procedemus. Datum in Caſtro N.

Concitatio alias Przypovviaſt poſt latam ſententiam pro re decreta.

QVI te concitat alias przypovvieſcza ad ſatisfaciendum & ſoluẽdum ſibi Centum marcas per Iudicium Terreſtre N. in terminis Terreſtribus in N. proximè præteritis ſibi ſuper te decretis, & ad attentandum ipſum iurare ſuper damnis exinde ſequutis: ideò vt ſtares & pro præmiſsis omnibus, & pro pœnis ſatisfaceres. Datum.

Citatio à minorennibus adultis contra tutorem.

Praxis. CItat, ſeu citant te, quia tu exiſtens ipſius iure naturali, ſeu inſcriptionis paternæ, aut datiuo tutor, non feciſti ſibi rationem de bonis mobilibus & immobilibus, veſtibus videlicet, auro, argento, pecunia, ſupellectili domeſtica, equis, bobus, vaccis, ouibus, capris, prædijs, &c. poſt olim A. B. patrem ipſius legitimum in tuam tutelam & adminiſtrationem aſſumptis, quorum etiam omnium rerum, publicum & authenticum Inuentarium non feciſti in damnum ipſius actoris, ſeu quondam pupilli P. 619. HL. 43.

pupilli tui. Quæ omnia pensat sibi contra te ad C. D. Marcas pecunię & totidem damni vel prout ius decernet, quæ tibi latius in termino declarabuntur iudicialiter sis responsurus.

Citatio pro redimendis bonis à propinquo venditis.

Praxis. CItat te pro eo: quia tu tenes & possides bona A. B. à Nobili C.D. fratre, vel patruo alioúe propinquo ipsius tibi vendita, ad quam tenendam ille est Iure naturali propinquior quàm tu, ideo vt stares, inscriptiones tuas legitimas ostenderes, pecuniam ab eodem reciperes, & de bonis eisdem ipsi condescéderes, iudicialiter sis respõsurus. Datum. Ibidem.

Citatio pro debito inscripto si vadium obligationi sit appositum.

Praxis. QVI te citat pro eo: Quia tu non attenta tua inscriptione A. B. qua te ipsi C. D. inscripsisti & obligasti cum tuis posteris soluturum, vel ad Acta E. F. repositurum G H. Marcas pecuniæ, ad tempus I. K. proximè præteritum, idq; sub vadio totidem summæ facere debuisti, & non soluisti neq; reposuisti, prout de eo tàm tua Inscriptio, quàm Protestatio ipsius C. D. eo nomine in Actis præfatis facta latius in se testificantur. Propter quod vadium præfatum L. M. in inscriptione contentum eidem succubuisti ad soluendum: pro quo te citat, & prout tibi latius in termino hæc omnia declarabuntur, iudicialiter sis responsurus. P. 620. HL.

Adci-

Adcitatio ad paratam Citationem patris, fratris, vel cuiuscunque antecessoris mortui, cuius citationis terminus nondum venerat.

QVI te concitat alias Przypozyvva ád pãratam citationem Nobilis olim A. patris prædicti Nobilis B. legitimi, qua te præfatus olim A. pater ipsius citauerat videlicet pro eo.

Et inseratur Citatio patris & taliter concludatur. Et præfata actio concernit prædictum B. tanquam filium legitimum prædicti A. ideò ad præmissa prædicto B. tanquá successori iudicialiter responsurus.

Ibidem. Quod si è contrario pars Citata moritur pendente & indecisa causa, actor renetur contra pueros & successores eius Citationẽ & causam per concitationem reuiuificare infra annum & sex hebdomadas. Alioqui si id actor facere neglexerit, causam totam pro qua actio inter eos vertebatur vt supra scriptum est, perdet in perpetuum secundum consuetudinem Terræ antiquam. Ibidem.

Ibidem. Si verò plures fuerint actores & similiter rei in vna citatione: Et si aliquis eorum pendente citatione ex vtraq; parte moreretur, vel plures aut omnes morerentur: extunc actores superstites à se & successoribus defunctorũ participum suorum, vel successores actorum, contra reos etiam viuentes, aut hæredes, & contra successores defunctorum, citationẽ huiusmodi & causam reuiuificare tenentur, totiens quotiens id acciderit, vsque ad finem causæ. Nam si quis moritur in citatione existens, moritur citatio sua & actio, nisi fuerit reuiuificata per Citationem contra hæredes, & successores mortui. Ibidem.

Si au-

Ibidem. Si autem pars habens actionem ad quodcunq; Iudicium pendentem moritur intra terminos, vel eo die quo dicta actio debuit iudicari: extunc pars aduersa siue sit actor, siue reus: non debet prosequi causam huiusmodi propter mortem partis suæ, in eisdem terminis & Iudicio vbi pendebat: nisi præmissa concitatione contra successores mortui iuxta consuetudinem Terræ. Si verò in tali casu attentaret terminum, & causam prosequeretur cõtra defunctum: hoc partem prosequentem non releuabit, quin cum laruis, hoc est, cum mortuis luctari videbitur. Ibidem.

Ibidem. Quandocunq; aliquis citauerit alium pro aliqua re, aut bonis aliquibus, aut debito: & alia pars eundem similiter citauerit pro eadem re, citatus non tenetur, nec debet cogi ad respondendum vtriq; citationi, & Partibus diuersis, donec partes actoreæ de iure suo prius inter se experiãtur: quæ illarum sit propinquior, & maius interesse habeat ad huiusmodi debitum, aut bona, & res alias, pro quibus dictæ citationes vertuntur, & interea citatus pacem habere debet, à prædictis citationibus, aut vtraq; pars Actorea ad vnam Citationem se inscribat, & vnum actorem se contra prædictum Citatum faciat, nec alio modo citatus ad responsionem dictis partibus, & citationibus earum debet compelli. Ibidem.

Ibidem. Quicunq; in tempore à Iure concesso ponit citationẽ in aliquibus bonis contra possessorem pro aliquo debito aut onere in illis bonis inscripto, vel reuocando aliqua bona prædicta propinquitate, credens illum possessorem esse & hæredem prædictorum bonorum: si per hæredem verum, aut per Citatum talis citatio impugnaretur, eo quod actor errauit in proprio nomine veri hæredis: non nocet iuri suo error huiusmodi, etiamsi talis citatio fuerit secunda: quin luendo pœnam solitam propter citationis importationem illicitam poterit causam incœptam citatione alia meliori contra verum hæredẽ illorum bonorum prosequi, & continuare iuxta iuris formam. Ibidem.

Si quis alio nomine seu cognomine quam proprio, quod sibi in Baptismo impositum est, per triennium vocare-

caretur: talis poterit in citationibus scribi isto cognomine, & in testimonium quodcunq; tanquam proprio nomine absq; omni obiectione & iactura causæ.

Forma Citationum ex officio.

Praxis. SIgismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, &c. Dominus & hæres. Tibi A. B. C. nostro D. ex officio tuo C. D. deq; omnibus bonis tuis, mobilibus & immobilibus, vbilibet in Regno nostro habitis & possessis, iuribus aliarum personarum in eisdem nihil nocendo, mandamus: vt Cracouiæ, vel vbi tunc cum Curia nostra feliciter constituti fuerimus, coram nobis, Consiliarijsque nostris, nobis protunc lateri nostro assessuris, feria tertia proxima ad instantiam G. H. legitimè ac personaliter compareas. Citat te pro eo: Quia tu præsidens in loco Officij tui, H. D. à Nobis tibi credito & commisso, in causa iudiciali, inter eundem G. H. actorẽ ex vna, & inter I. K. citatum ex altera, partibus, occasione L. M. mota, latius in se canente, eundem G. H. actorem, circa horam N. O. contra Iuris & Iudiciorũ formulã, nõ expectato scilicet tẽpore debito, quo iuxta Statuti dispositionem, actores euadi debent, neq; etiam prẽmissa solenni vocatione sui per Ministerialem, loco etiam ac forma Iuris incompetenti, in euasione ipsi I. K. cõdemnare: sed neq; arestare eidem ipsam condemnationẽ, motionẽq; ab ea interponere, & in acta scribere permisisti: in magnum grauamen, & præiudicium ipsius, prout de eo acta tua G. D. vel alioqui protestatio ipsius G. H. coram Ministeriali Terrestri P. Q. & Nobilibus multis facta, & in recẽti coram actis R. S. latius vereq; recognita, canunt & testificantur. Quam iniuriam pensat sibi contra te, ad T. V. marcas pecuniarum, numeri & monetæ Polonicæ, & totidem damni, prout hæc omnia tibi latius, in termino de- HL. 41.

clarabuntur. Iudicialiter sis responsurus. Datum X. feria V. proxima, Anno Domini.

Cum verò Magistratus citatur.

Praxis. SImilisq; citatio ipsius Magistratus fieri solet ab reo: si è contrario Iudex, præter tempus, locum, ac solennitates iuris, illum condemnari in lucro permitteret, vel alioqui si causam suam, ad forum de iure communi non pertinentem, exceptione ipsius rei non obstante, iudicaret: aliquidúe aliud in officio sedens, contra iuris præscriptum, & bonos mores, contra alterutram partem faceret: Exceptiones videlicet allegationes, motiones, protestationesúe facere, aut scribere prohibiret: secusúe quàm factæ auditæq; fuerant, scriberet: & alia huiusmodi, abusus sui officij autoritate, præter iuris præscriptum & æquitatem designaret. *Ibidem.*

Farrago Citationum Regiarum ad instantiam Instigatoris Regij seu Fisci Procuratorum.

Praxis. CItat te: quia tu postpostpositio boni Ciuis, & fidelis subditi officio, hoc vel illud, in & contra personam Nostram Regiam dixisti: vel (quod absit) machinatus es: per quod hanc vel illam pœnam Statuti commeruisti: prout tibi in termino latius declarabitur, vel prout hoc aut illo Nobili occiso, pœnam carceris nobis & Reipub. debitam, non sustinuisti: Iudicia, Commissarios, Conuentus, vel Legatos nostros violasti: bonis Fisci, his vel his, hoc vel illud damnum intulisti: ex illisúe pecunias à nobis tolli solitas exactiones censuum de bonis nostris, vel pen- *Ibidem.*

vel pensionem retinuisti: sal præter prohibitionem nostram publicam, huc vel illuc intulisti: mare nostrum Pyratis armasti: res ad littus eiectas occupasti: flumina nauigabilia impediuisti: vias nostras insedisti, coarctasti, intercluisisti, inundasti, deterioraſti, auertisti: equireas vel boues, extra Regnum, præter publicum decretum, egisti: vectigalia, & telonea noua instituisti: ex commissoq; ad nos deuoluta, vi accepisti: moneram falsam cudisti: vel intulisti has vel illas pœnas, ex iudicato nobis & fisco nostro prouenientes, non soluisti: vel ob crimen peculatus, famosorum libellorum, vel ob aliud facinus, incurristi: Virginem, Viduam, vel Vxorem huius vel illius, rapuisti & violasti: literas publicæ fidei, huic vel illi per nos datas, missas, Conuentus, belliúe denunciatiuas, retinuisti & accepisti: fidem sponsione obligatam fregisti: collecto exercitu, castrum huius vel illius, hostiliter, turbandoq; pacem Regni publicã expugnasti: vel illum ad hostem Regni, præterúe decretum Comitiorum, extra Regnum eduxisti: statione profugisti. Consilia tibi credita, tormenta, arma, pixidarium puluerem, exercitum, castraúe, aut oppida nostra hostibus prodidisti in publica expeditione, vel stipendio accepto non meruisti, & id genus alia.

CAPVT XVII.

De Ministerialibus.

Cas. Wis. 1368. *Quoniam.* *Sig. Petr. 1523.* *Debet autem.*

OLim Ministerialis tangẽdo portam & clamando citabat. *L. 12. P. 627. HL. 157. HP. 486.*

Iam verò Ministerialis, cum vno Nobili, ponat citationẽ, in Curia rei, vel apud Aduocatũ, Kmethonem, aut Hortulanum. *S. 32. P. 628. HL. 158. HP. 459.*

Ibidem. In villis verò.

In desertis verò villis, citatio in lignum recisum posita terræ infigatur. Ibidem. HL. 199 P. 628. HP. 459

Cas. Wit. 1368. Flebili querela.

Ministerialis irrequisito Iudice neminem citet, sub pœna priuationis & adustionis. L. 12. P. 626. HL. 157. HP. 465

Idem ibidem. Possibilitas.

Iudex non nisi per Ministerialem citet, nisi sit recens crimen. L. 13. P. 626. HL. 157. HP. 458

Idem ibidem. Consuetudine.

Ministerialis ab inspecto occiso, vno grosso sit contentus, exuuias verò ne tollat. L. 23. P. 280. HL. 156. HP. 255.

Idem ibidem. Item vbi Curiæ.

Ministeriales Palatini instituant, & iudicent, & propter illorum iniurias, pœnas exigant. L. 32. P. 625. HL. 157. HP 464

Idem ibidem. Statuimus.

Ministerialis à testibus quatuor scotos, à pœna trium marcarum bouem, pro furto verò pignorans, bouem mediocrem recipiat. L. 37. P. 629. HL. 158. HP. 468

Abrogatum hoc est.

Idem ibidem. Item si officialet.

Ministerialis, si aliter iuramentum prædixerit, atque debuit, priuatione perpetua puniatur. L. 32. P. 629. HL. 158. HP. 468

Idem ibidem. Decernimus.

Ministerialem ad citandum, vt Rex, ita & Palatinus, & Capitaneus, & Iudex, & Subiudex, & Officialis dare potest. L. 37. P. 53. HL. 39. HP. 207

Conf. Crac 1505. Item cum aliquis.

Reus respondere non tenetur, nisi viso Ministeriali. L. 121. P. 628. HL. 158. HP. 467

Ibidem. Si alicui. Sig. Crac. 1543. Relatio Ministerialis.

Relatio tamen eius, ex alio districtu allata, vim habet, personalis recognitionis. L. 123. P. 628. HL. 156. HP. 467

Lex annalis.

Conf. Crac. 1505 Item dum Actor. Sig. Petr. 1523. Debet autem.

Ministeriali cum quid protestatur, duo Nobiles adsint, quando verò citationem ponit, vnus Nobilis sufficit. L. 123. P. 629. HL. 158. HP. 459 467. S. 32.

Steph. Crac. 1576 O Woźnych.

Ministerialium relationes suscipiantur sub pœna Centum marcarum. Ministerialis verò respondeat coram Rege, vel coram Iudicio vltimæ instantiæ, vbi peremptoriè sese iustificent. C. 162.

Steph. Vars. 1578. Woźnych bespie.

Ministerialem dum officio suo fungitur, si quis occiderit, vulnerauerit, vel percusserit, pœna violationis Iudiciorum puniatur. Ministeriales verò respondeant coram Palatino loci illius, vbi excesserint. C. 190.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De Inhibitionibus.

Cas. Korez. 1451 Item decernimus.

NEque Rex inhibitiones det, nisi in causis eorum qui in bello sunt, vel negotia publica gerunt. L. 88. P. 606. HL. 115. HP. 450

Cas. Nieś. 1454 Item pollicemur.

Inhibitiones etiam à Rege impetratæ, nullæ sint neq; audiantur. L. 93. P. 606. HL. 115. HP. 450.

Alb Petr. 1496. Item viam.

Spirituales Iudicia Sæcularia inhibitionibus non turbent, nisi causa sit Spiritualis. L. 108. P. 606. HL. 114. HP. 450

Idem ibidem. Cancellarij autem Sig. Crac. 1532. De inhibitionibus Sig. Petr. 1538. Volumus. Aug. Petr. 1550. Oświo inhibicicy.

Cancellaria inhibitiones ne det, censentur enim pro literis iuri contrarijs. S. b 2. P. 606. L. 113. HL. 115. HP. 451.

Qui literas inhibitorias produxerit, vel Iudex qui eis paruerit, pœna quatuordecem marcarum puniatur. Exceptis causis seruitijs Reipub. vel bello occupatorum, quæ tamen non nisi ad vnius anni decursum, literis specialibus Regijs suspendantur. S. a 5. P. 607. HL. 114. HP. 1 C. 3.

Plura de Inhibitionibus militaribus habes infra Parte 5. Cap. 1.

CAPVT XIX.

De probationib⁹ & trāsactionibus.

Cas. Wisl. 1568. Per experientiam

TEsti producto, si excommunicatio obijciatur, producens verò alios non habeat, debet ab eo qui excommunicauit, peti absolutio, ad actum illum, quam si ille temerè denegauerit, deponantur testimonia citra præiudicium causæ. L. 17. P. 657. HL. 283. HP. 439.

Idem ibidem. Conradus. In probatione bonorum venditorum, conſanguinei admittuntur ad teſtimonium. L. 18. P. 501. HL. 284. HP. 499

Conſ. Crac. 1505. Item dum actor. Reo ſeſe ad euaſionem non trahente, actor ad probationem, ſi ſe ad eam trahit admittatur, vbi verò vterq; ſeſe trahit, alter ad probandum alter ad euadendum, reus propior eſt vt euadat, exceptis cauſis quibus probatio actorem ſequitur. L. 122. P. 651. HL. 5. HP. 496.

Idem ibidem. Item ſimplici. Simplici reſcripto nihil probatur, niſi ſit ſub ſigillo, vel niſi ipſa Acta adferantur. L. 122. HL. 24.

Praxis. Qui non probat, id quod ſe fuiſſe probaturum obtulit, cauſa cadit. P. 658. HL. 37.

Ex Priuil. tag. in Iedl. 1423. Lite pendente, ſi quis concordiam tentauerit, ab omnibus pœnis abſoluitur. L. 52. P. 242. HL. 150.

Praxis. Arbitris & compoſitoribus, tranſactionem in Iudicio recognoſcentibus abſq; iuramento fides adhibeatur, præſertim vbi iudicialiter dati ſunt. Si verò extraiudicialiter accepti ſunt, pars autem aliqua tranſactionem negat, arbitri audiri debent, & iurare inſtar aliorum teſtium, præſertim vbi vadium non eſt appoſitum, tunc enim Actor ſeu allegans tranſactionem illam probat arbitris ſuis & teſtibus, eorumq; iuramento, ad quod teſtimonium etiam conſanguinei admittuntur. P. 659.

De literarum probationibus habes plura ſupra Parte ſecunda Cap. 14 de Contractibus.

CAPVT XX.

De Appellationibus.

Kaſ. Wisl. 1368. Petrus agebat. Sententia à qua appellatum non eſt tranſit in rem iudicatam. L. 20. P. 668. HL. 10. HP. 501

Idem ibidem. Cum aliquis. A ſententiæ redargutione Caſtellano Cracouienſi Pelliceus Hermelinus, Sandomirienſi & Lublinenſi & cuilibet Palatino Muſtellinus, Iudici Cracouienſi & Sandomirienſi Mardurinus, Subiudici Vulpinus, Succamerario, ſex mar- L. 28. P. 670. HL. 240. HP. 503.

ſex Marcæ: Camerario ſex ſcoti, Iudici Caſtellani media marca, Notario Terreſtri pelliceus vulpinus, reliquis Caſtellanis & Iudicialibus ſex ſcoti, debentur.

Abrogatum hoc eſt.

Item ibidem. Cum in cauſarum. Appellare cuilibet liceat, appellationem tamen proſequens, tres marcas Iudici ante omnia numeret, quas illi Iudex (ſi retracta ſententia fuerit) reſtituat, cum pœna trium marcarum. S. 32. P. 670. HL. 241. HP. 503.

Idem ibidem. Statuim⁹ inſuper. In præſentia Regis vel Baronum, Iudex de malè iudicato redargutus, conuinci debet ſex teſtibus, ſibi ſimilibus, redarguens tamen non audiatur, donec eidem tres marcas, vel pelles mardurinas dederit. L. 32. P. 670. HL. 126. HP. 505.

Idem ibidem. Similiter. Subiudicis ſententiam redarguens, tres fertones, vel tres pelles vulpinas, eidem det, Iudici verò Caſtellani tres pelles agnellinæ debentur. L. 32. P. 671. HL. 241.

Caſ. Korcz. 1451 Item ſi quis. Iudex motus illam duntaxat cauſam in qua motio interceſſit, non iudicet, ſed alias omnes iudicet. L. 87. P. 670. HL. 126. HP. 504

Sig. Petr. 1519. Iudices Terreſtres Retractatio ſententiæ Iudicem non infamat. S. 24. P. 229. HL. 240. HP. 209.

Sig. Petr. 1523. Item volumus. In proſequutione appellationis, ſi ſententia Iudicis retractatur, appellanti tres marcæ, quæ Iudici debebantur, reſtitui debent. Si verò approbata fuerit, eas Iudex accipiat. S. 37. P. 670. HL. 240. HP. 504.

Idem ibidem. Caſu verò. Olim à Iudice Terreſtri vel Caſtrenſi verbo appellabatur ad Comitia, vel ad terminos generales, abſq; motione Iudicis. S. 37. P. 669. HL. 9. HP. 501.

Sig. Petr. 1538. Quia Iudicum. Deinde verò motio reſtituta eſt ſuo loco cum formula mouendi Iudicis. S. c 2. P. 669. HL. 166. HP. 502

Sig. Petr. 1538. Quia nonnulli. Olim à Iudicio Caſtrẽſi omiſſo Capitaneo ad Conuẽtum, ab officio verò poſt Curiam motio interponebatur. S. b 2. P. 59. HL. 10. HP. 209.

Steph. Varſ. 1578. O Sądziech Trib. Iam verò Iudices Terreſtres & Caſtrenſes mouentur ad Iudicia Tribunalis Regni. C. 184.

Sig. Crac. 1543. Ab acceſſorijs. Aug. Warſ. 1557 Aby tym prȩd. Ab acceſſorijs, quæ amiſsionem cauſæ non ferunt, Iudex non moueatur, in ijs verò quæ cauſam perimunt, ita moueatur, vt appellans in negotio principali in illa inſtãtia, ad quam prouocat, procedere ſit paratus. P. 675. HL. 3. HP. 417. 502. C. 6.

Appellans

Aug. Petr. 1550. Wieczá ſądowy. Praxis.

Appellans in acceſſorio ad Colloquia ibidem in principali procedat. P. 675. HL. 48. HP. 417. C. 3.

Motio non admittitur in cauſis. P. 670. HL. 164.

Iniquè exacti Telonei.

Adminiſtrationis iuſtitiæ.

Redemptionis bonorum obligatorum.

Ad inſcriptionem.

Vltra ea quæ hic de appellationibus habemus, vſum quoq; eum retinemus, quod non admittente Iudice appellationem Miniſteriali proteſtamur, & tandem ad ſuperiorem Iudicem ad quem prouocabamus Iudicem illum pro denegata appellatione, & partem aduerſam ad proſequendam eandē appellationem per literas citationis vocamus, & ita ad proſequutionem appellationis admittimur.

Sig. Crac. 1588. O wykupnie.

Appellationes quæ in cauſis redemptionis bonorum obligatorum interueniunt, non expectato proprio Palatinatu, inter cauſas officij in Iudicijs Tribunalis decidantur. Iis verò quæ ſub tempore Tribunalis interponuntur, terminus ſex ſeptimanarum præfigatur. C. 29.

Idem ibidem. De acceſſorijs.

A decretis in acceſſorijs latis, citati ſoluant, etiamſi contra illos decernatur. Appellationes quoq; in acceſſorijs, quæ tantum terminum aut citationem tangunt, iuxta Conſtitutionem Anni Milleſimi Quingenteſimi Quinquageſimi Septimi, non admittantur, niſi ſit tale quod amiſsionem cauſæ ſapiat. Iudex verò ratione præmiſſorum, pro damnis ex officio non citetur, ſub pœna dupliciquatuordecem marcarum, niſi ad proſequendam appellationem. C. 57.

Sig. Crac. 1588. Proſequutio.

Appellans in acceſſorio, iam reuocare appellationem non poteſt, ſed eam proſequi coram Tribunali, & ibidē in principali procedere tenetur. Dilationes in termino motionis nullæ concedantur, excepta veræ infirmitatis in actione perſonali, ſi ea pars nondum vſa eſt, quæ tamen non C. 58.

men non niſi ad quindenam concedatur, cui ibidem ſatisfieri debet, cum vlteriori cauſæ proceſſu, etiamſi actiones illius Palatinatus determinentur.

Sig. 3. Warſ. 1598. O Kocach.

Pœnæ iudiciales dictæ koce, Succamerarijs, eorumq; Camerarijs, Capitaneis, eorumq; Vicecapitaneis, in cauſis ab eorum officijs deuolutis, in Tribunali reddantur. C. 13.

CAPVT XXI.

De re iudicata eiuſque exequutione.

EXequutio rei iudicatæ ſicut ex proceſſu iudiciario propendet, ita quoq; vix non vno eodemq; Titulo comprahendi deberet. Verum quia hæc apud nos habet ſuos terminos, ſuumq; proceſſum, iure circumſcriptum, ideò ſub ſpeciali titulo eam adnotauimus. Porro ſicut ipſam proceſſus formulam, aliam habemus antiquam, aliam nouam, ita & exequutionis, eamq; talem, vt antiquam Maior, nouam Minor Polonia retineat, quam tamen vtramq; maiori ex parte nobis vſus & conſuetudo interpretatur. Cum itaq; non ipſa Statuta condendi, vel corrigendi, ſed duntaxat Promptuariolum eorum quæ in Statuto continentur comparandi nobis eſſet animus, vtramq; formulam exequutionis hic breuiter perſtringemus, poſteaquam ea quæ ex antiquioribus legibus ad eam rem pertinere videbuntur attigerimus.

Alex. Rad. 1505.

RES iudicata obtinetur aut per ſententiam, & ex partium controuerſia, aut in contumaciam. Per ſententiam itidem dupliciter naſcitur, vel citato perſonaliter præſente, vel abſente quidem ſed per Procuratorem agente. Si Citato præſente ſententia lata eſt, tunc aut in inſtanti ſatisfacit, aut temerè diſcedit, ſi ſatisfacturus eſt faciat id aut per cautionem, aut per obligationē, aut per pignorum traditionē, ſi temerè diſcedit, tunc primum per actorem condemnatur, in pœna trium marca- L. 2. P. 663. HL. 203. HP. 470.

rum, parti & Iudicio totidem, eodem actu condemnabitur quoq; in pœna quatuordecem marcarum Cameræ Regiæ, Ministerialisq; addatur ad pignorandum victum. In alijs terminis Ministerialis recognitione peracta, additur denuò Ministerialis ad intromittendum actorem in bona citati, in perlucris. Si intromissio non admittitur, tunc in alijs terminis causa remittitur, ad Brachium Regale ad loci Capitaneum. Quod si per Procuratorem citatus defensus est, additur terminus concitatorius ad satisfaciendum pro conuictis. In quo termino citatus si comparuerit, debet satisfacere, si temerè discedit, procedi debet contra illum, sicut supra scriptum est, vsque ad remissionem ad brachium Regale.

Cas. Wisl. 1368. Petrus agebat.

Sententia à qua appellatum non est; transit in rem iudicatam, neq; Iudex malè iudicati accusari potest, imò accusato pœna debetur. L. 20. P. 668. HL. 10. HP. 501.

Alex. Rad. 1505 Propter differentias.

Capitanei rem iudicatam exequantur, sub pœna Centum marcarum, si Capitaneatum obligatum habent, sin liberum, priuationis officij. S. 3. P. 241. L. 119. HL. 32. HP. 212.

Sig. Crac. 1507. Vt officiales.

Hæc autem Centum marcarum pœna, antea inter Regem & actorem diuidebatur. S. 36. P. 241. HL. 202. HP. 212.

Sig. Petr. 1523. Quod si aliquis.

Sed iam ea tota actori debetur. S. c 3. P. 241. HP. 213.

Conf. Crac. 1508 Item si quis.

Renuncians proprio districtui, si victus fuerit, illic vbi se responsurum esse obligauit, remitti debet ad Capitaneum loci, in quo domicilium habet victus, pro exequutione rei iudicatæ. L. 123. P. 239. HL. 222. HP. 449.

In Maiori Polonia exequutionis rei iudicatæ Formula hæc est.

Primum

Alex. Rad. 1505

PRimum, posteaquam à Iudicio Ministerialis ad intromittendum in bona iureuicti additus, & in defectu ad missæ intromissionis, causa ad loci Capitaneum remissa fuerit, tunc Capitaneus præsentatis sibi per victorem per lucrorum literis, Ministerialem cum Nobilibus ad bona iureuicti dirigit, qui victorem in bona iureuicti intromittunt, atque obedientiam Kmethonibus indicunt, vadiumq; perlucris correspondens interponunt, eiusq; rei relationem faciunt, hoc autem vadium ad actorem pertinet, non ad officium neq; ad Regem. Hanc possessionē si iureuictus violauerit, citetur ad Iudiciū Castrense, pro vadio, quod ibidem siue compareat victus siue non, debet sine dilationibus decerni. L. 3. P. 243. HL. 214. HP. 218.

Tandem Capitaneus denuò mittit Ministerialem cum Nobilibus ad intromittendum victorem in bona victi, eodem modo quo suprascriptum est, tàm in perlucris, quàm in vadio, dataq; intromissione duplicabitur vadium.

Quod si & hanc intromissionem violauerit, victus iterum citatur, & similiter vadium duplicatum, super illo sine cunctatione decernitur.

Vlterius si victus ex temeritate sua nihil remittit, Capitaneus manu armata contra illum mouetur, atq; victorem potenter intromittit, vadiumq; triplicatum ibidem relinquit, pro quo si opus fuerit ita procedit, sicut & pro superioribus processit. Id tamen facere potest Capitaneus, tàm per se quàm per alium, modo id fiat in præsentia Ministerialis & Nobilium.

In consignanda verò possessione, id obseruabit, vt in singulis decem marcis perlucrorum, tradat vnum laneum possessionatum, de quo vna marca annuatim proueniat, vel in defectu laneorum possessionatorum, & censualium, tantum agri quantum duodecim coretis siliginis, conseminari consueuit. Si verò & agri deficiunt, extunc victus capi debet, & tamdiu detineri donec victori satisfiat.

Hæc omnia Capitaneus circa intromiſsionē primam, ſecundam, & tertiam, ad notitiam victi & Kmethonum deducat, literaſque perlucrorum eis coram Miniſteriali publicet, verbis in Statuto expreſsis, ibidemq; victorem in pace relinquat victo eiecto.

Si verò victus iſtis omnibus non pareret, neq; intromiſsionem admitteret, Capitaneus nullam violentiam in eo, vel ſubditis eius faciat, ſed ipſe victus, cum famulis & coadiutoribus capiatur, atq; pro infami cenſeatur, in corpore iuxta arbitrium Regis puniendus, & detinendus donec victori ſatisfiat.

Quod ſi capi non poterit, tunc citetur pro vltimo vadio, quod ſoli Capitaneo cedere debet, nec non ad vidēdum eum de Regno banniri. Quo bannito complices eius capiantur, quo nomine Rex dabit literas vniuerſales ad officiales vt tales capiant, atq; ſuis Capitaneis tradant. Si autem nulla alia bona habet, tunc per edictum citari debet, ipſe & complices eius. Quod ſi in primo termino (qui peremptorius eſſe, & nullam dilationem habere debet) comparuerit, extunc in vadio ſententietur, bonaque ei recipiantur, & ipſe detineatur. Si verò non comparuerit, tunc proſcribi debet, ipſe & ſui familiares, omneſque alij dantes ei auxilium, conſilium, & fauorem, vel in domibus ſuis eum conſeruantes, qui tanquam proſcripti captiuandi ſunt, & infames pronunciandi, quo nomine Rex literas Vniuerſales dabit, ſicut præmiſſum eſt.

Per minorem verò Poloniam & Terras Ruſſiæ, hæc formula exequutionis rei iudicatę obſeruatur.

Poſte-

Sig. Pet. 1523. in formula proceſſus.

POſteaquam per decretum Iudicij, Miniſterialis ad intromittendum victori additus, cauſaque ad brachium Regale remiſſa fuerit. Tunc victor mittit Miniſterialem cum duobus Nobilibus in bona iureuicti, ad intromittendum victorem in eadem bona, in ſumma iure lucrata, quod ſi iureuictus intromiſsionem eiuſmodi admittit, Miniſterialis relationem eius faciet, & ita poſſeſsionis illius defenſio, iam ad Capitaneum pertinebit. S. 34. P. 248. HL. 200. HP. 220.

Si verò intromiſsionē eiuſmodi victꝰ denegauerit, tum Miniſterialis ex decreto Iudicij additus, coram officio Caſtrenſi, relationem denegatæ intromiſsionis faciat. Tandemque victus literis innoteſcentiæ, ad officium Caſtrenſe citetur. In quo termino ſi victus comparuerit, & metu pœnarum intromiſsionem ſe daturum eſſe obtulerit, extunc loci Capitaneus Miniſterialem addit, & vadia triplicata interponet, ne victus victorem in pacifica poſſeſsione, tàm per ſe quàm per ſubmiſſas perſonas impediat. Si verò nihilominus intromiſsionem non admiſerit victus, tunc Capitanus vadia triplicata ſuper ipſo decernet, & contra victum manu forti & armata mouebitur, eumque de bonis eijciet. Idem faciet ſi victus in termino innoteſcentiæ non comparuerit, quod videlicet victorē cum vadijs triplicatis in bona intromittet, eiuſq; vadij medietas ad Capitaneum, alia verò ad victorem pertinebit. Quapropter Capitaneus, nomine intromiſsonis ab actore nihil exigat.

Si victus eſt adeò fortis, vt per Capitaneum cohiberi non poſsit, tunc ad Iudicem Caſtrenſem citetur, ad banniendum. In quo termino ſi comparuerit, debet ſatisfacere pro vadijs, & officio & parti, & nihilominus poſſeſsionem admittere, ſub eiſdem pœnis. Itidem & complices palam victo patrocinantes, citentur & proſcribantur. Impoſſeſsionati verò per officium Caſtrenſe capiantur, ex Regis arbitrio puniendi.

Quod ſi bannitus bona ſua defenderet, debet vniuerſa Nobilitas Terræ, diſtrictus illius, vnà cum Capitaneo loci

loci moueri, cum apparatu bellico, victumq; bonis eijcere, & repellere. Qui si capi poterit, vita illius sit in gratia Regis, similiter & complicum ipsius, si cum illo capti fuerint.

Sig. Petr. 1523. Similus processus. Idem processus obseruari debet in Iudicio Castrensi in articulis Castrensibus, vbi tamen statim ex termino concitato, astito, additur Ministerialis cum triplicatis vadijs. s. 36. P. 228. HL. 202. HP. 273.

Idem ibidem. Debebit autem. Officium Castrense debet ēsse semper paratum, in recenti crimine, in ministranda iustitia, & in exequutione rei iudicatæ, non expectatis terminis Castrensibus, exceptis diebus solennibus. s. 36. P. 224. HL. 173. HP. 207.

Aug. Petr. 1568 Statut okolo. In causis Spiritualium Capitanei non aliter exequutionem faciant, quàm iuxta Statutum Regis Iagellonis Fol. 50. alias Iudicium nullum erit. HP. 224. C. 15.

Aug. Petr. 1565. o duchownych. Capitanei hoc nomine à Spiritualibus citati absoluuntur. HP. 225. C. 53.

Praxis. Exequutio rei iudicatæ si per triennium & tres menses intermittitur, euanescit. Deniq; si victus bona hæreditaria non habet, sed tantum vsumfructum, exequutio rei iudicatæ, potest in vsumfructum ita extendi, vt ex illo victori satisfiat, citra damnum hæredis. P. 667.

CAPVT XXII.

De Salario & taxa rescriptorum.

Cas. Wisl. 1368. Licet pro redimen. MEmorialis nomine, Iudex non nisi quatuor grossos, in causis maioribus, in minoribus duos exigat. L. 19. P. 672. HL. 227. HP 403

Iag. Crac. 1423. Officiales. Maiores causæ, ex sunt, quæ excedunt marcas Triginta, minores quæ sunt infra. L. 45. P. 673. HL. 227. HP. 403

Ibidem. Prouisum est. Etiam si sint plures personæ in causa, ab vna tamē propositione, vnum memoriale exigatur. Ibidem.

Notarij

Cas. Wis. 1368. Statuimus. Notarij, à testibus producendis, si dicta illorum notent, tres grossos accipiant, ab inscriptione termini peremptorij medio grosso sint contenti. L. 37. P. 672. HL. 217. HP. 403.

Priluſius in ſua editione habet Notarium poſſe iſtum medium groſſum exigere ab vtraq; parte, ſed hoc in nulla alia editione reperio.

Ibidem. Item volumus. Officiales verò à testibus quatuor Scotos recipiant. L. 37. P. 629. HL. 284. HP. 468.

Iag. Crac. 1423. Terestres Nuncij. Cas. Nicß. 1454 Item statuimus. Ab inscriptione cuiuslibet causæ, id est à notis totius causæ, Notarij accipiant vnum grossum, vel in principio causæ medium grossum, in fine totidem, à lectura verò nihil exigant. L. 45 94. P. 672. HL. 226. HP. 402.

Sig. Petr. 1511. Item ne prædicti. Literæ in Cancellaria Regia ita soluantur à Nobilitate: à citatione nihil, à procuratorio grossi tres, à commissione cum mandato grossi decem, à cōsensu super bona Regalia floreni duo, à literis clausis grossi sex, à literis perpetuis in Pargameno floreni decem, à communibus inscriptionibus floreni quatuor. s. 16. P. 204. HL. 32. HP. 195.

Ciues verò, Iudæi, & extranei, soluant iuxta arbitriū Cancellarię.

Idem ibidem. Item Quia. 1523. Item volumus. Notarij Terrestres, pro labore quærendi in actis, nihil accipiant, pro literis verò pargameneis, cum appensis sigillis, decem grossis sint contenti, ex quibus sex Iudici, duo Subiudici, Notario duo debentur. A papyreis verò literis, sub sigillis Iudicis & Subiudicis, grossum vnum, à condemnatione in pœna contumaciæ grossos duos, à condemnatione in lucro grossos quatuor, à memoriali quoq; grossos quatuor accipiant. s. 19. 38. P. 671. HL. 226. HP. 404.

Sig Petr. 1510. Sig. Bidg. 1520. Sig. Petr. 1538. Aug. Petr. 1550. Sopientes. Statutum. Decernimus. Cancellaria. Statuta de salarijs seruentur. s. 12. 27. d. 4 P. 673. HL. 228. HP. 405. C. 4.

Sig. Crac. 1519. Notarij Terrestr. Sig. Petr. 1523. Item volumus. Notarij pro membranis, non nisi medium grossum accipiant, sub pœna quatuordecem marcarum, à minutis verò non sigillatis, grossum vnum. s. 23. 38. P. 671. HL. 228. HP. 405.

Ibidem. Et quia multæ. Ab vna causa & vna controuersia, grossum vnum Notarij exigant, super vnam citationem. s. 33. P. 672. HL. 226. HP. 402.

Memo-

Ibidem. Item volumus.

Memorialis nomine à quolibet decreto quinq; groſsi ſoluantur, quorum tres Iudici, vnus Subiudici, vnus Notario debentur. S. 38 P.673. HL. 227. HP. 404.

Ibidem. Item pro litera.

Pro litera Iudiciali ſub ſigillis Iudicis & Subiudicis groſsi decem. S. 38. P. 673. HL. 228. HP. 405

Ibidem. Quod ſi Notarius

Notarius aliquem depactans, reſtituere debet cum pœna trium marcarum, parti & Iudicio totidem, in inſtanti, ſub pœna quatuordecem marcarum. S. 38. P. 673. HL. 228. HP. 406.

Ibidem. Proteſtationes.

Proteſtationes memorialium captioſæ abrogantur, & pro ſententia tantum principali: memoriale ſoluatur. S. 32. P. 673. HL. 227. HP 459

Sig. Crac. 1532. Quo ſalario.

Notarij vltra Statuta nihil exigant, à dilatione verò veræ infirmitatis, & caſſatione inſcriptionis, vno groſſo ſint contenti, ſub pœnis Statutorum. S. b 1. P. 672. HL. 227. HP. 404.

Sig. Crac. 1539. Capitaneale.

Capitaneale Iudicium, non plus exigat ſalarij nomine, quàm Iudicium Terreſtre. P. 674. HL. 228 HP. 406.

Aug. Warſ. 1557 Woiewody. two.

Palatinatus Rauenſis à memoriali liber, ſed in Iudicio ſoluatur iuxta vererem conſuetudinem. HP. 407. C. 7.

Sig. Crac. 1543. Quimmo.

In termino concitatorio, ab aſtitione termini, additione Miniſterialis, & remiſsione, tantum groſsi quinq; exigantur, ſub pœna quatuordecem marcarum, parti & Regi totidem. P. 673. HL. 227.

Lex annalis.

Aug. Petr. 1565. Woiewódzia.

In Maiori Polonia à lucro non niſi groſsi quinq;, in Iudicijs Caſtrenſibus ſoluantur. C. 55.

Idem ibidem. Chowánie Xiąg.

In Terra Sochaczouienſi, ſalarij nomine, à decreto tres groſsi recipiantur, inter Iudicem & Subiudicem diuidendi, iuxta Statutum Anni Milleſimi, Quingẽteſimi, Vigeſimi Tertij. Notarij verò ſolito ſalario ſit contẽtus. HP. 407. C. 57.

Sig. Crac. 1588. Grod Ciechánowſki.

Acta Caſtrenſia Ciechanouienſia perpetua ſint, inſtar Actorum Maioris Poloniæ, Officium verò Caſtrenſe ab inſcriptionibus vno groſſo, cum dimidio, ſit contentum, memorialis nomine, ab extractu verò duobus groſsis. Notarius quoq; Terreſtris vel ipſe ſemper præſens Actis Caſtrenſibus adſit, vel Vicenotarium iuratum, & ibidem poſſeſsionatum habeat. C. 53.

PROM-

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

Per PAVLVM SCZERBICZ Secretarium S. R. M. conſcripti,

PARS QVARTA.

DE DELICTIS.

CAPVT PRIMVM.

De violentijs, tàm in Ciuitatibus, quàm in vijs, commiſsis.

Cas. Wis. 1368. Vt itaq;.

ACCVSATVS PRO VIOlentia, in via publica commiſſa, ſi in expurgatione ſui defecerit, pœnam quatuordecem Marcarum Fiſco Regio ſoluat. L. 15. P. 560. HL. 292. HP. 547.

Ibidem. Præterea.

Virum bonæ famæ violentiæ accuſans, probet quod aſſerit, alioquin Reus euadat proprio iuramento. L. 16. P. 560. HL. 292. HP. 550.

Ibidem. Item si quis de inani bello.

Rem etiam suam, vi nemo repetat, alioquin eam cum pœna sex marcarum restituat. L. 28. P. 544. HL. 292. HP. 550.

Prilusius huic legi ascripsit, vt de proprietate rei violẽter acceptæ, salua actio partibus in foro fori reseruetur: Sed hoc alia exemplaria non habent.

Cas. Wis. 1368. Item cum pauper.

Dives à paupere pro violentia accusatus per testes euadat, alias puniatur. L. 28. P. 561. HL. 290. HP. 550.

Idem ibidem. Martinus de pera

Pro spolio in via publica, die forensi facto, accusatus, cum duodecim testibus euadat. L. 30. P. 560. HL. 260. HP. 549.

Idem ibidem. Cum itaq;.

Violenter nihil accipiatur, tàm in via quàm in villis, & in tabernis. L. 39. P. 417. HL. 174. HP. 333.

Alb. Petr. 1496. Verum quia. Sed idem.

Insidias in via publica alicui tendens, si ab eodem in defensa occisus est, homicida euadat cum sex testibus, & absq; sessione Turrica sexaginta Marcis numeratis absoluatur. Is verò qui via obsessa aliquem sub communi securitate occidit, centum viginti Marcas soluat, & turrim sustineat. L. 107. P. 283. HL. 108. HP. 548.

Sig. Pet. 1519. Nemo deinceps.

Pixides nemo deferat, exceptis terris Russiæ. S. 24. P. 704. HL. 182. HP. 564

Sig. Crac. 1523. Quod ad violen.

Nobilis aliquem in Ciuitate violans, capi per Ciues potest, Iudicari tamen absque officio Capitanei non potest. S. 25. P. 272. HL. 290. HP. 241.

Sig. Petr. 1538. Statuimus. Aug. Petr 1550. W Stárucie.

Quod si officium Capitaneale cum Ciuili conuenerit, de violentia puniatur: si dissensserint, detineatur ad informationem Regiam. Si Rex dignum pœna iudicauerit, puniatur, sin secus, absoluatur, & Ciues detentionem sexaginta Marcis compensent; Si Ciues secus fecerint, per Capitaneum ad pœnam capitis condemnentur. S. 24. P. 272. HL. 290. HP. 241. 243. C. 3.

Steph. Warsc. 1578. De violentijs.

Vt violentiæ externorum, præsertim ex Silesia & Vngaria, cohibeantur, Rex curabit, alioquin permittet vti Statuto Anni 1532. Violatores verò externos nemo foueat, sub pœna de Guerris sancita. C. 193.

Aug. Warsc. 1557 Rzeby sie te go.

Pixides instructas in Ciuitatib⁹ nemo deferat sub pœna quatuordecim Marcarum, & amissionis pixidis, quam nisi dederit duplici pœna puniatur, pro qua Capitaneus agere debet. Impossessionati verò in turri tàm diu detineantur, donec pro pœna satisfecerint. HL. 182. HP. 574. C. 6.

Pixidi-

Steph. Warsc. 1581. Rußnic vżywᵹ

Pixidibus nemo vtatur sub Iudicijs Nobilium neq; in Conuentibus, neq; in actibus Iudiciarijs, neq; in Conuiuijs, foris, Nundinis, sub pœna 14. Marcarum, pro qua poterit quilibet citare seu ad Castrense seu ad Terrestre Iudicium. Itidem & Capitaneus, iuxta Constitutionem Anni 1557. peremptoriè, citra appellationem: saluo Statuto Anni 1507. de armis seditionem præ se ferentib⁹, pœna autem prædicta debetur Actori. Impossessionatus in illo districtu remittatur pro executione ad illud officium vbi est possessionatus. C. 213.

Sig. Crac. 1588. Gwałcenie.

Portarum Ciuilium violatores Statuto Toruneñ. subsint. C. 68.

Sig. Warsc. 1589 Beſpieczeñ ſtwo.

Mercatori siue suo siue externo, si quis merces vi receperit, teloneumue iniustum extorserit, citari potest ad quodcunq; officium, tanquam in causa iniusti telonei, vbi citatus in primo termino, coram quocũq; officio Capitaneali comparere, & pœnam de teloneis in Statutis descriptam, reponere, teloneumq; exactum restituere. Quod si merces interceptę sunt, eas reddere tenebitur, cum pœna Ducentarum Marcarum, toties quoties citatus fuerit, nec recepta restituerit. C. 28.

De tumultibus sub absentiam Regis, vide Parte 1. de Interregno.

CAPVT SECVNDVM.

De inuasione domus.

Cas. Wis. 1368. Petrus deposuit.

ACcusato pro vulneribus, circa inuasionem domus, & vulnerationem domesticorum, inuasori illatis, si Ministeriali ostensa est obuulneratio domus, negante hęc Ministeriali, liceat producere testes facti. L. 17. P. 217. HL. 124. HP. 205.

Alb. Petr. 1496. Item cum frequẽtius.

Inuasor domesticus vbi aliquem ex domesticis enormiter vulnerauerit vel occiderit, ad Iudicium Castrense citatus L. 106. P. 217. HL. 124. HP. 205

Citatus, sex testibus, in illo districtu possessionatis, ex decem octo eligendis conuincatur, & capite plectatur, Cõplices antiquo iure iudicentur, scrutinium præmittatur, calumnioſe hoc nomine accusans, infamis sit, & cauterisetur, si fugerit violator, & inuasor domus, infamis pronuncietur, capite vbi eius copia fuerit plectendus.

Alb. Petr. 1496. Cum verò. Tales autem. — L. 107. P. 218. HL. 124. HP. 206

Famulus alicuius domum alterius inuadens & quempiam occidens, apud Dominum arestetur, cum quo Dominus ius dicat vel pro illo respondeat. Si verò famulus non arestatus fugerit, Domin' cum duobus testibus euadat, id factum esse sine suo scitu & voluntate, & quod occasionem fugiendi non dedit.

Sig. Crac. 1532. Crebrò tam. — S. 42. P. 219. HL 242. HP 358

Citatus pro eo quod iussu eius famulus quidpiam fecerit, iusticiã cum seruis ministrabit, posteaquam arestati fuerint: In defectu verò iusticiæ, Dominus non nisi pro his respondeat, & sese purget, quæ violentiam, domus inuasionem, necem, aut vulnerationem Nobilis attinet. Pro ijs verò quæ ad inuasionem non spectant, puta vulneratione plebei, frugum depastione, & similibus, seruus impossessionatus, apud Dominum arestetur, de arestato dominus iusticiam administret, possessionatus verò in foro suo conueniatur.

Steph. Warss. 1578. De inuasione. — C. 190.

Post conuictionem inuasionis scrutatores non dentur: conuict' puniatur, tamen ante conuictionẽ scrutinia fiant.

CAPVT TERTIVM.

De Raptoribus & Oppressoribus mulierum.

Cas. Wis. 1368. Quicunq; vero. — L. 39. P. 214. HL 292. HP 263.

MVlier oppressa infra triduum ad villã vicinio rem currat, clamorem excitet, de violentia protestetur, signa oppressionis ostendat, tandemq; iuramento violatorem conuincat, cuius vita sit in gratia Regis, & amicorũ oppressi. Quod si mulier aliquem calumnioſe accusa-

accusauerit, ille quidem cum sex testibus euadat, sed ipsa puniatur.

Alb. Pet. 1496. Item de raptorib. Sig. Crac. 1532. Ad submouen. — L. 107. P. 479. HL. 221. HP. 275

Raptor sit infamis, rapta verò raptori consentiens, dotem perdat & omnia bona hæreditaria.

S. 44. P. 479. HL. 221. HP. 275

Raptor tum demum pro conuicto habetur, & honore priuari debet, posteaquam mulier rapta, in præsentia Regis constituta, recognouerit se raptam & violatam fuisse, præter suam voluntatem, vbi verò rapta confessa fuerit, se non per vim sed cum sua voluntate fuisse raptam, raptor absoluatur, mulier verò priuatione omnium bonorum tàm dotalium quàm hæreditariorum mulctetur.

CAPVT QVARTVM.

De Vulneribus captiuatione & duellis.

L. 17. P. 275. HL. 304. HP. 246.

Cas. Wisl. 1368. Accepimus. Idem ibidem. Querellã Petrus. — VLnerat' propter vindictã, antiqui rancoris, proprior est ad probandum super vulnera.

L. 17. P. 277. HL. 305. HP. 248

Accusatus pro vulnere si dicat Actorẽ se ipsum vulnerasse & factum id esse in contentione constiterit, Citatus euadat. Si verò extra contentionem Actor probet super vulnera.

Cas. Wisl. 1368. Petrus conquestus. Idem ibidem. Vt violentor. — L. 20. P. 275. HL 304. HP 246

Pro mutilatione Actori incumbit probatio etiamsi post anni vnius decursum agat.

L. 22. P. 275. HL 304. HP 244

Miles militem mutilans 30. Marcas, simpliciter verò vulnerans 15. Marcas soluat.

Idem ibidem. Quamuis. — L. 22. P. 275. HL 304. HP 244

Mutilatio in pede vel naso quindecim, in police octo, in digito alio tribus marcis, cum pœna trium marcarum compensatur.

Ibidem. — L. 22. P. 328. HL 305. HP 345.

Kmethoni pro vulnere vna marca debetur. Domino autem (si eiusdem Domini vterq; fuerit) alia marca si duorum Dominorum fuerint Marcam diuidant.

Idem ibidem. Egidius. — L. 24. P. 277. HL. 37. HP. 247

Accusatus pro incitatione canis ad morsum per iuramentum negans euadat, nisi Actor probauerit,

Idem ibidem. Querelam Egidius.

Si quis candelam in contentione extinxerit, & interea alter incerto autore vulneratur, si vulneratus iuramento probauerit, se tunc esse vulneratum, neq; scire autorē, debet extinctor pro vulnere satisfacere. Ibidem. HL.305.

Idem ibidem. Vt pœnarum.

Pœnarum pro vulneribus Kmethonum, vna pars Iudicio, duæ læso cedunt. L. 27. P. 328. HL.305. HP.346

Idem ibidem. In percussionibus.

Pro ictu absq; sanguinis effusione Nobili tres Marcę, Plebeio verò vna, Kmethoni sex scoti debentur. L. 27. P. 275. HL. 304. HP. 245. 346.

Idem ibidem. Militi.

Nobili pro vna plaga vel pluribus à Kmethone factis, pœna trium marcarum debetur, & Iudicio totidem, pro vulnere verò baculo cruētato sicut pro gladiali, pro capite verò Militis famosi marcę sexaginta, Scartabelli triginta, militis creati de kmetone vel soulteto quindecim marcæ, Militi Slachcie pro vulnere decem marcæ, Scartabello quinq;, sculteto vel kmethoni militi facto tres sufficiant. L. 29. P. 276. HL. 304. HP. 245.

Dubitatur ex hac lege quis sit miles famosus, quis miles Slachta, quis Scartabellus. De illis duobus prudentiorum declarationem expectaueris. Scartabellos autem ego eos semper fuisse ex plerisq; nobilissimis senibus intellexi, qui nati nobiles bonis Terrestribus venditis in Ciuitatem transeunt & victum ibi quærunt: quibus ego magis credo quàm Prilusio, Scartabellum ex Græco & Latino verbo compositum esse assereñ. siquidem simplicitas illius sæculi quam vel Stylus ipse indicat, multum aberat à vocabulis ex Græco & Latino componendis.

Cas. Wis. 1368. Item Bartoldus. Idem ibidem. Item statuimus.

Etiamsi iocando lædas pro vulnere tamen satisfacias. Famulus pro Domino pugnans, si aliquem vulneraverit culpari non debet. L. 29. P. 277. NL.305. HP.247. L. 38. P. 278. HL.242. HP246.

Idem ibidem. Insuper statuimus.

In præsentia Regis vel Capitanei aliquem vulnerans, sine gratia puniatur, si verò gladium extraxerit neq; vulnerauerit quenquam sit in gratia Regis. L. 39. P. 22. HL. 303. HP.9.

Ibidem.

Corā milite aliquē vulnerās perforatione man' puniatur, si verò gladiū dūntaxat strinxerit, sit in gratia militis. L. 39. P.279. HL.105. HP.246

Kas. Nieß. 1454 Item statuimus.

Olim Ministerialis vulnera cōspiciebat, quæ per testes probabantur, deficiens in probatione pœnam luebat Regi & accusato. L. 94. P. 274. HL.303. HP.248

Sig. Petr. 1538. Præterea.

Iam verò nō Ministeriali sed officio Castreñ. aut Iudicio Terrestri vulnera ostenduntur, circa quorū rescriptū Actor Reum in Iudicio Terrestri mettertius conuincit. s. c 3. P. 274. HL. 303. HP. 243.

Cas. Nieß. 1454. Item statuimus. Sig. Pet. 1538. Decernimus.

Pro vulneribus & homicidijs Nobilium, eorumq; subditorum Ius Polonicum in Ciuitatibus ministretur. L. 95. P. 274. HL.303. HP.244

Sub pœna 14. Marcarum Iure terrestri exigeñ. s. c 5. P. 274. HL304. HP.244

Plebeius

Sig. Crac. 1532. Plebeius Nobilem

Plebeius occidens vel vulnerans Nobilem capite puniatur, vbi Nobilis occasionem vulnerandi non dedit, quod Nobilis iuramento probet, deficiens in probatione pœnam tàm acerbam exigere non potest. s. c 3. P. 276. HL. 304. HP. 245. *Lex Triennalis.*

Sig. Crac. 1539. Decretum.

Quæ tandem ad vnum annum est prorogata. Ex originali.

Sig. Crac. 1532. Probatio.

Probatio vulnerum & homicidiorū fiat iuxta Statuta. s. b 1.

Steph. Varſ. 1581. O małoboyſt: Plebei:

Vulnera plebeiorum in duplo soluantur. C. 213.

Sig. Crac. 1588. O poimániu.

Nobilis nobilem violēter captiuans & in priuato carcere detinens, pœna centum viginti Marcarum, & sessionis turris per annum puniatur, & triplum temporis illius insuper in carcere detineatur, per quod sibi æqualem ipse detinuit, sub infamiæ pœna, damna quoq; iuramēto Actoris liquidata refundat, & pro vulneribus si illata sunt satisfaciat. Eas verò actiones Iudicium Terrestre ex scrutinio cognoscat, nihilo tamen minus ad personæ detentæ liberationem, integrum sit cuilibet amico vel consanguineo, itidem & seruo & Domino, coram Iudicio Castreñ. agere, vbi citatus peremptoriè comparere tenebitur. Capitaneus verò decernat eliberationem captiui, citra vllam appellationem, eiusq; prosequutionem, sub pœna bannitionis. Insuper ad eliberandū captiuum, Capitaneus officium suum cum Ministeriali mittat. Idem de Capitaneis censendū, vbi quempiam prætextu officij captiuauerint, excepto iure victo & recēti crimine. Excipiuntur ab hac lege famuli, fures manifesti, & Patriæ proditores, qui vbiq; capi poterint. C. 30.

sig. 3. Warſ. 1598. O Sługach.

Hæc cōstitutio anni 1588. de incarceratione Nobilium ita declaratur, vt Domini seruos conductos & stipulatos, furti aut perfidiæ reos captiuantes, eidem constitutioni non subiaceant. C. 33.

sig. 3. Crac. 1588 De duellis.

Ad duellum ne quis alium prouocet, alioquin prouocatus impune non pareat, nisi Rex id permittat, secus faciens dimidium anni in turri detineatur & Marcas 60. luat, conueniri autem debet Terrestri Iudicio. C. 31.

Vulnera

Sig. Crac. 1588. O tánách.

Vulnera Nobilium in duplo ſoluantur, id eſt, ſanguineum, Marcis vigínti, liuidum, marcis, ſex cum pœna Iudicij. Vulnus ſanguineum in facie, & amputatio cuiuſlibet digiti, marcis triginta: excuſsio dentis cuiſlibet Marcis viginti. Mutilatio in manu, pede, oculo, naſo, ſoluatur dimidio precij capitis, iuxtà Conſtitutionem anni 1588. Vulnus verò ex ictu bombardæ inflictum, in duplo ſolui debet. Præſcriptio vulnerum triennalis eſto. C. 31.

CAPVT QVINTVM.

De Homicidijs.

Caſ. Wisl. 1368. Item vt Palatini.

PRo capite olim Caſtellani iudicabant. L. 11. P. 280. HL. 107. HP. 248.

Sed hoc abrogatum eſt per poſteriores leges.

Idem ibidem. Licet antiquius.

Kmetho Kmethonem occidens, Caſtellano quatuor, pueris occiſi ſex marcas ſoluat, ſi non ſit ſoluendo capite puniatur. L. 21. P. 329. HL. 111. HP. 346.

Idem ibidem. Sed ſi plures.

De homicidio vnus conuincatur, complices verò euadant. L. 21. P. 280. HL. 107. HP. 248

Idem ibidem. Item quacunq;.

De illis verò qui fortuito caſu intereunt nulla quæſtio moueatur, & ſi author homicidij ignoratur, Reum non Caſtellanus, ſed ſucceſſores quærant. L. 22. P. 280. HL. 107. HP. 248.

Idem ibidem. Vt violentorum.

Miles militem occidens, ſexaginta Marcas pro capite det, pro mutilatione verò triginta, pro ſimplici vulnere 15. Marcas. L. 22. P. 282. HL. 107. HP. 249.

Correctum poſtea, vt infra.

Idem ibidem. Laurentius.

Filio etiam illegitimo, matris caput eſt ſoluendum. L. 22. P. 281. HL. 95. HP. 256

Idem ibidem. Et licet lex.

Fratricidæ, Parricidæ, Sororicidæ, in bona occiſorum non ſuccedant, & infames ſint. L. 22. P. 281. HL. 99. HP. 250

Militem

Idem ibidem. Quamuis.

Militem occidens 30 Marcas ſucceſſoribus det: occidens verò Kmethonem quatuor marcas Domino ſex pueris ſoluat, ſi ad duos Dominos pertinebat diuidant inter ſe dictas quatuor marcas. L. 22. P. 282. HL. 107 HP 249

Idem ibidem. Militi.

Kmetho occidens militem Sexaginta, Scartabellum triginta, militem creatum de Sculteto quindecem marcas ſoluat. L. 29. P. 218. HL. 108. HP 255.

Caſ. Wis. 1368. Vt calumnijs.

Cauſa occaſione homicidij infra triennium inſtituatur. L. 31. P. 288. HL. 112. HP. 255. C. 2.

Caſ. Wis. 1368. Quotieſcunq;.

Autorem criminis ſi quis ſtatuit liberatur, euictor verò reſpondeat, alioquin prior reus reſpondeat. L. 38. P. 648. HL. 90. HP. 494

Caſ. Nieſ. 1454. Idem ſtatuimus. Sig. Pet. 1538. Decernimus.

Pro homicidijs & vulneribus Nobilium & eorum ſubditorum in Ciuitatibus Ius Polonicum eſt dicendum ſub pœna 14 Marcarum Iure Terreſtri toties quoties peremtoriè repeteñ. L. 95. P. 274. HL 303 HP 244. S. a 5.

Alb. Pet. 1496. Itẽ de homicidijs.

Homicida centum viginti marcas ſoluat, & per annum & ſex ſeptimanas in turri ſedeat, ſiue concordiam fecerit ſiue non, ſi fugerit, infamis eſto. L. 107. P. 283. HL 108. HP 249

Alb. Pet. 1496. Itẽ de homicidijs.

Occidens aliquem viam obſidentẽ, in ſui defenſione, ſex teſtibus euadat, & ſoluta ſexaginta marcis liber ſit, abſq; turris ſeſsione, Homicida tamen in via aliquem interficiens, 120 marcas ſoluat & turrim ſuſtineat. L. 107. P. 282. HL 108 HP 254.

Idem ibidem.

Occidens aliquem in defenſione ſui, vel ſuorum 120 marcas ſoluat abſq; turri. L 107. P. 283. HL 108. HP 254.

Sig. Crac. 1510. Homicidia.

Homicida per Capitaneum Regi ante ſex Menſes deferatur, poſt Curiam peremtoriè (termino ſex ſeptimanarum aſsignato) citetur, ad turrim condemnetur, expleto Anno 120 marcas conſanguineis ſoluturus, vel in bona æquiualentia poſſeſsionem admiſſurus, ſi non comparuerit, bona ad Fiſcum recipiantur, & poſt ſatisfactionem reſtituantur. Impoſſeſsionatus homicida, in Parochia citetur, niſi comparuerit, infamis pronuntiandus, & pro hoſte Patriæ iudicandus. Si in carcere moriatur homicida, à ſolutione 120 Marcarum liberatur. Capitanei non deferentes homicidas, niſi iurent ſe neſciuiſſe puniantur, vbi Capitaneatus obligatos habent 100 Marcis, vbi liberos priuatione. Caſualis homicida arbitrio Regis iudicetur. S. 12. P. 283. HL 108 HP. 249

Quinquennale est hoc Statutum.

Sig. Pet. 1523. Quia post.

Hoc idem statutum ad quatuor annos prorogatur. S. 30. P. 285. HL. 190. HP. 251.

Sig. Crac. 1532. Nuncijs omnium.

Deinde ad tres annos. S. b. 11.

Sig. Petr. 1538. Ad refrenã.

Et postea ad vnum annum cum sessione turris. S. c. 1. P. 278. HL. 109.

Sig. Crac. 1593. Petierunt á nobis

Abrogatur tandem hæc lex tota & restituitur Statutum Ioannis Alberti Anni 1496. P. 286. HP. 252. HL. 109.

De quo supra eodem Capite.

Sig. Crac. 1543. Tamẽsi.

Homicida ex præscripto statuti Ioannis Alberti puniatur. P. 286. HL. 111.

Tutores minorenniũ agant pro Capite & co nuincant, rationem tamen de pecunia, pro Capite accepta pueris adultis faciant, si homicida moritur, successores à Turri duntaxat liberantur, sed si pater viuens hoc nomine Citatus fuit, citra allegationem minorennitatis, pro Capite satisfaciant, termino primo peremtorio homicida autem ipse conuictus, in fundo turris sine misericordia sedeat, Dignitarij verò in colloquijs scrutentur de culpa & innocentia Citati, tum etiam vtrum homicidium in defensa vel in domo vel in hospitio factum sit. Denique si ipse homicida præsens fuerit nec ne? factoq; eiusmodi scrutinio decernatur quod decernẽ. est & homicida ad Turrim condemnetur, Famulus tamen propter litem Domini, & ex ea ortum sanguinem non culpetur.

Lex Annalis.

Aug. Petr. 1550. A iż sie zabie zały.

Homicida conuictus iuxta statutum Ioannis Alberti & Sigismundi puniatur, in fundo turris sedeat, & Capitanei, si conniueant, iuxta statutum Anni 1540. puniantur, præscriptio tamen pro capite sit iuxta statuta. P. 287. HL. 111. HP. 252. C. 2.

Hanc pœnam Capitaneorum inter Constitutiones Anni 1540. non reperio, sed vix non crediderim Calcographi errore hunc numerum positũ esse pro numero Anni 1543. vel Anni 1510. quæ lex de homicidijs lata Capitaneis etiã homicidis conniuentibus pœnam irrogat, quod tamen statutum quoad reliqua sublatum est de quo supra.

Scruti-

Aug. Petr. 1550. Scrutinia.

Scrutiniũ Regi reseruatur Scrutatores iurati sint, arq; à iuratis testimonia audiant. HL. 250. C. 4.

Aug. Warsz. 1557 Scrutinium.

Scrutari de homicidio debet in colloquijs Palatinus, in suo Palatinatu cum Iudicio Terrestri, in defectu colloquiorum Capitaneus cum eodem Iudicio, in terminis Terrestrib⁹, potest tamen Palatinus possessionatum Nobilem, & Capitaneus suum ViceCapitaneũ, in locum suũ substituere, cum autẽ de homicida constiterit, potest per Regem citari ad sessionem turris. HL. 112. HP. 254 C. 9. HP. 256. C. 9.

Idem ibidem. Gdyby kto

Qui occisum asserit nobilem fuisse cum non fuerit, & hoc nomine actionem instituat, pro capite illo nihil lucretur, quin imo 120. marcarum atq; sessione turris per vnum annum puniatur, idem de vulneribus censendum est. HL. 182. C. 6.

Idem ibidem. Ktoby sie tego

Si quis ex pixide aliquem vulnerauerit, vel occiderit duplici pœna puniatur. Pro homicidio scrutinium instituatur. Pixides verò instructas nemo deferat sub pœna 14. marcarũ cõtrauenientib⁹. Capitanei pixides accipiant cũ pœna prædicta quam si dare noluerit duplici pœna plectatur quam Capitaneus exigat. Si impossessionatus Nobilis vel Plebeius id fecerit in turrim injiciatur donec satisfaciat. HP. 253. C. 17.

Aug. Petr. 1562. O. gic wnikach

Citati ad instantiam Instigatoris ad sessionem turris, remittuntur ad districtus, ad noua Iudicia, vbi Instigator prosequi easdem causas debet.

Aug. War. 1563. Decret na sądy nowe.

Qui in Iudicijs nouis Anni 1563 propter homicidia ad turrim condemnati sunt, decretis satisfaciant, ad festa Penthecostes, alioquin per Capitaneos capiantur, & capite plectantur, sub pœna 300. marcarũ, literis Regijs non obstantib⁹. Capitaneiverò processus õnes pro homicidijs in eisdẽ Iudicijs institutos, Instigatori remittant, qui sub officij priuatione, tenebitur iure cõtra homicidas procedere. C. 31.

Aug. Petr. 1565. O. glownikach

De homicidijs constitutio Anni 1563. exequutioni madetur. HP. 253. C. 53.

Step. warsz. 1578 Siedzienie glownikom.

Turris in fauorem homicidæ non reparetur, neq; carceres homicidis per Capitaneos adornentur, sub pœna 400. marcarum Iudicio Terrestri peremtorie repetenda liceat verò ei cuius interest, uidere toties quoties opus fuerit, qualiter homicida detinetur quod Capitanei denegare non debent, sub eadem pœna. C. 188.

Step. warſ. 1578. De iniurioſis.

Parentibus ſi quis diffidat vel vulneret, non ſecus iudicari debet, ac ſi ſaluum Conductum Regium violaſſet. C.193.

Sig. Crac. 1588. O odpowiedzy.

Nobilis Nobili ſi diffidauerit, conuict⁹, ad refuſionē damnorum, iuxta iuramentum Actoris, cum pœna centū marcarum cōdemnetur. Is verò qui criminaliter citat⁹ diffidatione quam ante facin⁹ miſit, ſeſe excuſat, eius diffidationis tunc ratio habenda eſt, ſi eā idem Citat⁹ per Miniſterialem & duos Nobiles fecit, eamq; ad Acta Caſtren. loci illius in quo aduerſarius degebat, inſcribi perſonaliter curauit. Poſt inſcriptionem autem eiuſmodi diffidationis nihil violenti attentare debet diffidans, ad ſex ſeptimanarum decurſum, alioquin illū diffidatio, in criminis excuſatione nō iuuabit qua in re ſcrutinia obſeruentur. C.30.

Step. Warſ. 1581. O mężebot. cach. Plebe.

Qui Plebeium Ruſticanum occiderit, triginta marcas ſoluat, quarum medietas Domino occiſi, alia pueris cedat. C. 213.

Sig. Crac. 1588. O mężiebot. cach.

Pro capite interfecti Nobilis, nemo ita componat, vt homicida turris ſeſsionem eludat, ſed cōſanguinei occiſi, ad maximum infra duodecem ſeptimanas, homicidij proteſtationē ad Acta Caſtren. illius loci, ſub cuius iuriſdictione homicidium patratū eſt, fideliter referant, & iure competenti, iuxta exceſsū ſine intermiſsione agant. Quod ſi tam longè abſint, vt ante hoc tempus id facere non poſsint, faciant tamen mox poſt primam noticiam, ſolutio capitis, vltra pœnā turris, quæ publica eſt, ſit in duplo, hoc eſt, caput gladio vel aliās manu interfectum, ducentis quadraginta Marcis ſoluatur, ex pixide verò, quadringētis & octoginta. Quam ſummā homicida ſucceſſoribus refundat, priuſquam è turri exeat. Quod ſi in turri moriatur ex bonis tamē eius, hæredib⁹ occiſi ſatisfiat, ſi verò quis conuictus turrim ad tempus aſsignatum non ſubeat, vel inde ante tempus exeat, infamis eſto ipſo facto, & talis per Capitaneum loci, præmiſſa vnica Citatione, ad Iudicium Caſtren. ſine dilationibus & exceptionibus publicetur & proclametur, & ſiue per Capitaneum ſiue per partē, capiatur & decolletur, bona verò æquiualentia parti tradantur, ad exolutionem vſq; Capitis. Idem exiſtimandum eſt, ſi quis in cauſa criminali, ratione inſidioſi homicidij, vel alterius cuiuſuis criminis, decreto conuentionali, vel Iudicio Caſtren. in articulis Caſtren. condemnetur. Quod ſi proximior conſanguineus interfecti, vel cū homicida cōponat vel eundē cōuincere noluerit, id facere poterit quiuis remotior, ex quacunq; linea, & nihilomin⁹ tàm C.32.

tàm ille qui concordiam fecit, quàm homicida, pœna ſupraſcripta puniantur quod remotiores proſequantur. Iis verò deficientibus, officium Caſtren. in Iudicio Tribunalis Regni, pro turri agat, præcedente tamē proclamatione officioſa, eadem pœna extendi debet in tutores interfecti, concordiam ineuntes ita vt ſi tutores pro capite agere nolint, à tutela remoueantur, quæ debetur ei qui actionē proſequutus fuerit. Si verò tutores conuincere nolint, conuictio ad annos minorennium ſuſpendatur, ſtatuta tamen de homicidijs in defenſa vitæ ſuæ patratis, in robore conſeruantur, vbi id ex ſcrutinio apparuerit. Homicidia quoq; caſualia ea ſunt, ſi quis caſu fortuito interficiat eum, cum quo illi antea nullæ contentiones, rixæ vel odia intercedebant. In Ciuitate tamen vel circa domum, itidem & in campo lato, ex pixide interficientem, caſus allegatio non iuuabit, ſcrutinia præmittantur, tàm in Criminalib⁹ quàm in Ciuilibus cauſis, ratione capitis interfecti, & tranſactionis, in terminis primis poſt obductū crimē, Terreſtribus vel Caſtren. loci illius, vbi patratum eſt, hoc modo, Actor homicidam ad deducendum ſcrutiniū citet, terminumq; eidem duarum ſeptimanarū aſsignet, vbi vtraq; pars ſcrutinia deducat, iuramento præmiſſo, quod ſuos teſtes non corrupit, neq; conduxit, teſtes autem ſint fide digni, & rei illius optimè gnari. Pars quoq; Citata, ad ſuam citationē nō prouocet, teſtes verò, Iudices ipſi, non per ſubſtitutos examinent diligenter, examinatos, cum non examinatis non coniungant. Si quis ex teſtibus eſt informatus, vel fauoriſans, vel varians notent, quàm proximè ad rei veritatē accedant. Primo loco oculati teſtes conſiderentur, pluralitas eorum præſertim qui auriti ſunt non curetur, niſi dignum conſideratione quidpiam attulerint. Neutra partiū plures teſtes adducat quam duodecim, ij verò non ex ſcripto deponāt, ſed oretenus dicant teſtimonia. Quicunq; ad dicendam veritatē citati fuerint, cōpareant peremtoriè, & vel iurent, vel ſi iurare nolint, ſub conſcientia & fide veritatem fateantur, Domini quoq; ſubditos ſuos, citati ſtatuant, ſub centum marcarū pœna, quæ ibidem contra contumacē vel teſtimonium dicere nolentē decernatur, cum remiſsione ad loci capitaneum, pro exequutione facien.

Quod si obijciatur, aliquem non omnes subditos adduxisse, iurent subditi reliqui, absentes in fundo illo non esse, neq; eos citationem præueniſſe. Idem faciant Ciues, coram suis officijs, sub eisdem pœnis. Quod siquis ex alio Palatinatu ad testimoninum citatur, ille verò propter itineris longinquitatem venire noluerit, integrum illi erit coram suo officio Castreñ. In Prussia verò coram officio Ciuili, testimonium suum dicere, talia tamen testimonia nisi oculata sint, & nisi citatione præmissa, non valeant. Hæc omnia occluso rotulo partibus tradantur. Turres vbiq; Capitanei reparent, vt æquales sint & vbiq; duodecem cubitis à feneſtra, per quã rei demittuntur ut profundæ sint, quod fieri debet ante S. Michaelis festi, sub pœna ducentarum marcarum, pro qua Capitanei coram Tribunali respondeant. Si verò in aliquo districtu turris nõ est id fieri debet in turri primariæ Ciuitatis illius Terræ.

Sig. Crac. 1588. O. Pomoznis Pach.

Contra complices in causis criminalibus scrutinia vtrinq; deducantur, sicut & contra Principales, vbi verò cõstiterit aliquem voluntarie complicem fuisse, eadem pœna qua & Principalis puniri debet, post conuictionem. C. 35.

Sig. Crac. 1588. De homicidis.

Famulus Plebeius si occidatur, cuius propinqui nesciꝝ rentur Dominus potest pro capite agere, deficiente verò Domino hæredes Domini actionem continuent. C. 70.

De Scrutinijs in causis homicidiorum habes supra parte 3. Cap. 1. de Iudicijs Comitialibus

CAPVT SEXTVM.

De proscriptis & Infamibus.

Alex. Rad. 1505. Quanquam.

TEr Regestris maleficiorum notatꝰ, non censetur bonæ famæ, ideoque capi & detineri absq; iuris processu potest vbiq;. L. 115. P. 564. HL. 168. HP. 554.

Stg. Crac. 1507. In statutis.

Hæc lex ad biennium prorogatur. S. 2P. 564. HL. 168. HP 554.

Sig. Petr. 1505. Statut. Sereniſſ.

Tandem ad quinquennium, ita tamen vt Capitanei Regestra examinum Regi præsentent. S. 13. P. 564. HL. 168. HP. 554

Aug. warſ. 1557. podnieſdiene.

Sublationis bannitionis prorogationem impetrans, ad Iudicium Castreñ. partem vocet, & doceat se nihil omisisse quo minus de malè obtento ageret, id nisi fecerit prorogatio nulla. HL. 13. C. 6.

Infa-

Aug. Warſ. 1593 Decret na Sądy

Infames in Regno locum non habeant, imo per Capitaneos capiantur & capite plectantur, in instanti, sub pœna 300. marcarum Actori succumbeñ. & Iudicio Terrestri, sine exceptionibꝰ dilationibus & appellationibꝰ repeteñ. atq; soluen̄. sub pœna 14 marcarum. C. 31.

Ibidem.

Bona banniti infra octo mẽses sublationem non impetrañ. & de malè obteñ. non ageñ. Capitaneꝰ apprehendat donec actori satisfiat. Ex prouentibus verò illorum, Castrum ædificet, & nihilominus sub pœna 300. marcarum proscriptũ capiat, cuiꝰ vita sit ex causa criminali bannitus fuerit, in gratia Regis sit, si verò ex Ciuili iuxta Statuta. *Ibidem.*

Sig. Crac. 1588. O imaniu.

Bannitos & Præscriptos, Capitanei in Nobiliũ Curijs nõ capiant inuitis Dominis, qui etiamsi in captionẽ consenserint, ea tamen citra omne damnũ fiat. Quod si capi bannitum nobilis nõ permiserit, debet officiũ eo nomine protestari, & iure tandem agere. In alijs verò ommbus locis, liceat bannitũ detinere, & in fundum turris inijcere donec parti satisfaciat. Quod & ipsi iureuincenti integrũ esse debet, qui captũ Capitaneo præsentari debet. Porro ij qui proscriptos asseruant, vel eis cõsilio & auxilio sunt cũ eisq; iuris cõmunis leuipendiũ cõmunicant ad Iudiciũ Castreñ. citari, & pœna complicitatis puniri debent, salua euasione citati. C. 36.

Sig. Crac. 1588. O relaxacie.

Bannito, si cũ parte iureuincente componat, & quietus relaxatio ex cancellaria dari debet, quã infra duodecẽ septimanas post quietationẽ petere debet, interea verò vbiq; standi & inscriptiones faciendi locũ habebit, Iureuictus in qualibet instantia, & iam in ipso bannitionis termino malè obtentum deducere tenetur, ad specialẽ actionẽ malè obtenti nõ prouocã. Quo casu appellatio ad Tribunal admitti debet quod si tribunal bene obtentũ esse processũ adinuenerit, & iureuictũ proscripserit, sublatio sic proscripto nõ dabitur habebit tamen post bannitionẽ tẽpus duodecẽ septimanarum, ad tentandã transactionẽ cũ iureuincente, sub quo tempore, recognitionis alienationesq; bonorum ad compositionẽ illiꝰ negotij seruiẽ. facere poterit, alioquin nisi rem composuerint, Capitaneus ad exequutionem procedat. Quod si bannitio in contumaciam facta sit poterit bannitus, vocato ad Tribunal Capitaneo, & parte adhærente, ea sese liberare, per iuramentum etiamsi C. 39

subla-

sublationem non habeat. Si etiam per sententiam definitiuam, bannitione quis liberetur, ei relaxatio necessaria non erit. Bannitio in contumaciam obtenta si cuipiam obijciatur, probet se de ea nesciuisse, & locum standi habeat, deinde verò nihilominus, bannitione modo suprà scripto se liberet.

Sig. Warſ. 1589. Execuutio. C. 13. Exequutio Decreti contra Samuelem Sborovvsky lati, approbatur, Actus omnes in præteritis Conuentibus, eo nomine instituti abrogantur, & perpetuum silentium omnibus imponitur.

Sig. Warſ. 1589. Infames. C. 37. Infames proscripti, & Banniti, legitimè condemnati, sicut Polonici in Lithuania, ita & Lithuanici in Polonia, locum non habeant, imò Officia executionem in illos extendant. Exceptis causis in deliberatione pendeñ.

CAPVT SEPTIMVM.
De prædis ac furtis.

Caſ. Wiſ. 1368. Quia victus. L. 9. P. 562. HL 103. HP 497 Vres etiamsi captiuitatem effugiant rei manent.

Idem ibidem. Si aliqui. L. 16. P. 561. HL 104 HP. 551. Contra vicinum eiusdem Parochiæ, infra annum de furto ageñ. alioquin anno elapso reus per testes euadat.

Idem ibidem. Cum furta. L. 31. P. 561. HL 104. HP 551. Actio furti præscribit vno anno, si vterq; id est accusans & accusatus fuerit de vna Parochia, sin secus infra triennium.

Idem ibidem. Magoth. L 20. P. 567. HL 103. HP. 550. Vicini inuocati ad prosequendum furem, si noluerint persequi ad solutionem furti condemnentur.

Idem ibidem. Sunt nonnulli. L. 22. P. 562. HL 160. HP. 360. Vagi rapinas exercentes, bonis priuentur, quod si Regi reconcilientur, nihilominus infames sint.

Idem ibidem. Vt viri. L 24. P. 562. HL 103. HP 552. Vir integræ famæ, furti accusatus, proprio iuramento euadat.

Idem ibidem. Egidius. L 24. P. 561. HL 104. HP. 551. Inuito Domino, res alienas attrectans, si in parte neget, in parte fateatur, accusantis iuramento conuincatur.

Fures-

Idem ibidem. Sepius contingit. L. 26. P. 562. HL. 209. HP. 552 Fures & prædones, si de Regno fugerint, & tandem Regi reconcilientur, nihilominus læsis satisfaciant, & infames sint, vna cum illis, qui eis hospitia prębent, vel prędam cum eis partiuntur.

Idem ibidem. Insuper statuimꝰ. L. 39. P. 22. HL. 103. HP. 10. Furans res minutas in curia Regis, auris periculo sit obnoxius.

Idem ibidem. Et licet Canonica L. 27. P. 546. HL. 101. HP. 532. Frumentorum nocturni fures, si deprehenduntur, equos & omnia quæ secum habent perdent, in retinentia, impune occidi possunt. Si verò illi defensorem vulnerauerint, vel interfecerint soluant, Dominus verò de cuius fundo exiuerint, in pœna trium Marcarum Regi condemnetur.

Idem ibidem. Præterea Statuimus. L. 38. P. 547. HL. 94. HP. 532. Furtum in villa, possessione, fœno, frumento, campis, lacu, piscina, vel flumine faciens, satisfaciat cui damnum intulit, & Domino fundi pœnam luat, depascens verò gramina in tunica pignoretur.

Caſ. Wiß. 1368. Statuen. declaramus. L. 34. P. 563. HL. 103. HP. 553 Furti & spolij ter conuictus, etiamsi ablata restituat, infamis esto. Dum tamen furtum abiurans, in vno teste deficit, non infamatur modo satisfaciat.

Idem ibidem. Dicit scriptura. L. 39. P. 564. HL. 177. HP. 515 Pater & frater, pro excessu filij & fratris, non punitur, & è conuerso, nisi sit particeps criminis.

Ex Priuil. 1ag. Crac. 1433. L. 51. P. 563 HL. 103. HP. 553 Fures manifesti, etiam non victi iure, capiantur.

Iag. Pet. 1447. Licet cuncta. L. 89. P. 563. HL. 104. HP. 553 Infamatus pro præda ac furto, non secus euadat, ac si nobilitatem esset probaturus, alioquin pro fure reputetur. Accusatus verò quarto pro furto, legibus plectatur, Is quoque qui sese pro furto expurgat, non cum tumultu sed duntaxat cum compurgatoribus suis ad Iudicium veniat, illi verò, qui vltra compurgatores secum venerint, infames sint. Furti autem & spolij accusatorum, & sese bis absentantium, bona confiscentur, quæ Capitanei apprehendere debent.

Alex. Rad. 1505. Quinquam. L. 115. P. 564. HL. 168. HP. 554. S. 2. P. 564. HL. 163. HP. 554 Ter in Regestris maleficorum notatus, non censetur esse bonæ famæ, & capi potest.

Sig. Crac. 1507. In statutis. Hæc lex ad biennium prorogatur.

Sig. Pet. 1510. Statut. S. 13. HL. 168. HP. 554. Et deinde ad quinquennium, quę tamen vsu retenta est.

Alex. Rad. 1505. Cum hac temperate. L. 116. P. 567. HL. 143. HP. 358 Serui, iubentibus Dominis, furem non insequentes, infames sint, insequentibus verò, nemo detrahat, sub eadem pœna infamiæ.

Sig. Crac. 1532. De incendijs.

Prædones Sileſiæ, per Militem cohèrceantur, & Regi Romanorum deferantur, alioquin vim vi repellere liceat, non obſtantibus legibus de bello non inferen. S.d.4. P. 951. HL.186.HP.548

Sigiſ. Pet. 1538. Quoniam verò.

Iudæus, pro re furtiua eiectorem non ſtatuens, ſuſpendatur. S.d.6.P 567. HL.135.HP.375.

Sig. Crac. 1543. Ius commune.

Templa non defendunt ſegetum nocturnos damni datores, ſicarios, vel viarum deprædatores, fures proclamatos, vel rer notatos, incendiarios, & violatores Eccleſiaſticarum libertatum. P.564. HL.379.

Lex annalis.

Aug. Pet. 1557. Za opowiedz.

Pro furtis Walachicis ſubditos accuſatos, Nobilitas Podoliæ, coram Capitaneo Cameneceñ. ſtatuat, pro domeſticis verò ipſi ius dicant. HL. 104. C. 7.

August. Pet. 1567 Rázánie pro furto.

Nobilitas Podoliæ, ſubditos coram Capitaneo Cameneceñ. conſtituat, in quatuor Septimanis à delatione furti, & diſpercuſſionis viæ & ibidem cum Capitaneo Iuſtitiam adminiſtret ſine appellatione, quæ lex ad beneplacitum Nobilitatis illius Palatinatus durare debet. C. 76. HP. 549.

Step. Warſ. 1581. Spráwiedliwość.

Hac Conſtitutione ſublata alius modus adminiſtrañ. cius Iuſtitiæ repertus eſt, ad proximum duntaxat Conuentum duraturus de quo poſteriores Conſtitutiones habes infra Par. 6. Cap. 2. C. 217.

CAPVT OCTAVVM.

De falſarijs & calumniatoribus.

Caſ. Wiſ. 1368. Quicunq;.

MVlier calumnioſè aliquem ſtupri accuſan puniatur. L. 34. P. 214. HL. 292. HP. 203

Caſ. Bois c. 1451 Item volumus.

Falſarij Citationum, & Calumniatores per Iudices puniantur. L. 88. P. 646. HL. 30. HP. 491

Caſ. Nieſk. 1454. Cum omnis.

Calumniator calumniato ſeſe purganti pœnam trium Marcarum luat, & Iudicio totidem. Purgatio verò calumniatoribus, ter duntaxat concedi debet, quartò autem naribus præcidatur & infamis ſit. L. 94. P. 569. HL. 30. HP. 491.

Calu-

Alex. Pet. 1496. Item cum frequentib.

Calumnioſè aliquem inuaſionis domus accuſans, ex ſcrutinio in calumnia repertus, pœna infamiæ & cauteriſationis in facie puniatur. L. 106. P. 217. HL. 30. HP. 205.

Sig. Crac. 1507. Quia poſſet.

Falſarij pannorum, puniantur pœna falſi, & amiſsione pannorum quorum tertia pars Palatino, reliquum Regi cedere debet. S. 4. P. 318. HL. 177. HP. 313

Sig. Pet. 1538. Quia impunit.

Falſator inſcriptionũ, pœna inuaſionis domꝰ puniatur. S. c. 3. P. 597. HL. 93. HP. 520.

Aug. Pet. 1550. Pozwy potwarnie.

Citationes calumnioſæ in illo Iudicio cognoſcantur, in quo producuntur, dum pars id expetierit, appelletur autè ad Regem. P. 646. HL. 30. HP. 492. C. 4.

Conſtitutiones de calumniatoribus Annorum 1565. & 1578. habes ſupra ſub titulo de Iudicijs Comitialibus.

Sig. Crac. 1588. Orzecźdy/ ic.

Pœna pecuniaria, conſtitutione Anni 1565. contra calumniatores ſancita, ad ducentas Marcas protenditur, quæ ibidem decerni debet, cum pœna turris & damnorũ refuſione, ſi tamen quis per iuramentum crimen diluit, eam pœnam non petat. C. 35.

CAPVT NONVM.

De Incendiarijs.

Caſ. Wiſ. 1368. Vt itaq;.

PRo incendio accuſatus, ſi ſeſe expurgare non poterit, pœnam quatuordecim Marcarum Fiſco luat. L. 15. P. 215. HL. 114. HP. 203

Idem ibidem. Ex lege imperiali.

Incendiarij & exuſtores voluntarij, morte crudeli puniantur, quos neq; Eccleſia defendit, neq; Ciuitates, aut villæ in iure Teuthonico locatæ, imò ex illis trahi, & iure Polonico iudicari & puniri debent. L. 23. P. 216. HL. 113. HP. 204.

Ieg. Crac. 1423. Ac latũ eſt nobis.

Pro incendio Capitaneus iudicat. L. 45. P. 213. HL. 33. HP. 201.

Idem ibidem. Frequenter.

Per Auripirium ſyluam incendens, iure Polonico iudicetur, ſicut incendiarius, & quamuis infamis non eſt, conuictus tamen ſi fuerit kmetho, & non eſt ſolueñ. redimat vitam 10. Marcis. L. 47. P. 216. HL. 113. HP. 204

Ieg. Iedl. 1433. Ille tamen.

Incendiarius vbiq; capiatur. L. 51. P. 271. HL. 114. HP. 553

CAPVT DECIMVM
De violenta expulsione.

Cons. Crac. 1505. Primo cum.

Ausas violentæ expulsionis, iudicat Capitaneus ad querelam. L.121.S.2.P.230 HL.220.HP.210

Sig. Crac. 1539. Crebrò.

Pro violẽta expulsione de particula fundi Capitaneus non iudicat. P.544.

Sig. Crac. 1543. Quia negotium.

Expulsi infra mensem adeant officium Capitaneale, P.545.HL.222. protestationem (si volunt) faciant, & ibidem expulsores citent, officium verò ad bona descendat, de possessione antiqua perquirat, (quæ testimonia à nobilibus sub Conscientia, à kmethonibus sub iuramento exigi debent) & iuxta indagatam veritatem decidat. Exceptis pupillis quorum bona tutores alienarunt, quibus præscriptio nocere non potest, Citatus ad munimenta dilationem habeat ad proximos terminos illorum actorum, ad quę prouocat, nominare tamen debet munimenta, ad quę dilationem petit. Si nihil ad causam attulerit, causa cadat, Pro damnis verò Iudicium Terrestre cognoscat.

Hæc lex Annalis erat, sed reasumpta Anno 1588. vt infra.

Sig. Crac. 1588. Ogwalt wybi De violentis expulsionibus stetur statuto Regis Sigismundi Anni 1543. c.30.

Idem Warſ.1598 Cause. Causę expulsionis apud Tribunal, inter causas officij iudicentur instar causarum de Exemptionibus bonorum. c.19.

CA-

CAPVT XI.
De iniurijs, damnis, & inuentis.

Cas. Wiſs. 1368. Quidam.

QVercum ad axem valentem excindens, vel minoribus quercubus alijsúe lignis currum implens, pœna trium marcarum puniatur. Arbor verò fructifera quælibet 12. grossis soluatur, cum pœna trium marcarum. L.26.P.548. HL.220.HP.533

Idem ibidem. Statutimus.

Plantationes si quis euulserit, etiam proprias (earum enim medietas fundo debetur) sex marcis puniatur. L.27.P.547. HL.183.HP.535.

Idem ibidem. Si quis excoliat.

Qui violenter colit aut seminat agros alienos, seminibus careat cum pœna trium marcarum. L.28.P.546. HL.8.HP.532.

Idem ibidem. Pro currv.

Currus fœni, vi raptus, tribus scotis soluatur cum pœna trium Marcarum parti, & Iudicio totidem. L.28.P.546. HL.93.HP.532.

Cas. Wiſs. 1368. Item pro vna caſſula.

Pro vna Cassula frumenti, parti tres, Iudicio sex Marcæ debentur, si verò ea noctu recepta sit furtum est. L.28.P.546. HL.101.HP.512.

Idem ibidem. Bartoldus.

Prati demessor, si dicat se illud apud Wladarium defunctum emisse ad probationem admittatur. L.29.P.548. HL.186.HP.534.

Cas. Wiſs. 1368. Statuimus etiam.

Si quis transgressus limites, ligna inciderit, primo in securi, secundò in tunica, tertiò in bobus vel equis pignoretur. Pignorans verò vno boue vel equo pro se relicto, alium ad fodeiussoriam dimittat, signato loco damni in arbore. Pro quercu vna vel duabus furtim cœsis, per sex scotos, pro tribus tres fertones debentur, cum pœna triũ Marcarum parti & Iudicio totidem, si verò propagines tantum inciderit, quatuor scotis liberetur, idem de quercubus aquaticis. Pro quercu in merica cœsa, duo scoti soluantur, si ramos duntaxat inciderit, pignoretur tantum. Pro arbore cum apibus vna marca, pro arbore verò sine apibus, apta tamen apibus media marca & Iudicio totidem debetur. L.34.P.548. HL.220.HP.533

Idem ibidem. Statuimus etiam.

Porcos in sua sylua reperiens prima vice vnum, secunda duos mactare potest, signo in loco damni facto, tertia verò vice omnes potest recipere & ad Curiam Regalem pellere, cum Rege eas diuisurus. Si verò pars neget in illo loco damnum fuisse factum, pignorans ostendet signum, & probabit iuramento porcos illic repertos fuisse. L.35. P.549. HL.183.HP.535.

Cas. Wiß 1368. Statuimus.

Porcos ad glandes nemo pellat per bona vicini, sed per viam quæ ducit ad syluam, Dominus verò per cuius syluã pellendi sunt porci triginta vlnis ab vtraque parte vice, glandem amoueat. L.35. P.549. HL.243.HP.535

Idem ibidem. Præterea.

Depastor vel incisor graminis in tunica vel pallio pignoretur. L.38. P.547. HL.94.HP.532.

Sig. Crac. 1523. Primaria.

Precioſorum lignorum excisor capiatur & detineatur, donec fideiussores det. L.46. P.549. HL.244. HP. 534.

Cas. Pet. 1443. Nonnullorum.

Iniuriam suam nemo vlciscatur, neque guerras excitet, bellumúe citra Regium consensum inferat, alioquin damna omnia hoc nomine accepta refundet. Si verò soluendo non fuerit in corpore punietur. L.91. P. 362 HL.105. HP. 557

Ex confœderat. Borczyn. 1438.

Si quis aliquas inobientias, contra ius commune, vel guerras Regi & Regno damnosas moueat, in iure Terrestri non contentus, vel hæreses seminet, contra talem omnes consurgere debent, in eius destructionem sub fide & honore, neque illi consilio auxilioúe patrocinari, etiamsi sit Consanguineus vel amicus. L.76. P.171. HL.106.HP.162

Sig. Crac. 1532. Crebro iam.

Pro damnis in campis, pratis, & segetibus, per seruos alicuius datis, si sint impossessionati serui, & arestati, dominus requiratur, ad iustitiæ administrationem, si possessionati ipsi conueniantur. S.a. 2.P.349. HL.242.HP.358

Cas. Wiß 1368. Item Martinus.

Inuentor si neget se rem pro qua culpatur inuenisse iuramento euadat. L.30. P.558. HL.124.HP 549

CAPVT XII.

De Abigeis, & si quadrupes pauperiem fecerit.

Cas. wis. 1368. Nicolaus. Vt quilibet.

EQuus in accommodatione læsus, per duas Septimanas curetur, nisi curatus fuerit, accommodans de damno componat. L.21.P.505. HL.90.HP.540.

Damnum per pecora maiora datum si ea abacta fuerint, resarciatur, quarta denariorũ à quolibet pecore. L.23.P.552. HL.178.HP.536.

Quartum denariorum vnum grossum intelligi debere ex lege eiusdem Regis de vsuris quæ folio 26. statuti Lascani continetur coniecto.

Item ad euitan.

Pecora abacta, per noctem seruata in crastinum ad foreſtam Regiam vel ad Curiam Castellani aut Iudicis depelantur. L.23.P.552. HL.178.HP.536.

Cas. wis. 1368. Præterea.

Pastor, asserens se ouem cum alio pecore in villam reduxisse, iuramento probet. L.35.P.553. HL.177.HP.538.

Idem ibidem. Cum alieni.

Boues alienos si quis vi receperit, passus verò iniuriam protestat⁹ fuerit, recipiens pro neglectis laborib⁹ quatuor boum, soluere debet qualibet Septimana quatuor Scotos, cum pœna trium marcarum parti & Iudicio totidem. L.28.P.551. HL.29.HP. 535.

Idem ibidem. Vbi Curiæ

Vbi Curiæ Regales sunt remotæ, possunt pecora ad curiam Castellani aut Palatini, ibidem commorantis pelli. L.32.P.554. HL.180.HP.539.

Idem insuper statuimus.

Interficiens iumentum indomitum quatuor marcas soluat. Poledrus tribus marcis ictus verò vel plaga iumento inflicta vna marca cum dimidia soluatur, pro Poledro verò, tertij quarti vel quinti anni, soluatur iuxta æstimationem, iuramento iniuriam passi imponendam. L.34.P.554. HL.179.HP.536.

Idem ibidem. Statuimus. Iumenta à ferijs diui Alberti, ad ferias diui Martini ſub cuſtodia paſcantur, alias conuictus pœnam luat vnius marcæ, ſed pecora abacta ad domum propriam non pellantur. L.35.P.553. HL.179.HP.537

Idem. Statuimus. Paſſus damna per furtum vel ſpolium, in pecoribus vel rebus minutis, infra annum, pro iumentis verò & equis, vi vel furto ablatis, infra biennium agat, alioquin poſt biennium, ſine teſtibus agere non poterit. L.38.P.554. HL.188.HP.538.

Caſ.Nieß.1454. Item Statuimus. Tenutarij bonorum Regalium, ſi pecus abegerint, neq; illud ad fideiuſſoriam cautionem dederint, eidem iuri eidemq; pœnis ſicut alij nobiles ſubiaceant. L.95.P.553. HL.179.HP.537

Conſ.Crac.1505. Item terminus. Facionatus terminus, dari debet vna ſeptimanâ, areſto præmiſſo, idq; Iudicium ad Capitaneum pertinet. L.123.P.551. HL.11.HP.536.

Ibidem. Item ſi aliquis. Pecora propter damnum abacta, ad fideiuſſoriam dentur, ſi verò detentor noluerit, monitus per Miniſterialem & duos Nobiles, citetur ad Iudicium Caſtreñ. & ſoluta pœna trium marcarum det ad fideiuſſoriam, pro qua pœna Capitaneus iudicet, damna verò in Iudicio Terreſtri cognoſcantur. L.123.P.552. HL.179.HP.537

Ibidem. Item ſi aliquis. Pecus propter damnum abactum, intra triduum ad Foreſtam Regiam præſentetur, & ſi præſens fuerit dominus pecoris, ad fideiuſſoriam eidem detur, alioquin abactor illud effideiubeat, & iterum in duabus Septimanis illud præſentet, ſic & tertio, ſingulis autem vicibus ſoluat Burgrabio groſſos 12. Si verò interea dominus pecoris venerit, & pecus fideiuſſerit, recipiat illud, pro damnis verò ad Iudicium Terreſtre remittantur. Sed ſi neq; tertio dominus pecoris veniat, inter abactorem & menſam Regiam diuidatur, ſumptus verò in eam rem factos, abactor ex ſua portione repetat. Ibidem.

Ibidem. Si aliquis. Pecus in damno abactum, ſi quis ad tertiam diem ad Foreſtam Regiam non dederit, & areſtatum apud eum fuerit, Citatus ad Caſtrum illud reſtituat, cum pœna trium Marcarum, Iudex tamen Caſtreñ. pro damnis non Iudicet, ſed ad Iudicium Terreſtre remittat. L.123.P.552. HL.178.HP.537

Sig.Pet.1538. Interdicitur. Equi & equireæ, extra Regnum non pellantur. Sc.2.P.419. HL.90.HP.336.

Aug.Pet.1550. Rome p.3c3 Pupc3c. Equi extra Regnum ne ducantur, quod Capitanei animaduertere debent iuxta ſtatuta. HL.90.HP.540 C.3.

Equi

Aug.Warſ.1557 Aby Ronie. Equi extra Regnum ne ducantur, ſub amiſsione, quod videant Capitanei & Teloneatores ſub pœna ducentarum Marcarum. Notarius verò Thelonei, eos dimittens, 12. Septimanis Turrim ſuſtinere debet. HL.90.HP.540 C.7.

Aug.Warſ.1557 Rone Krote. Neque in vijs vendantur, dum ad nudinas pelluntur. Capitanei verò liberam, emptionem eorum, Nobilibus non impediant, ſub pœna centum marcarum, pro qua coram Rege vel officio Caſtreñ. reſpondere, in primo peremptorio termino debent, ibidemq; ſatisfacere, ea autem pœna inter Regem & Actorem diuidi debet. HL.90.HP.540 C.7.

Sig.Crac.1588. O Bydle. Pro pecore abacto, & per triduum ad Foreſtam non dato, coram officio, non Iudicio Caſtreñ. ageñ. A fideiuſſione verò pecoris, non amplius, quàm groſsi duodecem ab omni pecore exigantur, pro damnis verò vt Iuris eſt Terreſtri Iudicio ageñ. eſt. C.39.

CAPVT XIII.

De feris animalibus, venationibus, & apibus.

Caſ.Wiß.1368. Petrus taxic. Accuſatus pro furto apium, vel mellis, ſi bonæ famę eſt, & aſſerit proprium mel ſe tuliſſe iuramẽto euadat, præſertim vbi Actor per viſum furtum non probat. L.17.P.545. HL.9.HP.539.

Caſ.Wiß.1368. Statuimus. Si quis autem. Cum apibus arborem ſuccidens, vnam marcam paſſo damnum ſoluat, Iudicio alteram; ſine apib⁹ verò, aptam tamen apibus ſuccidens, paſſo mediam marcam, & Iudicio totidem ſoluat. L.35.P.557. HL.9.HP.539.

Leg.Crac.1423. Mellificia. Cmethones ſub alio Domino mellificia habentes, tributa Domino nemoris ſoluant, alioquin pignorentur, citra iniuriam Domini illorum qui & ius dicere de eis tenebitur. L.46.P.555. HL.9.HP.539.

Ibi. Cum autem Lepores venari in fundo alieno nemini licet, à feſto L.47.P.556. HL.148.HP.540

S.Adalberti ad deportationem omnium frugum sub pœna trium marcarum.

Sig.Crac. 1423. Nonnullæ. Ceruum, aprum, onagrum, ante canes alterius, vi vel clam rapiens pro pœna tres Marcas, aliâs verò tres ei cui fera debebatur luat. L. 47. P. 556. HL. 38. HP. 541

Diuersam habent statutorum authores eius legis lectionem. Prilusius legit aut canes alterius, &c. Lascus verò & Herbortus in Polonica editione habent ante canes & sic fortassis melius.

Aug. Warss. 1557 Statuimus. Vulpeculas nemo ex foueis colligat, sub pœna decem Marcarum. HL. 306. HP 542 C. 7.

CAPVT XIIII.

De saluo conductu.

Cass. Wisn. 1368. Statuimus. Accusato de aliquo crimine, & ad declaran. innocentiam non admisso Episcopus Cracouien. vel Palatinus Cracouien. aut Sandomirien. saluum conductū ad duos menses det, & interea gratiam Regiam quærat, aliâs eum ad limites Regni deducet, infra vnum annum gratiam petiturum absq; infamia. Profugorum tamen malicioſè, & damna inferentium bona confiscentur, & immobilia fisco addicantur, mobilia verò inter Regem & Barones diuidantur, dotalitio vxoris saluo. L. 35. P. 572. HL. 228. HP. 555.

Alb. Pet. 1496. Item Quoniam. Saluus conductus timentibus dandus est, ad expurgan. sese & iusticiam peten. L. 100 P. 573. HL. 229. HP. 556

Alex. Rad. 1505. Conquirentibus. Capitanei subditis contra dominos, saluos conductus ne dent. L. 116. P. 573. HL. 229. HP. 556

Sig. Crac. 1539. Vt in vtramq; Nullius salui conductus pœna incurratur, nisi qui fuerit publicatus. P. 574. HL. 229 HP. 557.

Saluus

Sig. Crac. 1543. Ex mutuo. Saluus conductus non detur subditis, nec famulis, contra dominos; neque ciuibus contra Nobiles tantum inter Ciues. P. HL. HP. ibid.

Lex annalis postea approbata vt infra.

Aug. Pet. 1550. Gletty. Sig. Crac. 1588. O modo: gicest. Saluus conductus non nisi iuxta statuta detur. P. 573. HL. 229. HP. 557. C. 3. C. 25.

Statutum Anni 1543. de non dandis salui conductus literis ciuibus, contrà Nobiles, approbatur, dentur tamen ciuibus & subditis, contra Capitaneos, & Tenutarios, vadia quoque Nobili contra Nobilem, & ciui contra Nobilem (modò de nomine specificetur) dari possunt, ratione verò vadij forum in Iudicio Terrestri, salua appellatione ad Tribunal Regni. Literæ denique moratoriæ, ciuibus & Iudæis, contra Nobiles non dentur; inter ciues verò, ex iustis in iure descriptis rationibus concedantur.

CAPVT XV.

De Hæreticis.

Ex Priu. Iag. Wisn. 1424. Hæretici, eorumq; fautores, vbiq; per Capitaneos & officia ciuilia capiantur. Venientes de Bohemia, per Inquisitores Hæreticæ prauitatis examinentur. Qui infra festum Ascensionis Domini, de Bohemia non redierit, pro conuicto hæretico reputetur, bona ipsius confiscentur, exhæres esto, infamisq; perpetuò, cum patribus & progenitoribus, successoribusq; suis, nec vllo Priuilegio nobilitatis gaudeat. L. 75. P. 169. HL. 106. HP. 161.

Ex cõfœderatione Borczyñ. 1438. Si quis iure communi non contentus, guerras excitet, vel hæreses promoueat, contra talem omnes consurgere debent, nec eidem vllo verbo, consilioúe auxilium ferre, sub fide & honore, etiamsi sit sanguine iunctus, Iuribus Regni saluis. L. 76. P. 171. HL. 106. HP 162.

Sig. Crac. 1543. In eo cum Consiliariis.

Vnicuique liberum sit extra Regnum studiorum causa proficiscí modo ne hæreses discat, vel adferat. P. 172. HL. 107.

Idem Ibidem. Inprimis.

Hæreseos Iudicium pertinet ad Spirituales. Ibidem.

Vtraq; hæc lex Annalis

CAPVT XVI.

De Rebellibus.

Sig. Crac. 1588. Processus contra rebelles.

OMNES qui tumultuum sub inauguratione Regia excitatorum rei sunt, per Instigatorem citentur. Terminus in citatione quatuor septimanarum sit, positio Citationis in officio Castren. publicetur. Citati peremtoriè compareant, qui comparuerint per Regem cum octo Senatoribꝰ, & totidem deputatis, ex ordine Equestri, vnius duorum vel trium absentia non obstante, iudicentur, contra absentes in Contumaciam procedatur, decreta omnia Capitanei locorum exequantur. Nobilitas omnis contra tales moueatur. Si oppugnans aliquis sit, id fiat per militem mercenarium. Si verò ipse Capitaneus, eius criminis reus sit, vicinior Capitaneus, in eum executionē extendat. Via ad quærendam gratiam Regiam omnibus pateat, si qui ante terminū per exercitus Regni in conflictu comprehēdantur, vel interficiantur, ij pro hostibus patriæ declarantur, bonaq; eorū confiscantur, quæ in recompensam damnorum, ijs qui ea passi sunt cōferantur. Qui verò neq; armis, neq; vlla praxi violenta, Rempub. turbabant, quamuis diuersæ sententiæ fuerint, absoluuntur. Etiamsi Rex alicui pepercerit, priuatis tamen contra illos actiones de damnis & illatis iniurijs pateant, quo nomine vel in Comitijs vel coram Tribunali respondere tenebuntur, pœnæ ratione expeditionis ad Wisliciam laudatæ, & ratione denegatæ C. 43.

negatæ electionis peditum, omnibus remittuntur. Senatores omnes vtriusq; status, (exceptis Episcopis & Palatinis, ad quos Secrearij missi sunt,) itidē Dignitarij, Officiales, Capitanei, & bonorum Tenutarij, infra quatuor septimanas in officio Castren. proprio vel viciniori; in Prussia verò, coram Palatinis, fidem & obedientiam iurent. Ad quem actum non nisi vno amico, vel seruitore concomitentur, idq; sine pixidibus, quod iuramentum omnes faciant, sub pœna de expeditione bellica sancita, & sub priuatione Regaliū bonorum. Exceptis ijs, qui extra Regnū sunt vel Regi seruiunt, qui tamen post reditum in duabus septimanis, idem faciant, ab ijs iuramentis Notarij nihil exigant. Si quis eam constitutionem violasset, pœnis suprascriptis sit obnoxius. Is processus seruetur ad futura Comitia, in ijsdem iudicijs proponantur causæ quartam partem tangen. & ea retenta, ita dispensentur, sicut exactio anni præsentis.

Sig. Warsc. 1589. Adhærentowie.

Hæc constitutio ita postea mitigata est, & primùm omnia acta & gesta Illustris & Magnifici IOANNIS Zamoscij exercituum Ducis, approbantur, nec minus gratiæ illi aguntur, quod parta ad Byczinam victoria, modestissimè vsus sit, sanguiniq; ciuili & Christiano pepercerit. Ii itaq; omnes, quicunq; partes Archi Ducis Maximiliani sequuti sunt, circa honorem, vitā, & bona terrestria, tàm immobilia, quàm mobilia, quibus iure belli priuati non sunt, conseruantur, Dignitatum & Regalium bonorum collatione, ex eorum commisso, vigore proximè præteriti conuentus, cuicunque facta salua. Porrò ad Regis gratiam ita admissi sunt, vt in eodem conuentu in facie Reipub. fidem & subiectionem iurent, eodemque iuramento caueant, quod imposterum pacificè victuri sint, turbas & machinationes nullas in Rempub. faciant, simultates & inimicitias quas cum Senatoribus, Magistratibus, & Ciuibus Regni habent, deponant, & eodem iuramento idipsum affirment, quod eas tam per se, quàm per submissas personas nunquam renouabunt, sed pacem & tranquillitatem colent. C. 11.

Hæc autem iuramenta Actis terrestribus Warsauiensibus inserantur. Insuper vadiũ inter eos omnes, inter quos simultates erant, interponiur, ducentorum millium florenorum primo termino peremtoriè assignañ. Deniq; ijs qui detenti erant cautum est, ne contra illos præscriptio vlla currat. De ijs verò qui vel in potestatẽ non venerunt, vel fide non seruata ex detentione sese subduxerunt, vel iure decernatur vel gratiam Regis quærant. Porro ij qui in gratiam recepti fuerint, simile iuramentum præstent, & eidem vadio subiaceant. Quæ verò actiones in præsenti conuentu finem suum sortitæ non fuerint, in futuro conuentu cognoscantur. Interim verò tales, neq; practicent neq; ad exteras nationes eant, neq; mittant neq; vllã cointelligentiã cum externis habeant, siue per se, siue per alios, imò cum omnibus sese pacificè gerant, sub pœna capitis, infamiæ, & vadijs prædictis. Ij quoque qui ciuiliter pro damnis & alijs iniurijs ad moderna comitia citati sunt, remitttuntur ad Tribunal, vbi inter causas officij terminũ habebunt peremtoriũ, post-determinationẽ conuent⁹ in sex septimanis, ex eisdẽ citationib⁹; eas verò actiones in quib⁹ processus factus est in conuentu, licebit cuilibet in eodem Tribunali prosequi, adcitatione præmissa. Qui etiam Cracouien. in contumaciam condemnati sunt, ijs via non præcluditur, quæreñ. suis modis gratiæ Regiæ.

Executio decreti contra Samuelem Zborovvsky latti, approbatur.

Sig. Warſ. 1589. Exequutia. Actus omnes in præteritis Conuentibus eo nomine instituti abrogantur, & perpetuum silentium omnibus imponitur. c. 13.

Sig. 3. warſ. 1591. Reſtitutio. Christopherus Zborovvsky pristino honori restituitur, decreta Regis Stephani contra illum in causa criminis læsæ Maiestatis, & alijs duabus criminalibus causis lata abrogantur, ita tamen vt in Poloniam ad annorum viginti decursum, ex nulla occasione & prætextu veniat, alioquin in idem recidet. c. 9.

Tum

Tum vt contra subditos Regis & Regni nihil vnquam mali per se vel per subordinatas personas moliatur sub eadem pœna. Eo tamen exemplo alijs decretis Regijs non derogetur, quæ sacrosancta permanere debent.

Sig. 3. warſ. 1593 Approbatio. Saluus conductus Christophoro Zborovvski datus approbatur ad duas septimanas post determinationem conuentus, saluis constitutionibus Annorum 1589. & 1591. personam, & familiam ipsius tangentibus. c. 14.

PROM-

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

Per PAVLVM SCZERBICZ Secretarium S. R. M. conscripti,

PARS QVINTA.

CAPVT VNICVM.

De bello, expeditionibus, & disciplina militari.

Cas. Wiß. 1368. Im militare.

QVilibet sub certo vexillo militet, neq; stationes seorsiuas faciat, aliâs per Succamerarium capiatur, & Regi præsentetur, cui⁹ equi Succamerario debentur. L. 8. P. 859. HL. 24. HP. 572.

Cas. Wiß. 1368. Quia onus.

Sculteti omnes tàm Spiritualium quàm secularium militent. L. 10. P. 867. HL. 249. HP 562

Cas. Wiß. 1368. Cum in iure Bodz: Clerici verò.

Clericus bona hæreditaria possidens militet aut bonis cedat, alioquin confiscabuntur. L. 10. 57. P. 867. HL. 70. HP. 559.

Euntes

Cas. wiß. 1368. Expedit Reipub.

Euntes ad expeditionē, in campis non in villis stationes faciant, moderatè sumptis pro se & equis pabulis sint contenti, ædificia ne ex syluis Nobiliū extruant, alioquin damna passis, iuxta illorum iuramentum satisfaciant cum pœna trium marcarum parti, & Fisco Regio totidem. L. 25 P. 893. HL. 17. HP. 564.

Cas. wiß. 1368. Sed quia.

Nobiles secundum quantitatē suorum bonorum arma limitent modò bona habeant libera, extra meras tamē Regni non militent nisi illis satisfiat rogatis. L. 33. P. 865. HL. 15. HP. 558.

Idem Hoc statutū.

Donatio in bello facta, morteq; donatarij, aut donatoris confirmata etiam sine priuilegio valet. L. 38 P. 934. HL. 81. HP. 572.

Idem cum itaq;.

Pabula vi non recipiantur, vendere nolentibus, sed re sua quilibet liberè vtatur. L. 39 P. 893. HL. 174. HP 564.

Ex Priu. Iod. Cas 1374. Ex Priu.

In expeditione capt̄is vel damna passis extra Regnum Rex satisfaciat. L. 40. 50. P. 866 HL 16. HP. 558

Iag. in Iedl. 1433.

Insultus tamē hostiles, Nobilitas suo sumptu propellat

Idem ibidem.

Rex pro quolibet captiuo Nobili det militib⁹ per vnā sexagenā, Plebeis verò ipsi capientes depactent vt volunt. ibidem.

Idem ibidem. & Cas. Nieß. 1454. Item pollicemur.

Nobili in expeditione bellica fines Regni transeunti, Rex quinq; marcas super hastam det, quod si post distributā pecuniam per biennium Rex bellum non continuauerit. Nobiles ratione illius pecuniæ, nihil debeant, neq; eam restituere teneantur. Si verò intra bienniū ad bellum eatur, nihilominus pecunia penes Nobilitatem maneat. ibidem. L. 92.

Iag. per Edictum.

Milites ad expeditionem euntes in Ciuitatibus, Oppidis, villis, allodijs, stationes ne faciant, ad victum soluant bouem media marca, vaccam grosis 16. porcum grosis 12. mutonem grosis 2 duas aucas grosso vno, sex pullos grosso vno, capetam tritici grosis 2. capetā siliginis grosso vno, capetam aūenæ grosso vno. L. 63. P. 894. HL. 17. HP. 565.

Cas. Petr. 1474. Edict. in Comitijs

Transgressores huius statuti pœna 14. marcarum puniantur, cum refusione damnorum, iuxta iuramentum iniuriam passi taxandorum, quod iuramentum, Episcopi remotiores, per Procuratores facere possunt, pro quibus damnis liceat damnum passo quo velit citare, vel ad Spirituale, vel ad Seculare iudicium. L. 68. P. 897. HL. 18 HP. 568.

Caſ. Petr. 1447. Nonnullorum.

Iniuriam ſuam nemo vlciſcatur, neq; bellum ſine conſenſu Regio inferat, neq; cum domeſticis guerras excitet, alioquin damna omnia hoc nomine accepta refundet, ſi verò ſoluen. non fuerit, in corpore punietur. L 91. P. 862. HL. 105. HP. 557

Caſ. Nieſs. 1454 Item ſtatuimus.

Filium vel fratrem indiuiſum, adultum & armis aptũ habens, poteſt eum, etiã abſq; Regia licentia ad expeditionem in locum ſuum mittere, modò ita eum expediat, ſicut ſolus ire debuit. L. 95. P 868. HL. 16. HP 561.

Caſ. Nieſs. 1454. Item pollicemur. Sig. Crac. 1527. Quia tamen.

Bellum non niſi in comitijs decernatur, vbi tamen neceſsitas ingrueret, Rex expeditionem iubeat. L 95. HL. 13. P 890. HP 16.

Caſ. in Opatowiec 3. 1474. per Edict.

Spirituales per milites damna paſsi, coram Capitaneo agant, tanquam pro articulo Caſtren. ad probationem, ſi volunt, admittantur, ſi verò reum malint admittere ad iuſsurandum, ſtet illorũ arbitrio. Liberum quoque ſit Spiritualibus, coram Rege hoc nomine agere, vbi citra prouocationem ad diſtrictum iudicetur, minores & miſeriores Spirituales, agant in Iudicio Spirituali, excommunicent, & exequutionem contra excommunicatos petant. L 68. P. 897. HL 18. HP 568.

Sig. Pet. 1538. Bellicam exped.

Conuentus particulares, in locis ſolitis, præcedant expeditionem bellicam, neq; ad eam immutandam, conuentus indicantur. Ibidem.

Alb. Pet. 1496. Item conſideratis.

Stipendarij milites, ſi damna dederint Spiritualibus, ad ſatisfactionem compellantur. Præfecti verò illorũ in turrim inijciantur. L 109. P 953. HL 265. HP 569

Sig. Crac. 1510. Quod abuſus.

Caſtellani exercit⁹ ſuos ducant, & ab inferendis damnis cohibeant, alioquin damna reſarciant, & pœnam 14. Marcar. Regi luant. Palatini verò cum Caſtellanis diſtrict⁹ ordinent, quos Caſtellani ducant, quatriduo tamen in loco certo expectent, tandem ad locum reſtibus aſsignatum venientes, Palatino diſtrictum tradant. S. 9. P. 898. HL. 36. HP. 570.

Sig. Bidg. 1520. Item ſtatuimus. Sig. Crac. 1510. Statuto vetuſto.

Si verò Caſtellanus morbo, aut aliqua cauſa impeditus abſit, Nobilem in locum ſuum ſubſtituat. S. 27. P. 898. HL 36. HP. 570.

In diuerſis terris bona habens, ex ijs bonis ipſe militet, in quibus eum reſtium literæ præuenerunt. Ex alijs verò per alium vices ſuas expleat. S. 14. P 868. HL 16. HP 561.

Sig. Pet. 1519. Quocunq;

Pecuniam ad ſeruitium bellicum accipiens, & nõ ſeruiens, per Capitaneum abſque citatione capiatur, & illud tempus S. 23. P. 954. HL 24. HP. 573.

tempus quo ſeruire debuit, carere expleat, pecuniamque reſtituat, ſiue ſit poſſeſsionatus ſiue non. Qui verò diem præſtitutam neglexerit, arbitrio Regis, & campiductorum puniatur.

Sig. Bidg. 1520. Item Statuimus.

Æger qui in bellum ire non potèſt, Caſtellanis præſentetur, cum quatuor teſtibus ſuper vera infirmitate iuret, niſi iurauerit, bona ipſius alteri donentur, & ille nihilominus expeditionem faciat. S. 25. P. 891. HL. 14. HP. 563.

Sig. Bidg. 1520. Statuimus.

Literę reſtium ternæ bello præmittantur. S. 25. P 891. HL. 13. HP. 562.

Aug. Pet. 1550. Wićy iedne.

Vnæ tamen pro binis non dentur, niſi ita in Conuentu ſit conſtitutum. P. 891. HL. 223. HP. 563. C. 3.

Sig. Pet. 1523. Quia milites.

Milites mercenarij in Ruſsia, damna illata, acceptis ſtipendijs reſarciant. S. 29. P. 953. HL 265. HP 574

Sig. Pet. 1528. Item vt expeditio

Caſtellanus ad bellum iturus, tres vel quatuor dies in certo loco expectet. Nobiles verò qui ad Caſtellanũ opportunè non venerint, ſi ipſi abſq; Caſtellano damna dederint in duplo ſoluant. Caſtellanus quoq; cum diſtrictu ſuo procedens, ſtatiua in villis non habeat, kmethonibus commeatum negantibus, per familiares ſuos recipiat, & inter omnes diuidat. Parata pecunia autem omnia ſoluantur, fœnum quantum vnus equus ferre poteſt, vno groſſo, quantum duo duobus, quantum tres tribus, quantũ quatuor quatuor. Caſſula ſiliginis tribus groſsis, bos media marca, iuuenca groſsis 16. porcus gl. 12. aries gl. 3. anſeres pulli iuxta ſtatuta. S. 29. P. 898. HL. 36. HP. 570.

Sig Crac. 1532. De militibus.

Capitaneus generalis exercituum cum Palatinis & Caſtellanis prouideat, ne milites mercenarij damna inferant, illata verò perſoluant. Si verò reuertentes vel reuerſi damnum alicui dederint, Rex iuſticiam faciet, vel eius Officiales. S. 2. P. 899. HL 37. HP. 571.

Sig. Crac. 1527. Quilibet autem.

Præfecti Palatinatuum non per ſubſtitutos, ſed per ſe ducant cohortes, & proſpiciant ne damna inferantur, aliâs ipſi ea refundere tenebuntur, ideoq; partem ſtipendij retineant, ex qua pro iniuriante ſatisfaciant, diſceſſuri verò duabus ſeptimanis ante expirationem ſtipendij eant, vt faciliùs militem in obedientia retineant. S. 3. 953. HL. 265.

Videtur hæc lex facta eſſe pro vna illius anni expeditione.

Sig.Pet.1538. Cerebimus. Aug.Pet. 1550. Wiéy ieone.

Ab expeditione nemo liberetur, nisi ægroti, senio confecti, negotia Reipub. obeuntes, & Vicecapitanei arcium, vbi Iudicia celebrantur, & earum quæ sunt in confinio. S.b.4.P. 891. HL.14.HP.536. C.3.

Sig. Crac. 1540. Ma postulan. Aug.Pet.1550. Stubem Żądź

In expeditione bellica, & exercitio rei militaris, Nobilis sponsione fidei obstringi potest. P.271. HL. 260. HP. 573. C.3.

Sig.Pet.1538. Visum est. Aug.Pet.1550. Iż gdźie ludźi

Spirituales probent in proximo conuentu, quod sculteti illorum sint exempti ab expeditione bellica, aliâs militent. Sc.1. P. 867. HL.249.HP.562

Aug.Pet. 1562. O ekázowá niu.

Lustratio bellica instituitur. HP.574. C.17.

Aug.Mars.1563. Okázowániu.

Tandem & perficitur. HP.575. C.23.

Aug.Pet.1565. Okázowánie.

Cui tempus præfigitur, aulici verò & milites excipiuntur, donec redeant. C. 58.

Aug.Pet. 1562. O Sługeniu O służbie Sołtysow.

Verum spirituales eorumque sculteti ex fundis Terrestribus bellum seruire teneantur, deliberatur ad futurũ conuentum, & literarum reuisionem. C. 16.

Aug.Pet. 1567. Żołnierze.

Milites cum Rege ad bellum euntes à Iudicijs liberi, exceptis ijs qui ad inscriptionem, vel pro violentijs citantur. C. 77.

Steph.War.1578 Żołnierze.

Literas autem testimoniales è Cancellaria habeant. C. 193.

Idem Mars. 1581 Exẽptis Żołnie.

Qui verò literas tales accipiunt, nec bellum seruiunt, causam amittant. C. 220.

Steph.War.1581 A iż poparćie item vniuersalib. literis.

Hoc idem repetitum est postea & ita declaratum, vt illi qui pro violentijs per illos propriè illatis, vel ad inscriptiones recentes, non antiquatas (antiquatæ autem sunt decennales) citati sunt respondeant, seruitio non obstañ. aliâs non, etiamsi alicuius procurator, ad vlteriorem processum iudicialiter adactus sit. Eadem prærogatiua gaudere debent vxores militum. Hæc autem lex Palatinatus Crac. & Sandomirien. non afficiat. C. 211.

Rex

Proceres Andreio vic. 1576. Steph.Cra. 1576. O Woinè albo Steph Cra. 1576. Pczy z wolenie woiny.

Rex expeditionem absq; conuentu non indicat. C.147.

Nobilitas concessit, vt literæ restium vnæ pro tribus sint, pro vna vice, à qua tamen expeditione liberantur illi, qui studiorum gratia sunt extra Regnum, modò per idoneas personas vices suas obeant. C. 153.

Ibidem. Ibidem.

Contra internos hostes, & perduelles declaratos, Capitanei districtus moueant, eosque puniant, contrà potentiores, viciniores Capitaneos in auxilium accersant. Eam verò exequutionem faciant Capitanei, posteaquam eo nomine à Rege moniti fuerint.

Steph. war. 1578 Pießy.

Pedites ex ciuitatibus, oppidis, & villis Regijs iuxta numerum laneorum colligantur. C.192.

Sig. Crac. 1588. Assecuratia.

Quicquid Illustriss. & Magnificus Ioannes Zamoiski, exercituum Dux à tempore electionis Regiæ, ad tempus modernæ constitutionis in patriæ defensionem per se, & per alios fecit, & quicquid inde aduersi hominibus tam Regiarum quàm aduersarum partium, siue in personis, siue in bonis accidit, id omne æternæ obliuioni datur, & ne eo nomine vnquam molestia ei à quocunque exhibeatur, cautum est. C. 47.

Sig. Crac. 1588. Krágrodá.

Iis qui sub tumultu anni 1587. tam per conflagrationem ædificiorum, quàm per ereptionem rerum damna passi sunt: satisfiat ex bonis rebellium, qui causam damni dederunt. Si verò quis à milite priuato, citra mandatum Ducis iniuriam passus est, iure cum eo agat, assecuratione salua. C. 48.

Sig. Crac. 1588. Potwierá práw.

In terra Wolyneñ. milites in bonis Nobilium & Spiritualium stationes nullas habeant, ijs verò quos in Ciuitatibus Regijs esse contigerit, ex bonis Nobilium nulla victualia neq; Poduodas exigant, sed ex foro viuant. Si verò miles cuipiam iniurias fecerit, eo iure conueniatur, quod incolæ Wolyneñ. ipsi ante futura comitia constituerint. Interea verò de militibus iniurioſis Dux militiæ infra duas septimanas à querela facta ius dicat, & ipse decreta sua exequatur. Quem administrandæ Iusticiæ modum Centuriones quoque obseruent. C.49.

Sig. Crac. 1588. O Żołnierzách.

Milites stationes in bonis Nobilium, per totum Regnũ non habeant, sed ex foro viuant. Qui verò iniurioſi C 56.

sunt, & Dux militiæ vel Centurio de eis ius non dixerit, Notarius Campestris illi, vel centurioni eius pecuniam detineat, donec quietationem ab iniuriam passo proferat. Subditi tamen Nobilium victualia militibus pro pecunia vendãt, vel ad forum vehant, nulla libertatione sese tuẽdo.

Sig. Warſ. 1589. Odolnierzách

c. 33. Miles si alicui damnum vel iniuriam intulerit, siquidem ille Centurio fuerit, citari debet ad proximũ officium Castreñ. vbi sine vlla exceptione respondere reiq; iudicatæ satisfacere tenebitur. Idem fiet si non Centurio, sed alius quispiam Centurionis familiaris fuerit, si Centurio de illo iusticiã denegauerit. De reliquis omnibus impossessionatis vel plebeis, vel seruis, Centurio in instanti ius dicat; nisi dixerit, itidem ad officium Castreñ. citetur, vbi vel ipse pro accusato satisfaciat, vel iuret, accusatum tunc in sua potestate non fuisse cùm Iusticia vteretur. Citationes verò ita poni debent, vt siquidem citandus possessionatus sit, in illo Palatinatu vbi stationem habuit, in bonis citatio ponatur, si non in hospitio, vel statione eiusdem hoc fiat. Processus verò coñ. sic citatum obteñ. non tantum bona mobilia & immobilia, sed etiam stipendia eius afficiat, quæ apud Notarium arestari poterint, & Notarius arestum suscipere tenebitur. Ne autem milites propter citationes sese excusent, cautum est, si quis super citationem militarem condemnatus fuerit, in vlteriori verò processu literis militiæ Ducis probet, se tunc fuisse in seruitio Reipub. debet ab illa condemnatione absolui, super citationem tamẽ ibidem respondeat, superioribus constitutionibus saluis.

Sig. Warſ. 1590. Deputáci.

c. 5. Consiliarij bellici contra Turcam instituuntur, modus acquirendæ pecuniæ declaratur. Munitio arcium Crac. & Lubouleñ. instituitur. Ducibus belli de indemnitate cauetur. Disciplina militaris reparatur. Milites à iudicijs eximuntur. Pedites ex bonis Regalibus colliguntur. Serui profugi iudicio Ducum subijciuntur. Victualia taxantur. Modus defendendarum arcium declaratur. Insolentia kozàkorum compescitur. Modus reddẽdæ pro hac vice quartæ partis prouentuũ instituitur. Sed hæc omnia effectum sortita non sunt, imò in proximis comitijs abrogata sunt. Solutio

Sig 3. War 1591 Assecuratio. Záplát ij.

c. 1. Solutio retenti stipendij militaris promittitur, & assecuratur, quæ per Commissarios Notario Campestri additos fieri debet, inter festa S. Michaëlis & S. Martini hoc modo. Primùm satisfieri debet militi Biczineñ. & qui super Oeconomia Samborieñ. cautionem habent, intra duas Septimanas à festo S. Michaëlis. Reliquo tempore soluatur reliquo exercitui. Solutio fieri debet ex contributione anni præsentis, ex arbitrio Commissariorum ad eandem solutionem, & ad redemptionem bonorum mensæ Regiæ in quingentis millibus floreñ. obligatorum designatorum. Quod si citiùs quàm festum S. Michaëlis venerit, vel thesaurus vel Magnific⁹ Georgius Mniſsek Palatinus Sandomirieñ. pecuniam aliunde conquiret, satisfiat militi, qui in bonis Samborieñ. statiua vsurpauit, quæ pecunia illo ipso tempore, quo militi numerari debuit, ex eadem contributione reddatur. Milites autem ad summũ infra duas Septimanas à publicatione constitutionũ conuentus præsentis, ex omnibus bonis Regalib⁹, & alijs Secularibus & Spiritualib⁹ decedant, nullis exceptis. Discedentes quilibet seorsim suos ducat suis sumptib⁹ sine damno cuiusquam: Deinde verò pro tempore assignato Lublinum singuli vel soli veniant, vel seruos mittant. Circa quam quidẽ solutionem, violentiæ, neces, incendia, & damna quælibet, legitimè probata, ex cuiuslibet stipendio, ex sententia Commissariorũ & Dispensatorũ, ante omnia soluí & puniri debent, peremtoriè sine vlla citatione. Ita videlicet, vt primùm victualia in seruitio legitimo recepta soluantur, iuxta æstimationem anno præterito per supremum exercituum Ducem factam, idq; in bonis Regalibus. Vbi verò de iure statiua habere non potuerunt soluantur, iuxta cursum fori communis, idq; in bonis Nobilium Spiritualibus & secularibus. De violentijs verò & necib⁹ ciuiliter accusati, corã eisdem deputatis iuramentis instar Iudicũ Tribunalis Regni obstrictis terminũ habebunt peremtorium. Idẽ fiet de alijs omnib⁹ excessibus ciuiliter propositis pro quibus respondere debent milites sine dilationibus, & appellatione etiã ad quietationem

non

non prouocañ. In criminalibus tamen vbi de honore vel capite ageretur poterint appellare ad Comicia, saluo scrutinio, si stipendium alicuius non coresspondeat damnis debet ex bonis proprijs mobilibus & terrestribus, nec non de persona ex decreto deputatorum ad officium fori sui pro exequutione remitti. Qui verò iam stipendia sunt assecuti, tum & ij qui ad repetenda ea non uenerint, etiamsi iam antea pro violentijs & damnis apud Capitaneos exercituum accusati fuerint, coram Tribunali fori proprij peremtoriè respondeant, inter causas officij & satisfaciant sub pœna bannitionis in termino concitario decernenda. Probationes violentiarum, necium, incendiorum, damnorum, & omnium iniuriarum, Nobiles in proprrijs causis soli facere debent; subditi verò hoc modo. In quolibet oppido & villa vbicunq; milites damna & violentias intulerunt vel victualia non soluerunt, debent subditi corã Domino vel Tenutario suo veram inquisitionem facere eamq; sub sigillo Domini vel Tenutarij ad iudicium deputatorum præfatorum & ad iudicium Castreñ. loci illius ad festum S. Michaelis, per duos ex communitate transmittere. Qui internuncij pro iniurijs & damnis, nomine iniurias passorum agant, & vbi ad probationem iuratoriã Actor admitti debet, iurent, satisfactionem recipiant & nomine principalium quietent. Qui autem ad probationem proprior esse debet? vtrum videlicet actor an reus? id fieri debet iudicio deputatorum, vbi maior pars concludere debet. Non derogando processibus tàm coram Ducibus belli, quàm coram officijs Castreñ. eo nomine institutis, qui ibidem Lublini ad exequutionem deduci debent. Super ijs qui pro peteñ. stipendio eo venerint idẽ processus seruari debet coram Tribunali contra eos qui eò citati fuerinit. Quod si quis tam proteruus fuerit, qui præsenti laudo obsequi noluerit, & confœderationi militari, contra leges et libertates Regni factæ (quæ tamen nec fieri debuit, nec imposterũ fieri debet) vel in minimo adhæreat, neq; ex bonis tam Regalibus quàm priuatorũ statim decesserit, turmamq; aut manipulum suum non dimiserit talis pro infami

infami & hoste patriæ iam ex nunc declaratur. Qui citatus ad instantiam instigatoris officij, ex delatione iniuriam passi ad officium Castreñ. stationi illi proximum per Capitaneum publicari & idem Capitaneus exequutionẽ facere debet more solito per literas vniuersales suas non expectatis informationibus vel literis Regijs. Quod si terra vel Palatinatus ille sufficere non poterit, adiuuent vicini Capitanei, Castellani Palatini & Nobiles vocati, & obdestinati per Ministerialem & Nobiles literis vniuersalibus Capitanei illius. Quod facere omnes tenentur, & more bellico exequutionem eiusmodi adiuuarẽ sub pœna de expeditione bellica sancita. Quod si adeò fortes fuerint, vt neque terræ & Palatinatus vicini illis resistere valeant, indicetur publica expeditio contra tales. Et pro pecuniis insolutionem stipendiorum assignatis, milites contra eos conquirentur, qui tales inobedientes cohercebunt, siquidem iam ipso facto, non tantum stipendia, & bona omnia, sed etiam honorem amissuri sunt, tàm ipsi, quàm omnes complices coadiutores & adhærentes eorum. Quod si aliquis Capitãeus eiusmodi exequutionem, siue in publican. infamia, siue in alijs rebus ad summum ad proximos terminos Castreñ. iuridice, post tempus superius dimissioni militum assignatum, incidentes, protraxerit, subiacebit priuationi Capitaneatus. Quo nomine citatus post Curiam, sine dilationibus peremtoriè respondebit, & inposterum ad nullas bonorum Regalium tenutas admitti debet perpetuis temporibus, sub pœna bannitionis quam incurret (si bona Regalia impetrauerit) ex instantia nunciorum Terrestrium in conuentu.

Sig. 3. Mar. 1591 Disciplina. c. 5.

Disciplina militaris talis sit. Primum pro defensa ordinaria, ex quarta instituta Centuriones seu RotMagistri debent esse Nobiles possessionati in re militari exercitati, ex omnibus Palatinatibus æqualiter susceptis, quantum esse pecunia quartæ extendit, ita vt eorum nullus vltra centum equos habeat. Substitutos & commilitones habeant, ex eisdem terris & Palatinatibus, ex quibus ipsi fuerint, circa turmas semper præsentes sint, quod si propter arduã

aliquam neceſsitatem recedere voluerint, id faciant cum ſcitu Ducis exercituum vel campiductoris, & quàm primum ad turmam redeant, quod attendere debent, tàm generalis exercituum Capitaneus, quàm campiductor. Notarius campeſtris qui militem conſcribet, & examinabit iuratus eſſe debet. Nullus Senator neque Capitaneus cum iurisdictione turmas ducat, neque plures milites ſuſcipiantur, quàm quarta ſeſe extendit. Bellum offenſiuum & conſcriptio militis in periculis Reipub. fieri non debet, niſi prius in conuentu proponatur, repentinis tamen periculis Rex obuiam ire debet, ex conſilio Senatorum. Miles ex quarta conſcriptus, per æſtatem in Caſtris ſtatiua habeat, in fundis Regalibus in locis arbitrio Ducis exercituum aſsignandis. Victualia autem ex propinquioribus oppidis & poſſeſsionib⁹, parata pecunia iuxta curſum fori emere & ſuo ſumptu deferre debet, hybernas quoq; ſtationes Dux ex arbitrio ſuo in bonis tantū Regalibus aſsignet. Milites damna, iniurias, violentias, & præiudicia nemini inferant, tàm in eundo & redeundo quàm in ſtatiuis, neq; vecturas, ſtationes, & victualia exigant, ſed omnia pecunijs emant ſub pœna quatuordecim marcarū, pro ſingulis iniurijs & refuſione damnorum per Actorem taxandorum in exceſsibus ciuilibus. In criminalibus verò exceſsibus, exercituum Dux, iuxta iura & conſuetudines antiquas, ex centurioribus eorumq; locum tenentibus, quos habere poterit, iudicio collocato, accuſatos iudicet & puniat, quos tamen pars læſa etiam in comitijs cōuenire poterit. Commilitones eorūq; famuli regimini centurionū ſubeſſe debēt, totus verò exercit⁹ Duci generali, eiuſq; campiductori iuxta articulos militares per eum publicandos, qui etiam, vel officium illius, cuilibet iuſticiam in inſtanti peremptoriè facere debet. Si Centurio officiosè requiſitus de commilitone vel eius familia iuſticiam non adminiſtrauerit, ex officio ad Tribunal citatus peremptoriè inter cauſas officij reſpondeat, & in eodem termino de ſuo ſatisfaciat, alioquin proceſſus, ibidem contra eum ad pœnam vſque bannitionis conti-

continuari debet omnibus dilationibus ſemotis, niſi forte tunc in aciem ducatur. Poſt pugnam tamē in ſex ſeptimanis vlterius procedat. In contumaciam abſens in primo termino condemnetur & poſt terminū ſatisfactionis, ſtatim ad pœnam bannitionis citari debet, quorum omnium Capitanei executionem faciant, ſub amiſsione Capitaneatus. Talem proceſſum condemnati, non niſi ignorantia tollere poterint, idq; in Tribunali vel in officio Caſtreñ. vbi cauſa pro executione remiſſa fuerit. Nihilominus poſt præſtitum iuramentum ibidem iuxta decretum Tribunalis ſatisfacere debet ſub pœna bannitionis in inſtanti decernenda Citatio poni debet vel in bonis, vel in ſtatiuis, ita vt Citato innoteſcat, cuius Citationis relatio in officio Caſtreñ. bonorum vel ſtatiuorum proprio, fieri debet, terminus quatuor Septimanis à poſitione Citationis præfigatur, Duces, Centuriones, & Commilitones, in negotijs tàm ſuis quàm amicorum neq; in conuentibus milite, inſigni aliquo numero, non vtantur, ſub pœna bannitionis. Eidem pœnæ ſubiacere debent omnes, qui ſtatiua in bonis Nobilium ſpiritualium & ſecularīū habuerint, niſi forte in itinere, in quo tamen à ſtationibus, damnis & vecturis abſtinere debent, ſub eadem pœna in Iudicijs militaribus, de quibus ſupra, etiamſi capitis quis damnatus fuerit, id in dubium vocari non debet, abſens tamen honore priuari non debet niſi in comitijs. Meritorum militarium Rex rationem habebit, ex Ducum commendatione.

Sig. 3. warſ. 1591. Currus bellici.

Currus bellicos cum equis & victualibus Rotmagiſtri omnibus à quibus recepti ſunt reſtituant, poſt determinationem conuentus præſentis in octo Septimanis, ſub pœna centum marcarum coram Iudicio Tribunalis Regni exigen̄. C. 7.

Idem ibidem. Exemptio.

Propter imminens anno ſuperiori bellum Turcicum tàm milites quàm Aulici & alij voluntarij, à Iudicijs exempti, propter cauſarum ſuſpenſiones damnum nullum ſentiant, neq; ad probationes vllas expeditionis arcteantur, C. 7.

siquidem bellùm non est effectum sortitũ, sed ex illis ipsis suspensionibus in causis procedatur.

Sig. 3. warſ. 1591 Oniesienie nieBtory. Constitutiones anni superioris puta contributio in capita, & in laneos. Assecuratio Ducum, disciplina militaris, Prouisores deputati ad consilium bellicum, prouisio Cracouiæ & Lubovvla, Assecuratio Prouisorum, lex de seruis, æstimatio victualium. Prouisio arcium & monitionum rationes exactorum & dispensatorum eorumq; assecuratio. Exemptio à iudicijs, lex de milite pedite ex bonis Regalibus selecto. Consiliarij bellici, tanquã temporanea & necessitate imminentis periculi expressa, abrogantur tàm in Regno quàm in Ducatu Lithuaniæ. c. 9.

Sig. 3. warſ. 1593 Obroná swátey. Milites Quartenses per omnia sese gerant iuxta constitutionem Anni 1591. & insuper Rotmagistri & comilitones iurent, quod Regi fidem seruabunt, & nullis priuatis negotijs vel tumultibus sese admiscebunt. Iidem per hyemem in bonis Regalibus propè fines Regni hybernabũt, citra cuiusquam præiudicium, quod animaduertet Campiductor, non derogañ. iuribus Capitanei generalis. Per æstatem verò miles sit in castris, victualia in oppidis bonisq; Regalibus soluat, iuxta æstimationem per Regem subscriptam. Castra ingressuri pecuniam pro duobus quartualibus à Rotmagistris accipient. Rotmagistri videant vt commilitones in castris de victualibus sibi benè prouideant, iuxta articulos bellicos sese conseruent. Rotmagistri turmis suis semper adsint præsentes neque discedant absque literis Ducis sub pœna infamiæ. Turmatim per Regnum non eant, sed quilibet seorsim tanquam priuatus veniat ad conscribeñ. sub pœna centum marcarum coram Tribunali repetenda. Capitaneus generalis de militibus ius dicat. Si iniuriam passus decreto Capitanei non acquieuerit licebit ei Rotmagistrum coram Tribunali conuenire iuxta constitutionem Anni superioris. c. 8.

Sig. 3. warſ. 1593 Declárácyá. Constitutio Anni 1591. de disciplina militari sic declaratur, quod generali Capitaneo in iudicijs militaribus integrum esse debet auditis sententijs Rotmagistrorum & commilitonum, iuxta quod illi conscientia dictauerit ex disci- c. 10.

ex disciplina militari insolentes & inobedientes punire. Quod si quid tali repente acciderit, quod in pugna damnũ vel moram aliquam inducat hoc etiam absque Rotmagistris & commilitonibus punire poterit. Milites' verò in retineñ. fide, & obedientia, constantes, atque in defenden. Regno meritos, præcipuè & ipse Dux obseruabit & Regi commendabit, salua per omnia constitutione prædicta, & cautione de retineñ. fide & subiectione Regi per ordines data iuramento militari confirmañ. Ad fluuium Dniepr certus numerus militum suscipiatur, qui prohibeat ne per aquam homines insolentes in ditiones vicinas irruant ijs ex publico stipendia soluantur. Capitanei qui victualia ex antiquo in arcem Cameneceñ. conferre tenentur id sine mora faciant alioquin per instigatorẽ conueniantur, tanquam prò prouentibus Regijs. Quæ quidem victualia ad manũ dispensatoris per Regem assignati reddantur, œconomiam Samborieñ. hoc non afficiat. Ciues Cameneceñ. liberè mercaturam exerceant saluis iuribus aliarum ciuitatum.

Sig. 3. warſ. 1593. O Wiżowoséch. Kozaci & alij insolentes homines si congregati violẽtias aliquas & inuasiones fecerint, vel fines Regni transire voluerint pro hostibus patriæ censeri debent, contra quos sine omni iuris processu miles Quartensis moueatur. Domos quoque suas ab eorum impetu defendere cuilibet liceat. Et si interim quis ex illis interficiatur hoc nomine neque Nobilis qui sese defendebat, neque ij qui eum adiuuerunt conuentri debent. Idem de præteritis inuasionibus circa quas interempti iure vindicari nõ possunt tàm in Regno quàm in Ducatu Lithuaniæ. c. 11.

Idem ibidem. Exemptij. Legati extra Regnum missi, & omnes Senatores aulici, seruitoresque Regij qui Regem in Sueciam sequentur, ab expeditione bellica omnibusque iudicijs & commissionibus liberi esse debent, exceptis causis ad inscriptionem. Similiter & milites domi seruientes, sed ij ab expeditione tantùm. c. 13.

Sig. 3. Crac. 1595 O Wybránczách.

Pedites selecti alias Wybrancy ex bonis Regalibus puta Capitaneatibus & venaturis Magni Ducatus Lithuaniæ instituuntur instar peditum Regni, ita vt vigesimus quisq; militem agat decemnouem pro eo laborent. Quod Capitanei & venatores impedire non debent sub pœna centum marcarum. Rotmagistri tamen eo nomine iniurias nullas inferant subditis. Redeuntes ex bello Capitaneis subsint, modo sint liberi iuxta Priuilegia. Tartari quoq; incolæ Ducatus Lithuaniæ, cum Duce belli expeditionem eant, & ij qui ab eis bona emerunt. C. 4.

Sig. 3. warſ. 1596 O Kozákách.

Contra Kozakos & homines insolentes in finibus Regni tumultuantes constitutio anni 1593. in exequutionē deducitur, & vt ei satisfiat Duci exercituum mandatur. Donationes fundorum Zelechymirovv & Borysspole abrogantur, eaque bona mensæ Regiæ restituuntur. Constitutio quoque anni 1590. contra eosdem sancita in robore reseruatur. C. 8.

Idem ibidem. O Rázowánie

Lustratio bellica permittitur Palatinatibus Cracouien. Lancicien. & Rauen. pro die S. Michaëlis. In quibus tamen nullæ consultationes neq; tumultus fieri debent. Et securitas constitutione Anni 1593. laudata ad eam spectare debet. C. 12.

STA-

PROMPTVARII

STATVTORVM OMNIVM ET CONSTITVTIONVM REGNI POLONIÆ,

Per PAVLVM SCZERBICZ Secretarium S. R. M. conscripti,

PARS SEXTA.

DE DVCATIBVS REGNI.

CAPVT PRIMVM

De Magno Ducatu Lithuaniæ.

Ex Priu. Iag. & Witoldi in Brodło.

LITHVANI AD FIDEM Catholicam sunt opera Regis Polonorum conuersi. L. 125. P. 686. HL. 293. HP. 636

Concedit REX Poloniæ Lithuanis, velut nouis Christianis Priuilegia, gratias & libertates, Catholicis dari solitas.

Magnus

Magnus Ducatus Lithuaniæ,cum alijs terris sibi annexis Regno Poloniæ est incorporatus, vt communibus viribus, hostibus communibus ¡faciliùs ac fortius resistere possint.

Ecclesiæ Lithuaniæ Catholicæ, in libertatibus & immunitatibus suis conseruantur.

Barones & Nobiles Lithuaniæ,Romanæ Ecclesiæ subdi, eadem libertate cum Polonis, à quibus insignia sumpserunt gaudebunt.

Nobiles Lithuaniæ Catholici, succedant in bona paterna eodem iure quo & Poloni.

Resignatio bonorum seu commutatio,cum consensu Principis est faciẽ.

Morte parentum sequuta, liberi non priuentur bonis suis hæreditarijs, Lithuani dotalitia in bonis suis possunt vxoribus assignare, Filias & Sorores, viris duntaxat Catholicis, maritabunt. Ad tributa tamen, & alia consueta soluenda astringantur, libertate non obstante.

Lithuani fidelitatem suis principibus sub iuramento seruent.

Lithuani,Aduersarijs Regis Poloniæ consilia & auxilia ne dent.

Lithuani pro se & suis posteris iurent.

Dignitates prout in Poloniæ regno instituendæ.

Ad Dignitates non nisi Catholici eligantur,& ad consilia admittantur.

Lithuani Regi Poloniæ, & Duci Lithuaniæ perpetuo adhæreant. Nullum Principem nisi per Regem Poloniæ electum pro Domino suscipiant.

Poloni, Rege sine liberis decedente, non debent sibi Regem sine consilio Lithuanorum eligere.

Cultores fidei Christianæ duntaxat libertatibus concessis gaudeant.

Literæ circa Coronationem Lithuanis concessæ, per Wladislaum confirmantur.

Conuentiones necessarias in Lublin, aut Parczovv Poloni cum Lithuanis celebrent.

Eligun-

Eliguntur, & nominibus proprijs ¡specificantur Proceres Lithuaniæ, de quibus armis & domibus nobilium Poloniæ insignia sumsere.

Ex Pri. Iagel. Wilnæ. 1401. Lithuani per Polonos eruditi, & ad consortium Catholicum recepti sunt. L.128. P.690. HL. 296. HP. 662.

Lithuani Polonis auxilia in omnibus necessitatibus præbeant, Alexander alias Witonudus, Dux Magnus Lithuaniæ, per Wladislaum Regem Poloniæ constituitur, cuius morte sequuta, Lithuani Wladislaum Regem Poloniæ in Ducem suum suscipient. Ducatumq; Lithuanię Regno Poloniæ incorporabunt.

Rege Poloniæ sine prole decedente,non debent Poloni Regem sine Lithuanis eligere nec è contra.

Wilnæ 1499. TEMPORE IOANNIS ALBERTI REGIS POLONIÆ & Alexandri Magni Ducis Lithuanię,Barones & Cõsiliarij Magni Ducatus Lithuaniæ,confirmant inscriptiones, per Antecessores eorum cum Rege Polonorum factas adscribuntq; se Regno Poloniæ. L.130.P.693. HL.298.HP.666

Communes hostes & amicos, Poloni cum Lithuanis habeant.

Arctissimum vínculum Polonorũ cum Lithuanis,Religionis vnitas.

Se & suos posteros Lithuani obligant supra & infrascripta tenere sub iuramento.

Non debent Lithuani Magnum Ducẽ,sine scitu,Consilio, & consensu Polonorum,è conuerso Poloni Regem Poloniæ absque scitu consilio & consensu Lithuanorum eligere.

Non sunt tenendæ inscriptiones quæ communem læderent honestatem.

Sig. Crac. 1510. Prouidentes. Rex dabit Commissarios qui Lithuániã à Masouia distinguant. S.7. P. 703.

Sig. Wilnæ 1516. Terræ Drohicieñ. & Bielsczeñ. Regno ascribuntur. P.698.HL.300.

Aug. Warſ. 1563 Vnia y Seymy. Tractatus de vnione Ducatus Lithuaniæ cum Regno differtur ad aliud tempus, cuius rei gratia conuentus Lithuanicus & Regni indicitur. C. 21.

Aug. Warſ. 1564 Declaratia o vnici. Rex renunciat iuri hæreditario, quod illi ad Ducatum Lithuaniæ competebat, ita tamen vt Regis ſucceſſor ſi in Regem electus non fuerit, habeat pro ſua dignitate prouiſionem. c.24.

Ibidem. Ducatus Lithuaniæ, cum Regno vna ſit reſpub. ijdem conuentus, eadem conſilia, Iudicia tamen diuerſa. c.25.

Ibidem. Warſ. 1564. Receß Seimu Tractatus vnionis continuatur, & antequam concludatur ea conſtituta ſunt. c.25.

Primum vt ex gente vtraque ſit vna eademque reſpub. vnum corpus, quod Rex vnus ab vtraque gente pariter electus gubernet, ſucceſsione ſua Rex omnino cedit, Senatus idem ſit, Nuncij Lithuanici Nuncijs Regni pares, Moneta vna ſit, & pacta cum exteris eadem, Dignitarij iurent Regi, cõfirmatio iurium Regni & Ducatus Lithuaniæ ſub vno contextu ſit & ſigillo Regni muniatur. Reliquorum articulorum tractatio, ad Conuentum reiecta eſt.

Aug. warſ. 1564 Receß Seimu Thelonea tam per Regnum, quàm per Ducatum Lithuaniæ abrogantur ita vt ab illis Nobilitas, à rebus proprijs libera ſit, modò mercatores, ſub ſuis libertatibus nõ promoueant. c.30.

Ibidem. Statuta Ducatus Lithuaniæ, quæ acquiſitionem bonorum Polonis prohibebant abrogantur. Ibidem.

Aug. Lub. 1569. Przywikei o. kolo vnicl. Vnio perficitur & ex vtraq; gente vna Reſpub. conſtituitur, ita, vt vtriq; vnus idemque Rex imperet, Electione Ducis Lithuaniæ abrogata, Rex electus, ſimul & in Ducem Lithuaniæ inauguretur, ſucceſsione ſua Rex iterum cedit, modò ſucceſſor prouideatur, abſq; vlla tamen diſmembratione. Confirmatio iurium eodem contextu perficiatur, conuentus ijdem ſint vtriq; genti, iura & Priuilegia Lithuanorum integra, iuramenta Dignitariorum in Regia poteſtate, deinceps tamẽ Regi iuretur, auxilia mutua ſint. Fœdera cum externis eadem, moneta vna, Telonea abrogantur, à quibus nobilitas abſoluitur, modo ne mercatores promoueat, ſtatuta Lithuanica, de non acquirendis per Polonos bonis, abrogantur. Reliqui articuli Priuilegij Alexandrini approbantur, titulus Regius integer ſit, Conuentus ijdem. Dignitarij iurati ſint, Exequutio bonorum c. 99.

bonorum Regalium ad Lithuanos non pertinet, vſque ad vnionem, tamen Rex, neque in Lithuania amplius quicquam alienet, præter ea, quę iure Caduco, vel ſimili ad Regem deuoluantur. Recuperata à Moſcho dominis reſtituantur.

Idem ibidem. 1569. Vnionis acta, authoritate Conuentus approbantur. c.102.

Volinia, Podlachia, & Kiouia ad Regnum reſtituitur, Conuentus Regni Warſouiæ celebrentur, niſi neceſsitas ſecus tulerit, Ordo Senatorum vtriuſque gentis inſtituitur, Liuonia pariter à Polonis & à Lithuanis defendatur.

Aug. 1569. Za prozbą. Ad correctionem iuris Lithuanici certæ perſonæ deputantur quibus victum per Contributionem prouideat Lithuania. c.112.

Item Slachta tegoß. Nobilitas Lithuaniæ, quæ ſeſe ob defenſam Dominis dedidit, iure ad libertatem prouocet, Rex verò decernet. Ibidem.

Idem Miciſczą. Loca ad extruendas domos Iudiciorum, Capitanei locorum per Lithuaniam aſsignent. Ibidem.

Idem Za potrzebą. Contributiones Lithuanicæ Anni 1565. vſque ad Annum 1568. perficiantur. Ibidem.

Ibidem Także Hreor Chodkiewicz, rationem de Contributionibus faciat. Ibidem.

Idem Pozwalamy. Ibidem. Milites per Lithuaniam victualia exoluant. Ibidem.

Dignitarij & Officiales per Lithuaniam poſſeſſionati ſint & iurati. Ibidem.

Steph. warſ. 1578 K. Lith. Sądy Iudicia Lithuanica iuxta antiquum morem celebrentur, ſtatuta tamen emendentur, & ad conuentum referantur. c.188.

Idem ibidem. Capitaneus Breſteñ. locum pro extruenda domo Iudiciali dimenſuret. Ibidem.

Ibidem. Articuli ad ſtatuta Lithuanica adiecti, qui hîc omiſsi ſunt, quia ad Leges Lithuanicas pertinent. c.188.

Idem 1581. Artykuły. Iudicia Tribunalis in Magno Ducatu Lithuaniæ conſtituuntur, ſtatutorum emendatione ſalua. c.219.

Conſtitutio de non dandis vni perſonæ duabus Dignitatibus ſalua.

De absentibus & bello occupatis non iudicandis constitutiones saluæ.

Loca pro domibus Iudiciorum ostendantur.

Idem Nievvaza — In fluuio Nievvaza, portus liber sit, penes kieidany. — C.220.

Idē o Drogach — Emporium kovvnen. approbatur, ad ostendēn. verò itinera Nobilitati de Samogitia in Prussiam Commissarij dabuntur. — C.220.

Sig. Warſ. 1589. Stárosťwa. — Capitaneatus cum iurisdictione, & arces in confinijs sitas non pueris, sed viris idoneis & in Repub. meritis conferantur, quod si quis contra eam constitutionē quidpiam postea impetrauerit, collato officio priuetur. — C.36.

Dubitari potest si quis titulum istius legis insficiat, vtrum hoc ad solum Lithuaniæ Ducatum vel ad totum Regnum pertineat.

Sig. Warſ. 1589. Summy. — De summis pecuniarijs super bona Regalia in Magno Ducatu Lithuaniæ, post vnionem, præsertim interregni tempore impositis, præmissa in conuentibus denunciatione, cognitio fiat absq; vlla Citatione in Comitijs proximè futuris, vbi quilibet cum iure suo compareat. — C.37.

Idem Rex crimi. nalia. — In Comitijs, vna die singulis hebdomadibus quæ erit dies Martis, causæ Comitiales Lithuanicæ audiantur. — C.37.

Sig. Warſ. 1589. Infames. — Infames, proscripti & banniti, legitimè condemnati, sicut Polonici in Lithuania, ita & Lithuanici in Polonia, locum non habeant, imò officia exequutionem in illos extendant, exceptis causis in deliberatione pendēn. — C.37.

Sig. Warſ. 1589. Wolność. — Theloneatores Lithuaniæ, tam terrestres quàm aquatici à frumentis & rebus nobilitatis vtriusque gentis, iuramento coram officio Castrēn. quocunque, vel in prima Camera thelonei, præmisso nihil exigant, sub pœna centum Sexagenarum Lithuanicarum, coram Tribunali, vel quocunq; alio officio, etiam post Curiam exigenda. Notarij quoque theloneorum, à quietationibus non amplius accipiant quam duos grossos. — C. 38.

Sig. Warſ. 1589. Ordinatio. — In Lithuania, Grodno, Szavvle, Prefta, Kobrin, Mochilovv, Olyta, cum omnibus attinentijs, nec non antiqua thelonea — C.38.

thelonea, libera esse debent semper, ita vt eorum prouentus ad thesaurum Lithuaniæ inferatur, saluo iure cuiuslibet moderni possessoris.

Sig. Warſ. 1589. Rozgránicze niá. — Ad distingueñ. Palatinatum Podlachiæ, cum Palatinatu Bresteñ. dabuntur Commissarij in pari numero, ex vtraque gente. — C.38.

Idem ibidem. Gránicza. — Idem fit de Palatinatu Kyouieñ. & districtu Mozyreñ. — Ibidem.

Sig. warſ. 1589. Dom. — Domus Iudicij in Rinsk, iuxta constitutiones Annorum 1578. & 1581. extrui permittitur. — C. 39.

Idem ibidem. Dom. — Itidem in Novvogrodek datur locus ad extruendam domum Iudicij & actorum seruandorum. — Ibidem.

Sig. 3. warſ. 1589 Causij. — Actiones de bonis, per Commutationem Regiam, ad nobilitatem pertineñ. ipse Rex in Lithuania iudicet, officia verò tales causas ad Regem remittant. — C. 39.

Sig. 3. warſ. 1590 O Summách. — Cognitio summarum in bonis Regalibus inscriptarum in Magno Ducatu Lithuaniæ ad futura Comitia differtur. — C. 36.

Idem ibidem. Pozwolenie. — Summa sexaginta quinq; millium florenorum ex contributione anni 1589. pro conducendo milite in defensam Reip. ex Magno Ducatu Lithuaniæ conceditur. — C.36.

Idem ibidem. Quarta. — Ex bonis Regalibus in Magno Ducatu Lithuaniæ quarta pro vno anno in Reipub. defensam conceditur. Quam conferre debent Vilnam pro festo S. Ioannis Baptistæ Senatores & Tenutarij mediante iuramento factorum, minores verò sub proprio iuramento vel iuxta reuisiones thesauri sub pœna dupli. Præfectura Grodneñ. & Bresteñ. aliaque bona ex quibus absq; arenda rationes in thesauro redduntur, nec non bona reformationi Reginæ subiecta, hæc constitutio afficere non debet. — C. 37.

Idem ibidem. Exequutia. — Exequutionis processus de retentis Contributionis in Magno Ducatu Lithuaniæ prorogatur ad festa Pentecostes. — C. 37.

Idem ibidem. — Limites Palatinatus Polocensis per Succamerarios reformentur. — C. 38.

Idem ibidem. Sądy. — Iudicia Terrestria Grodnæ in Arce celebrentur, pro quibus stuba assignetur. Liceat verò incolis illius districtus domum Iudicialem extruere. — C. 38.

Sig. 3.warſ.1590 Sądy.

Pars Iudiciorum Wilkomirien. à fluuio Piena ad fines Liuoniæ in Onixty celebretur. c. 38.

Idem ibidem. O Pisarzu.

Capitaneus Oſmianenſis in Miadzele iuratum Notarium habeat, qui proteſtationes & relationes iniuriarum ad Acta ſuſcipiat. Reſcripta verò ſub Sigillo Capitanei cum ſubſcriptione eiuſdem Notarij extradantur. c. 38.

Idem ibidem. Sądy.

Locus pro extruenda domo Iudiciali Braczlavvien. concedetur, interim in arce iudicetur. c. 38.

Idem ibidem. Sámiane.

Pro præfectura Surazenſi dantur iure commutationis Magnifico Leoni Sapiha Cancellario Lithuaniæ eiuſque fratribus Gregorio & Andreæ ſortes in bonis eorum hæreditarijs Polna, Czera, Lemnica, Bieſieiovv, Olexincze, Bièreczvviecz, Czeplaki, & Biala, dictæ Skorvvinskie, iuxta Priuilegium ipſorum. c. 39.

Sig. Crac. 1595. O Wybrancach.

Pedites ſelecti aliâs Wybrancy ex bonis Regalibus puta Capitaneatibus & venaturis Magni Ducatus Lithuaniæ inſtituuntur inſtar peditum Regni, ita vt vigeſimus quiſque militem agat, decemnouem pro eo laborent. Quod Capitanei & Venatores impedire non debent, ſub pœna Centum Marcarum. Rotmagiſtri tamen eo nomine iniurias nullas inferant ſubditis. Redeuntes ex bello Capitaneis ſubſint, modò ſint liberi iuxa Priuilegia. Tartari quoque incolæ Ducatus Lithuaniæ cum Duce belli in expeditionem eant, & ij qui ab eis bona emerunt. c. 4.

Idem ibidem. Approbatio.

Priuilegium Regis Stephani ciuitati Nieſvvieß datum & per Regem modernum, confirmatum per omnia approbatur. c. 5.

Sig. 3.warſ.1596 Warunek.

Nobiles Palatinatuum Novvogrodeñ. & Minſceñ. in Lithuania qui literas Ducis exercituum Lithuaniæ & Regias ſequuti contra perduelles in acie ſteterunt, ab omnibus proceſsibus interea obtentis abſoluuntur. c. 10.

Sig. 3. warſ. 1598 O Poborzech.

Ordines Magni Ducatus Lithuaniæ Centum Millia florenorum Regi donant. Exactores verò, Arendatores & Officiales theſauri ab Anno 1591. retenta omnia pro prima Iunij ad theſaurum Lithuaniæ inferant, & rationes coram deputatis faciant, quod theſaurarius Lithuaniæ, ad Comitia futura referat. c. 14.

Inobe-

Inobedientes coram Tribunali peremptoriè conueniantur, & cum pœna dupli, alijſq; pœnis duplicib⁹ & refuſione expenſarũ ſoluant ſub pœna bannitionis. Quietationes Deputatorũ eius valoris eſſe debent ac ſi in Comitijs datæ eſſent, Salariũ Deputatis iuxta literas Vniuerſales Anni 1591. aſsignatur. Pecunia inde collecta, vltra centũ millia, Regi donata, propter vſus Reipub. aſſeruetur. Reſtę quoque exactionis medij floreni antea Regi donatæ, tum & Ducilla & theloneum Aquaticum Regi reddantur, quæ Arendator Regius apud Tribunal ſub abſentiam Regiam repetat.

Idem ibidem. O Banniciách

Bannitiones & Subleuationes Cancellarij Lithuaniæ in abſentia Regis, irrequiſito Rege extradant, ſimiliter vadia, Commiſsiones, & alias literas quæ de iure dari poſſunt, exceptis Ciuitatibus Priuilegiatis quæ iudicio Regio reſeruantur. c. 16.

Idem ibidem. Przyczynienie.

Palatinatui Vilnenſi ad iudicandas cauſas in Tribunali vltra tres ſeptimanas eidem aſsignatas duæ adduntur. c. 16.

Idem ibidem. Cżas.

Cauſæ Palatinatus Breſteñ. in Lithuania ad Tribunal Vilnenſe transferuntur. c. 16.

Idem ibidem. O wybráne cách.

Milites ſelectos, alias Wybrancy, in Magno Ducatu Lithuaniæ Capitanei & Tenutarij concedant, & ſingulis annis conſcribant, iuxta ordinationem Regis Stephani, & conſtitutionem anni 1590. c. 17.

Idem ibidem. Rozgranicżenie.

Palatinatus Podlachię, à diſtrictibus Breſtenſi & Grodnenſi diſtinguant Succamerarij locorũ ad diem 20. Octobris. In locum Succamerarij Mielnicenſis Surrogator, vel Succamerarius Lublinenſis aut eius Camerarius Lublinenſis aut eius Camerarius deputatur. Partes quarum intereſt, vltra equos triginta (includendo Commiſſarios eorumq; ſeruos) & ſubditos triginta non habeãt ſub pœna Mille marcarum, apud Tribunal inter cauſas officij repetenda. Commiſſarij ſi diſſentiant, cauſam ad Comitia remittant, interim ex Ducatu Lithuaniæ in Regnũ nemo euocetur, alioquin proceſſus nullius ſit valoris. Idem de diſtrictibus Grodnenſi & Mozerenſi cum Regno. c. 17.

Ad

Sig. 3. warſ. 1598 Commiſſia.

Ad diſtinguendum Capitaneatũ Braczlavvien. in Lithuania, à Ducatu Curlandiæ, nec non ad iuſticiã vtrinq; adminiſtrandam deputãtur certi Commiſſarij pro die 20. Octobris qui iurati eſſe debent, vbi Dux quoq; Curlandiæ pari numero Commiſſarios mittere debet, alioquin alterius partis Commiſſarij negocium perficiant. C. 18.

Idem ibidem. Commiſſárze.

Ad recuperandos fundos à præfectura ſyluarum & tenuta Iurborgenſi, ad Ducatum Pruſsiæ ademptorum deputantur Commiſſarij, qui vnà cum Commiſſarijs Ducis Pruſsiæ, vſque ad fluuium Svvietha limites renouent, fundos ademptos reſtituant, iuſticiamq; petentibus adminiſtrent. C. 19.

Idem ibidem. O Kolo brog.

Conſtitutioni Anni 1581. de viis & depoſitorijs Samogitiæ ſatisfiat, ad quod Commiſſarij deputantur qui etiam per purgationem fluuij Nievviaza curent, atq; omnia ad proximè futura Comitia referant. C. 19.

Idem ibidem. Commiſſia.

Ad diſſimitañ. diſtrictum Mozereñ. cũ Palatinatu Kyouleñ. deputantur Commiſſarij pro feſto S. Bartholomæi. C. 20.

Idem ibidem. O Poſelſkie.

Nuncijs Magni Ducatus Lithuaniæ pecunia in diſtrictibus conceſſa pro tempore aſsignato extradatur, alioquin citatus ad officium Caſtreñ. cum pœna decem Sexagenarũ id faciet, Senatores ad comitia proficiſcentes cum bonis ſuis & bona Regalia huic legi non ſubiacent. C. 20.

Idem ibidem. Inieſcente.

Succeſſores Ioannis Wavvrzeczki exactoris Vilneñ. de reſtantibus duobus millibus florenis abſoluuntur. C. 20.

Idem ibidem. O Pozwiech.

Nobilitas Lithuaniæ poſt Curiam non citetur, niſi in cauſis in ſtatutis Lithuaniæ & inſtitutione Tribunalis expreſsis. Quod ſi quis Nobilem citauerit, aſſereñ bona ipſi⁹ eſſe caduca, vel iuris Regij, id abſq; mora iudicari debet, ſi verò citatus ius ſuum ſufficienter deduxerit, Actor illi pro euocatione ducentas Sexagenas numeret, & damna iuxta iuramentum ipſi⁹ reſarciat, ſi euocatus voluerit poterit eo nomine in Tribunali agere. Extra diſtrictum ſi euocant nõ facta ſolutione diſceſſerit, ſatisfiat ex bonis, ſi eſt poſſeſsionatus immobilib⁹, ſin ſecus, ſatisfiat ex mobilibus, & ex perſona. Cancellarij & Notarij videant ne citationes contra Nobiles extradantur, donec delator ius Re- C. 21.

ius Regium deduxerit. Tum ne Citationes abſq; ſpecificato delatore edantur. De bonis tamen quæ ſunt liquidi iuris Regij, & de prouentibus Regijs, Inſtigator etiam abſque delatore agere poteſt.

Sig. 3. warſ. 1598 Pot Rzeki.

In fluuio Duna, à mercibus Nobilium proprijs, theloneа nulla exigantur, quibus tamen mercatores ſubſint. C. 22.

Idem ibidem. Przeczyśćzenie.

Paulus Monuid Porohoſtaiski in fundo ſuo fluuium Styr expurget, quo nomine propter ſumptus theloneum habeat, ad quod inſtituen. ad proportionem ſumptuum Commiſſarij deputantur. C. 22.

Idem ibidem. Jarmarki.

Nundinæ Troceñ. Grodneñ. Cauneñ. Novvogrodeñ. Witebſceñ. Breſteñ. & Minſceñ. approbantur. C. 22.

Idem ibidem. Miciecze.

Tivvon Troceñ. ante omnes Officiales Terreſtres in conuentibus locum habeat. C. 22.

CAPVT SECVNDVM.

De Ducatu Ruſſiæ & Terris Podoliæ.

Ex Priu. Iag. in Iedl. 1433.

RVſsia vno iure cum Regno gaudeat. L. 52. P. 704. HL 224. HP 695

Sig. Crac. 1507. Ad ſupplicationẽ.

Omnibuſque Regni libertatibus fruatur. P. 704. HL. 224 S. 7. HP. 695.

Aug. Pet. 1507. Krate Podolſkie.

Ad videñ. loca deſerta per Ruſsiam & Podoliam Commiſſarij & Reuiſores deputantur, qui & damna per hoſtes illata videant, paſsi verò damna, liberantur à quarta parte, & alijs Regalibus prouentibus. C. 74.

Steph. Crac. 1576 O Commiſſarzach.

Ad videñ. loca, in hæreditatem confereñ. & per Tartaros vaſtata, propter diminutionem & moderationem quartæ, Commiſſarij mittuntur. C. 162.

Sig. Warſ. 1589. Reuizia.

Ad eadem loca conſignañ, iterum Reuiſores deputantur in futuris Comitijs relationem facturi. C. 29.

Steph. Crac. 1576 Feuda.

Feuda in terris Ruſsiæ non niſi à ſtatuto Alexandrino exequutioni ſubiaceant. C. 163.

Sig. Crac. 1588. Feuda.

Feuda terrarum Ruſsiæ & Podoliæ ante ſtatutum Alexandrinum collata, & per Conſtitutiones Regis Stephani in hæreditatem conuerſa, in dubium amplius non vocentur, etiamſi quis ijſdem bonis ſine conſenſu Regio diſpoſuiſſet, vel ea inſcripſiſſet. C. 15.

Steph. Crac. 1576 O ſprawiedliwości.

De limitibus conſtitueñ. Commiſſarij Ruſsici videãt. idq; inter Palatinatus Wolyneñ. Ruſsiæ, Podoliæ, & Belſeñ. Rex quoq; curabit, vt modus iuſticiæ, inter eoſdem Palatinatus inſtituatur. C. 163.

Idem o Stárośćie Kamienieckim. Idem ibidem.

Nobilitas Podoliæ, ſubditos coram Capitaneo Cameneceñ. ſtatuat, vt de illis Iuſticia Walachis fiat. Ibidem.

De Eccleſiis.

Eccleſiæ Cathedrales Ruſsiæ, plebeios non ſuſcipiant, Ibidem.

Steph. Warſ. 1580 in literis contributionis.

Inſolentes plebeios & impoſſeſsionatos, in confinibus, capiant Capitanei, Duces, Senatores, & Nobiles, quod niſi fecerint, ipſi poſt Curiam reſpondeant, & puniantur, ſed hoc ad futurum tantùm Conuentum. C. 212.

Idem Warſ. 1581 Feuda.

Feuda in Ruſsia, antè Alexandrum collata, pro perpetuis donationibus cenſeantur. C. 216.

Idem ibidem. Spráwiedliwość.

Conſtitutio de ſubditis coram Capitaneo Cameneceñ. ſtatueñ. abrogatur, modus verò Iuſticiæ fecieñ. inſtituitur ad futurum Conuentum tantùm. C. 217.

Sig. Crac. 1588. Záměnienie.

Exequutione in terris Ruſsiæ & Podoliæ, nemo inquietetur, exceptis bonis litigioſis. C. 24.

Sig. Crac. 1588. Spráwiedliwość.

Latrocinia in terris Ruſsiæ ſic iudicentur. Primùm vt Dominus ſubditum, latrocinij, ſpolij, & deprædationis accuſatum, poſteaquam citatione præuentus fuerit, (quo caſu dominus negans ipſe per iuramentum euadat, in bonis verò abſentium, & alibi domicilia habeñ. dominorũ, id faciat bonorum procurator cum Sculteto) coram officio Caſtreñ. proprij diſtrictus in querelarum Iudicijs, in termino ſecundo conſtituat, de illoque ipſe dominus, per ſe, vel per amicum, ibidem poſſeſsionatum, ius vnà cum officio Caſtreñ. dicat, quod ſi in vnam ſententiam concordes fuerint, illicò exequutio fiat, præſertim, ſi pro reo Iudicatus fuerit Actori ad Iudicia Tribunalis prouocare C. 52.

liceat, antequam verò appellatio deciſa ſit, vel ſi inter ſe dominus cum officio diſſenſerint, ſubditus per officium Caſtreñ detineatur, ad deciſionem vſque, quem Domino in fidem ſuam recipere integrum erit, ita tamen vt ea cautione, criminalis actio, in Ciuilem non tranſeat. Eodem iure conuenieñ ſunt, in ſimilibus, Capitanei apud viciniores Capitaneos.

Hæc autem lex ad beneplacitum Nobilitatis illarum terrarum valere debet.

Sig. Crac. 1588. Spráwiedliwość.

Modus adminiſtrañ. per Podoliam iuſticiæ, de ſubditis furti & ſpolij accuſatis, ab incolis eius Palatinatus inſtitutus, & in acta Caſtreñ Cameneceñ relatus, approbatur ad beneplacitum incolarum. C. 52.

Sig. Warſ. 1590. Approbátia.

Ordinatio capiendorum & puniendorum malefactorum pro Palatinatu Podoliæ in proximè præteritis Comitijs facta, approbatur ad beneplacitum eiuſdẽ Palatinatus. C. 30.

Sig. 3. wars. 1589 Záchowanie.

Homines inſolentes Palatinatuum Ruſsiæ & Podoliæ, quì vltra fines Regni violentias exercent, pacta cum vicinis ſancita violant, & pericula Patriæ parant, per Commiſſarios Regios, ad proximè futurum Conuentum, ita iudicentur, vt Plebeij ad ſupplícia Capitis condemnentur, quos domini ipſorum, vel ij, apud quos areſtati fuerint ſtatuant, vel iurent ſe aufugiendi occaſionem non dediſſe, neque de illis ſcire, neq; eos areſtum & Citationem apud ſe præueniſſe. Nobiles poſſeſsionatos legibus de gueris ſancitis puniant. In difficilibus cauſis præſertim poſſeſsionatorum Nobilium, pro informatione ad Regem mittant, impoſſeſsionatos ſine vlla informatione iudicent & puniant. Quod ſi impoſſeſsionatus Nobilis non comparuerit, ad Comitia pro publicañ. infamia remittatur. Eam verò regulam adminiſtrandæ iuſticiæ, non tantùm in caſibus præteritis, ſed etiam futuris obſeruent, ad futurum Conuentum vbi perpetuus modus retineñ in illis locis tranquillitatis conſtituetur. C. 35.

Sig. 3. warſ. 1593 o Wiżowczach

Kozaci & alij inſolentes homines ſi congregati violentias aliquas & inuaſiones fecerint, vel fines Regni tranſire voluerint, pro hoſtibus Patriæ cenſeri debent, contra quos ſine omni iuris proceſſu miles Quartenſis moueatur. C. 11.

atur. Domos quoque suas ab eorum impetu defendere cuilibet liceat, & si interim quis ex illis interficiatur, hoc nomine, neq; Nobilis qui sese defendebat, neq; ij qui eum adiuuerunt conueniri debent. Idem de præteritis inuasionibus, circa quos interempti, iure vindicari non possunt, tàm in Regno, quàm in Ducatu Lithuaniæ.

Sig. 3. warſ. 1598 — Limites Palatinatuum Russiæ, Belzensis, Podoliæ ab vna, & Wolineñ Braczlauieñ, atque in Kiouiensi Mozyrensi ex altera, constituát certo circumscripto modo Succamerarij, Iudices, & Tribuni, absentia vnius vel duorum non obstante. — C. 21.

Sig. 3. warſ. 1598 Commiſſarze. — Ad videñ loca in Podolia, & parte Russiæ, iure hæreditario confereñ. & ad taxañ arcem Laticzouieñ deputantur Commissarij, quì rem totam ad Comitia futura referre debent. — C. 9.

Idem Ibidem. Rozgránicżeńie. — Dislimitatio Palatinatuum Russiæ, Podoliæ, Belzeñ & Wolyneñ, Brzuslauieñ, tum Kyouieñ. & district⁹ Mozireñ determinari debet, iuxta constitutionem anni 1593. feria tertia post festum S. Bartholomæi. Commissarij adsint sub pœna Centum marcarum, ad instantiam cuiuslibet Nobilis, apud Tribunal repeteñ, adduntur Commissarijs Palatini locorum. — C. 10.

Idem ibidem. Commiſſorz. — Ad administrandam Iusticiam finesq; regundos inter terram Walachię, & Palatinatus Russię & Podolię Commissarij specialibus literis deputantur. — C. 40.

De Iudicijs Terrestribus Russiæ habes suprà Par. 3, Cap. 3.

CA-

CAPVT TERTIVM.

De Terris ac Ducatu Prussiæ.

Ex Priuil. 1ag. 1404. — PActa inter Wladislaum Regem Poloniæ, & Conradum de Iungingen Magistrum Prussiæ hæc in se continent. — L. 132. P. 708. HL. 209. HP. 696.

Magister Ordinis, debet seruare perpetuã pacem cum Rege Polonię, & suis successoribus Christi fidelibus.

Non debet cum quoquam inire ligam, contra Regem Poloniæ & suos successores Catholicos.

Limites & termini inter terras Ordinis, & terras Russiæ & Lithuaniæ, distinguuntur & consignantur.

Renunciat Magister & Ordo, alijs terminis & omnibus bonis ad Nouogrod pertinentibus.

Homines de Russia & Lithuania, liberè mercari possunt, absq; theloneis in terris Magistri Ordinis.

Ordo quandocunq; cum Rege Poloniæ pro tempore existeñ in communi expeditione fuerit, quoscunq; captiuauerit pro suis habebit.

Excessus per homines Regis, qualitercunq; perpetratos, Capitaneus exercitus iudicabit.

Excessus per homines hinc inde communiter commissi, per Capitaneum vtriusq; exercitus iudicandi.

Armigeri, Milites, Vasalli, & aliâs quicunq; hominũ in damnũ Regũ non permittétur transire, per terras Ordinis.

De Regno Poloniæ banniti, per Magistrum in suis terris ne foueantur.

Per terras Russiæ & Lithuaniæ Catholicorum, Magister Ordinis non ducet exercitum, contra quemcunque absque consensu Regio.

Sanguine iuncti Regi, fugientes ad terras Ordinis, per quos Regnum posset molestari, non debent ab Ordine suscipi & foueri.

Ex Priuil. wladis. Poteſt. 1436. — Damna resarciantur, & decimæ Prælatis Poloniæ per Magistrum soluantur. — L. 133. P. 711. HL. 211. HP. 700

De non ferendis ſuppetijs & auxilijs, contra Regnum Boleſlao Svvidrigal,& è conuerſo, de non ferẽdo auxílio per Polonos, contra Magiſtrum cauetur.

Drvvancza medius fluuius,limes inter Regnum & terras Ordinis.

In loco Lubicz non ſit molendinum.

Medium Wiſlæ, limes inter Regnum Poloniæ & terras Ordinis,vbi Drvvancza influit, deſcendendo per Wiſlam,Caſtrum Iaſiemec pro Ordine.

Nießovva Caſtrum cum villisMurzinovvo,Orlovvo, NovvaWies alijſq; attinentijs & molendinis pro Regno reſeruantur,ſaluo iure cuiuſlibet,ita tamẽ vt ſi quem REx tolerare noluerit, iuxta taxam antiquam redimatur.

Tranſitus mercatorum in terras Ordinis liber ſit.

Concordia ſuper limitibus tentanda,& ſortes mittendæ,ſex perſonæ iurent ſuper limites pro parte, quam ſors non tangit.

Pons in fluuio Dravva,per Regem reſtauretur, Magiſtro negligente.

Compoſitores & teſtes, caſu quo ſors Magiſtrum & Ordinem tetigerit,nominantur.

Piſcatura libera per medium miliare ſuprà & infrà.

In medio fluminis Birzvvennik & Notes perpetuò inter Regnum & terram Nouæ Marchiæ,limes eſto,theloneo & ponte pro Magiſtro & Ordine relictis.

In Birzvvienn k, nullum fortalitium erigatur.

Epiſcop' Lubuceñ pro Iudice per vtrãq; partẽ eligatur.

Theloneum per Magiſtrum ablatum reſtituatur.

Liber tranſitus incolarum hinc inde fiat.

Coadiutores Magiſtro diffidantes liberi dimittantur.

Apoſtatæ à Regno Poloniæ pellantur.

Mercatores ratione culpæ alienæ ne areſtentur.

Pœna vectorum thelonea non ſoluentium.

Sylua Babsko per Regnum redimi poteſt.

Exactio Funtom Czol,per mercatores ſoluatur.

Si ciuitates maritimæ à theloneo liberæ ſint, mercatores Regni Poloniæ,eadem libertate potiantur.

Nomine thelonei recepta,mercatoribus reſtituantur, ſi theloneum abrogabitur. Ex-

Exactio Lobegal & Firken non exigatur.

Theloneum nouũ in Regno Polonię non inſtituatur.

Thelonea antiqua ſalua permaneant.

Prouentus nauigij apud Torunium communis. Ad quem Collector ex vtraq; parte eligatur annuatim,vicibus alternatis, qui ſolutione famulis, & nauium reparatione detracta, reliquum æqualiter diuidat.

Ad id ſeruita alternis ſeptimanis impendantur & expenſas quilibet in ſua ſeptimana pro fouẽdis ſeruitijs prouideat.

Capitaneus ſuper Iuſticia exequenda negligens, officio priuetur, aliâs iuramento euadat.

Commendator negligens ab officio deponatur, ſubſtitutus Iuſticiam facturus.

Requiſitus de Iuſticia ad damni ſolutionem compellatur.

Propter exceſſum vnius pax perpetúa nõ eſt infirmãda.

Delinquens per Capitaneũ ad ſatisfacien compellatur.

Duo Commendatores, & duo Palatini eligantur, prò Iudicibus & officijs remiſsis puniendis.

Vno anno in Thorun, alio in Nieſovva conuenturi.

Limites de quinquennio in quinquennium innouẽtur.

Tranſitum mercatores, per terras & flumina liberum habeant.

Damna & iniuriæ,hinc inde ſopiantur & extinguantur.

Nouẽ millia & Quingentos florenos Magiſter ſoluat.

Conſuetudo vetus per omnia obſeruetur.

Controuerſia ſuper demolitione domus Epiſcopalis ante Gedanum ſopiatur.Magiſter & ordo curet vt Magiſter Generalis Alemaniæ ſigillum maius pactis apponat. Quod ſi facere noluerit & hoc nomine bella mouerit ex nunc ei ſuppetit per Magiſtrum & Ordinem Pruſsiæ & Liuoniæ non ferantur, aliâs ſubditi à iuramentis præſtitis abſoluantur.

Oppidum Arnſvvald Magiſtro reſtituatur.

Caſtrum Nießovva cum diſtrictu Regi reſtituatur.

Iuramentum ſuper Concordia facta præſtetur.

Literæ per Nobiles & Ciues hinc inde dentur.

Omnes violationes Trengaurum &c. inter partes priſ facta caſſantur. Magiſter

Mariæbur. 1438 Magiſter Pruſsiæ promittit pacem ſeruare cum Regno Poloniæ perpetuam. L.141. P.724. HL 219. HP 716

Erunt liberi ſubditi Ordinis, ab omnibus homágijs, ſuramentis & ſubiectione, ſi Rex pacem perpetuam non ſeruauerit.

Caſ. Torun. 1466 Subſequuta eſt deinde tranſactio de terris Pomeraniæ Culmeñ. & Michalouieñ. cuius tranſactionis capita ſunt hæc: L. 142. P. 724. HP. 717.

Terræ Pomeraniæ, Culmeñ. & Michalouieñ. ad Regnum Poloniæ pertineant, quibus Magiſter renunciat.

Ad Magiſtrum piſcatura in Hab & thelonea antiqua pertineant, & tota Nergia, in qua tota reſeruatur pro Regia Maieſtate venatio.

Caſtrum & ciuitas Mariæburg, cum duabus Inſulis ad Regnum Poloniæ pertineant.

Elbing vtraque, cum diſtrictu villarum, limitibus & iure ad Regnum Poloniæ ſpectare debent.

Magiſter & Ordo renunciant omnibus iuribus, proprietatibus & dominijs, in Caſtris & Ciuitatibus enumeratis, ſibi competeñ. Reliqua CaſtraCiuitates & diſtrictus pro Magiſtro & Ordine ſpectent.

Arendæ ſuper piſcaturis, alias Remitel ſub ſigillo Regni Poloniæ & Magiſtri faciendæ ſunt.

Magiſtri & Commendatores, in Conſiliarios Regni Poloniæ aſſumuntur.

Magiſter poſt ſex menſes ab electione ſui ſeſe præſentet, & iuramentum fidelitatis præſtet.

Locus Magiſtri in Conſilio Regis Poloniæ prior à ſiniſtris.

Pruteni vna gens cum Polonis ſint, quibus etiam contra omnes hoſtes aſsiſtere teneantur.

Magiſter nullos Contractus, ſeu fœdera facere, nulla etiam bella mouere, ſine Regis Poloniæ conſenſu debet.

Torunij. Anno 1466. Ludouicus Magiſter pro ſe & ſucceſſoribus Sereniſſimo Kaſimiro Regi & ſucceſſoribus ſuis Regibus & Regno Poloniæ iurauit.

Epiſcopatus Culmeñ. Eccleſiæ Gneſneñ. ſubijcitur.

Epiſco-

Epiſcopatus etiam Warmieñ ad Regnum pertineat.

Magiſter iuri & proprietati in Epiſcopatu Warmieñ. renunciat.

Epiſcopatus Culmeñ. in titulum, & Pomezanieñ. in commendam per Vicentium Kielbaſa tenendus.

Caſtra, ciuitates, & oppida, Eccleſijs & Pontificibus reſtituantur.

Captiui hinc inde liberi dimittantur.

Mercatores liberum tranſitum per terrã & aquas habeant.

Noua thelonea hinc inde non inſtituantur.

Poloni ad Ordinem aſſumantur, citra medietatem.

Magiſter idoneus eligendus, qui ſine merito, ſcituq́ue Regio, deponi non debet.

Iuramentum præſtitum ſuper fidelitate nõ rumpatur.

Mercatores aduenæ coram proprio iudice conueniantur.

Delinquens in loco delicti poteſt conueniri.

Similiter in contractu recenti.

Ruſtici & Coloni fugitiui, tempore guerræ, reſtituantur.

Nullus ratione delicti alterius, eſt areſtandus, ſeu turbandus.

Vectores conductitij, ad thelonei ſolutionem obligantur.

REX propter culpam vnius non violetur.

Caſtra quomodocunq; intercepta ſunt, viceuerſa Regno Poloniæ per Magiſtrum reſtituantur.

Caſtra & ciuitates Sthum, Nouum forum, Chelmno, Brodnica, Krisburg Regi reſignantur.

Offenſæ ciuibus remittantur, & iura antiqua per Regẽ confirmentur.

Venditiones & alienationes caſtrorum & ciuitatum abrogantur.

Profugis & ſpoliatis in Pruſsiam redeuntibus bona reſtituantur.

Indignatio remittatur, & licentia transeundis in colis integra sit.

Iuramentum Magister ordo cæteriq; subditi vniuersi præstent.

Apostolica cõfirmatio super Concordia facta petatur.

Ex Priuil. Alex. Bona vniuersa quarumuis Ecclesiarum, in terris Ordinis existentia, debent esse salua. L.152. P.743.

Limites inter Masouiam & Prussiam constituantur.

Terræ Samogitiarum penes Regnum sint.

Limites Samogitiæ & Prussiæ constituuntur.

Limites inter Liuoniam, Samogitiam, & Rusiam describuntur.

Exactio Funtomczal, per mercatores soluatur, si ciuitates quoque maritimæ eam soluerint.

Exactio Lobegal & Firken nullatenus imponatur.

Liber transitus mercatoribus sit, per flumina & mare suprà & infrà.

Fugitiui susciptiantur per Magistrum & Iusticiæ exponantur, causa fugæ per litteras R. M. allegata.

Actor sequitur forum Rei.

Malefactores ad Regnum confugientes capiantur & puniantur.

Diffidantes, periuri, & violatores alterius partis, per alteram non foueantur, sed qui antea Magistro & Ordini, propter Regem & Regnum diffidabant, propterea à Magistro non impetantur.

Apostatæ non foueantur.

Mercatores causa delicti alieni non arestentur.

Limites inter Ducem Stolpeñ & Magistrum fiant.

Litere reuersales hinc inde dentur.

Consiliarij super damnis hinc inde exortis conueniant & decidant.

Cassantur omnes violationes pacis, & fœderis.

Ex Priuil. Cas. 1554. Nobiles & Ciues Prussiæ in iure eorum conseruentur. L.156. P.751.

In locum Priuilegiorum amissorum alia noua dentur.

Exactio Fundczal vulgariter dicta abrogatur.

Thelonea abrogantur.

Datia quæ aliâs Marsard dicitur, abrogatur.

Res

Res & bona naufragia, semper ad dominos vel eorum successores pertineant, nisi prorsus nullus successor extaret ex tunc eæ ad Regem pertinebunt.

Dignitates & officia incolis Prussiæ conferantur.

De causis notabilibus cũ Consiliarijs Prusię tractetur.

Literæ Prussiæ, per Reges in suâ integritate conseruentur.

De Iure suo quisq; in aliud, quod vult, transeat.

Moneta in quatuor locis cudatur, tempore guerræ, sed pacis tempore per Regem.

Gubernator habeatur in terris Prussiæ.

Libertas mercandi in Regno, Prutenis conceditur, & transitus mercatum ad externa.

Ex Priuil. Iagel. 1424. Via debet esse libera omnibus mercatoribus, Poloniæ, Lithuaniæ, Masouiæ, Rusiæ, & Samogitiarum, per terras Ordini subiectas, nec tantùm per terras, sed etiam per maria & quæcunque flumina. L.156. P.751.

Possunt cum frumentis, alijsq; rebus, absq; omni impedimento incolæ Regni Poloniæ & Masouiæ & Lithuaniæ ire, quorsum eis placuerit. Mercatores & incolæ Regni Poloñ Masouiæ, Lithuaniæ & Samogitiæ non tenentur ad solueñ. Pfundzol.

Mercatores & incolæ Regni Poloniæ, Lithuaniæ, Masouiæ & Rusiæ à solutione Lobigeldt, quæ à frumento Gedani percipiebatur, perpetuò esse debent liberi.

Mercatores & incolæ Ordinis Cruciferorum, in Regno, in terris duntaxat Dobrzineñ, Cuiauieñ, Lancicieñ, Siradieñ, & in Regno in Ciuitate Gnesneñ, tantùm in nundinis annalibus possunt pannos vlnatim vendere, pecora verò & frumenta, & quascunque alias res inforis septimanalibus emere & ducere.

Iag. Pet. 1479. Capitulum Ecclesiæ Warmieñ, Regem Poloniæ pro tempore existeñ. recognoscit suum verum esse Dominum, obligat se & successores suos Episcopus Warmieñ vniuersosq; subditos suos, tanquam vnitus Regno Poloniæ ad tuendos articulos infrascriptos. L.159. P.754.

Quilibet Episcopus Warmieñ. pro tempore existens,

à die receptionis suæ ad Ecclesiam, infra tres menses, tenebitur iurare Regi Poloniæ, pro tempore existenti, in manibus vel Regiæ Maiestatis, vel alicuius Episcopi, à Rege ad id deputati, idq; Margeburgi. Licet subditis mensæ Episcopalis Warmieñ. ab obedientia dicti Episcopi resilire, & Regi Poloniæ adhærere, si idem Episcopus Regi non iurauerit.

Omnes etiam Vasalli & subditi, Ecclesiæ Warmieñ. iurare debent R. M. perpetuis temporib⁹, infra quodlibet decennium.

Absq; consensu Regio, Capitulum Warmieñ. non debet eligere Episcopum.

Quilibet Prælatus & Canonicus Ecclesiæ Warmieñ. infra vnum mensem debet iurare Regi, in manibus Consiliarij superioris in Prussia.

Aduocatus Ecclesiæ Warmieñ. tenetur iurare Regi.

Episcopus Warmieñ. debet esse auxilio & consilio Regi, non modò contra Magistrum & Ordinem, sed etiã contra quemlibet hostem.

Episcopus Warmieñ. non debet aliquas facere ligas, absq; scientia & consensu Regiæ Maiestatis.

Omnis beneficiatus in Diœcesi Warmieñ. tenetur iurare Regi Poloniæ, deseruañ. fidelitate, in manibus Episcopi sui.

Tàm Episcopalis quàm Capitularis mensæ Warmieñ. subditi, in causis omnibus secularibus, debent appellare ad R. Maiestatem.

Subditus Ecclesiæ Warmieñ. appellans ad Regem, & non prosequens appellationem, amittit causam, & soluere debet expensas aduersæ parti.

Pax perpetua inter Sigismundum Primum Regem & Regnum Poloniæ, & Magistrum Prussiæ, eiusq; Ordinem Crucifericum Crac. 1525. confecta. P. 763.

Crac. 1525. Rex Sigismundus, terras Prussiæ, dat in feudum Alberto Duci Prussiæ. P. 770.

Ibidem. Rex dabit Alberto Duci Prussiæ 4000. florenorum, Nobilitas cum ciuitatibus approbat concordiam. P. 773.

CON-

CONSTITVTIONES TERRARVM PRVSSIÆ PER SERENISSIMVM olim Sigismundum primum Regem Poloniæ Gedani, Anno 1526. sancitæ.

Gedani. 1526. PRalatini Priuilegij Prussiæ exemplum habeant, illudque volentibus communicent, & secundum illud, Rex, Dignitates, Officia, & Capitaneatus, solis indigenis conferat. P. 778.

Ad conscribeñ ius Culmeñ, certæ personæ designantur, qui illud conscribant, & typis excudant.

Iudicia Terrestria, in singulis Palatinatibus, bis in anno celebrentur, videlicet in Palatinatu Culmeñ, prima iudicia, feria tertia post Domínicam Quasimodogeniti. Altera feria tertia post S. Lamperti. In alijs Palatinatibus iuxta consuetudinem. Ab ijs Iudicijs appellationes ad Conuentus Prussiæ, tandem ad Regem deuoluantur.

Appellans à Iudicio Terrestri ad conuentum, tres marcas numeret. A conuentu verò ad Regem sex, quę si sententia approbabitur, Iudicio cedant, sin secus appellanti restituantur.

Palatini causas Terrestres non iudicent, nisi partium consensus accedat, leuiores causas quæ marcas decem non excedunt, iudicio de plano cognoscant. In causis sanguinis & recentis criminis ius dicant, pœnas non exigant nisi per sententiam iudicij adiudicatas, quarum tertia pars iudicio Terrestri, duæ Palatino cedant.

Palatini & Capitanei, in iudicio Terrestri, & in conuentu Prussiæ, citati respondeant, exceptis bonis Regalibus. Capitanei autem sint indigenæ & possessionati, & ex eisdem possessionibus, in iudicio Terrestri conueniantur.

Notarius Terrestris sit Nobilis possessionatus, linguarum peritus, is solus secretorum consilijs & Conuentuum Iudicijs interfit, acta conscribat, munimenta partium in Iudicio producta custodiat.

Commissarij in Prussia non dentur, nisi in causis limitum, cum bonis Regalibus, neque causa ad eosdem Commissarios à quibus appellatum est, remittatur.

Conuentus publici bis in anno celebrentur, videlicet ad diem S. Stanislai in Maio Dirsauiæ, & ad diem S. Michaëlis Graudenti. Conuentus verò particulares ex arbitrio Regio fiant.

Ad Conuentum ab omnibus Iudicijs Terrestribus & Ciuilibus prouocetur. A conuentu verò ad Regem appellans, nisi appellationem infra annũ prosequatur, transeat sententia in rem iudicatam.

Ante Conuentũ publicũ Palatin⁹ Conuentũ particularẽ iudicat, vbi nuncij ad conuentũ publicum eligantur. Vocatus verò non veniens duabus marcis puniatur, quarum medietas Palatino, altera ærario publico cedat.

Rei iudicatæ nemo contraueniat, alioquin eam Palatini exequantur, adiuncto si opus est Capitaneo, & Nobilibus illius districtus, nec non Vasallis, qui sub amissione feudorum adesse debent. Si verò maiori potentia opus fuerit, ad Regem referatur Palatini remissiores, quinquaginta florenũ Vngaricalium pœna puniantur, cuius medietas ad partem, altera ad ærarium pertineat. Resistentes violenter exequutioni, pœnę bannitionis, & bonorum confiscationis subiaceant. Ex confiscatis primum parti satisfiat, reliquum Fisco applicetur.

Violentię, incursiones, insidię, capitali pœnâ puniantur.

Nobilis ex decreto Palatini, aut Iudicij Terrestris detentus, non ad ciuilem carcerem detur, sed Palatino præsentetur. In Ciuitatibus verò quæ arces non habent, si Nobilis in carcerem Ciuilem conijciatur, in potestate Iudicis sui non Ciuitatis maneat, per fideiussoriam liberandus nisi causa sit criminalis.

Neque Ciues, Nobiles, eorumq; subditos, neque Nobiles Ciues authoritate propria capiant, vel arestent, sub pœna

pœna viginti florenorum Vngaricalium cuius medietas Palatino, altera parti læsæ cedat, sed vnusquisque in foro suo conueniatur.

In fluuijs nauigalibus, præsertim Lehtes, Bree, Bda, Rede, obstacula non ponantur, neque nauigatio impediatur, nisi quis eo nomine priuilegium habeat.

Nobiles Priuilegia in lacubus Regijs piscandi habentes, & possessionem piscaturæ testibus probantes, & ijquorum fundus stagnis Regijs adiacet, paruis dumaxat retibus piscentur, idq; pro mensa sua tantùm, Hyeme Capitanei primos tractus habeant, tempore verò quo piscis, Kleszcz Polonicè ductus, semen emittit, nemini liceat in lacubus Regijs piscari.

Bona Terrestria & Feudalia, pro Ecclesijs, absq; consensu Regio non emantur, priuatim verò empta, & non alienata ad Propinquos deuoluantur.

Ciues & Plebeij bona Terrestria non emant. Ex illis verò qui emerunt, in personis suis bellum seruiant, Rustici, feras non venentur, nec laqueos ponant, canesue aut retia habeant, alioquin tàm bombardæ, quàm retia, & canes, per dominos eorum auferantur, & contrauenientes interdicto dominorum decem marcis puniantur, fossas tamen pro capiẽ lupis cum consensu dominorum habeant. Palatini quoq; Capitanei & Nobiles, in fundis alterius inuito domino non venentur nec feras capiant, sub amissione equorum curruum & retium. Bombardis verò nemo prorsus vtatur, tàm in suis quàm in alienis Syluis, sub pœna centum florenorum Vngaricalium, cuius medietas Regi, altera ætario Prussiæ cedat.

In Conuentibus generalibus Prussiæ, Consiliarij precia rebus imponant, & in mensuras atq; pondera animaduertant.

Palatini & Capitanei, fines Prouinciæ obseruent, & prædones coërceant.

Rustici inermes incedant nisi ad venationem à dominis vocati fuerint.

Poloni ad artificia suscipiantur, non obstantibus Priuilegijs, sub pœna Quinquaginta aureorum, fisco Regio applicanda.

Offi-

Officiales, præſertim Tucholieñ. prætextu inhibitionis Regiæ, ſal ijs, qui fines tranſgreſsi non fuerint, non adimant.

Nobiles diſtrictus Sluchouieñ. ad ruſtica ſeruitia non cogantur, ſalua veteri conſuetudine.

Ceruiſiam Nobiles pro vſu coquant, ſi quid ſupereſt ad ſuas tabernas vendant, ſed negociationem ceruiliæ nō exerceant. Tabernatores quoq; priuilegiati vno miliari à ciuitatibus, & oppidis diſtantes, ceruiſiam coquant, ad vſum ſuæ tabernæ, ſed eam tunnis vel medijs tunnis non vendant, ſub pœna decem marcarum

Mercatores exotici, mercaturam in villis & pagis non exerceant, neq; in eis quidquā emant, ſed ſubditi res ſuas & Dominorum, ad ciuitates ducant, ibiq; eas vēdant, ſub amiſsione rerum & equorum.

Palatini, detētores decimarum, aratralium, & prouentuum Eccleſiaſticorum, excommunicationem ſuſtinentes, ad ſolutionem compellant.

Moneta veteri ſublata, noua cudatur triplex, ſub inſignijs Pruſsiæ, videlicet groſsi, ſolidi, & oboli, viginti groſsi marcam, duæ marcæ florenū vngaricalem, tres ſolidi groſſum, ſex oboli ſolidum conſtituant, ea verò tota moneta, correſpondeat monetæ Regni in valore, & recipi debet vbiq; in Regno, in Maſouia & in Lithuania.

Sig. Pet. 1528. Rex admonet conſiliarios Pruſsię, vt decimas Epiſcopo Vladiſlauieñ pendant. P. 783.

Sig. Pet. 1528. Crac. 1543. A Duce Pruſsiæ ad Regem appelletur, qui etiam ſalnos conductus det. P. 785.

Sig. Crac. 1543. Ducatus Pruß. Rex curabit vt Ducatus Pruſsiæ, non tantùm contra Turcam, ſed contra quemuis Regni hoſtem, vires cum Regno coniungat. Ex original.

Aug. Pet. 1567. Roſli y wieczá. Kmethones profugi, in Pruſsia præuenti, extradantur ſub pœna 100. marcarū, pro qua pœna, citatus ad Palatinū, vel eius officium, ibidem ſatisfacere debet, & nihilomin⁹ ſubditum extradere ſub ſimili pœna. Palatinus verò exequutionem ſine dilationibus & appellationibus faciat, ſub pœna mille marcarum, pro qua coram Rege peremptoriè reſpondebit & ſatisfaciet. Idem intelligendum eſt de C. 76.

eſt de Kmethonibus. Pruſsiæ in Regno repertis, quod ſimilem Iuſticiam adminiſtrare debent Capitanei.

Steph. warſ. 1578 Pruſſy. Terras Pruſsiæ, non Iudicium Tribunalis Regni, ſed Rex iudicabit. C. 188.

Sig. warſ. 1589. Przyſłą pienię. Sed poſtea & terræ Pruſsiæ, ad Iudicia Tribunalis Regni ita acceſſerunt, vt illis integrū ſit, vel perpetuò ad Tribunal pertinere, vel ad Regia Iudicia redire, qua de re ad futurum Conuentum deliberare debent. C. 13.

Ibidem. Obiczaf. Itaq; cauſæ Palatinatus Pruſsiæ, Petricouiæ in Iudicijs Tribunalis audiantur, ad quæ Iudicia, ex ſingulis Palatinatibus, duo Iudices deputentur, qui hoc idem iuramentum præſtabunt, quod reliqui Iudices Tribunalis præſtare ſolent, vbi omnes cauſæ, ex quibuſcunq; terminis incidēn, audiantur, & iuxta ius & conſuetudines terrarum Pruſsiæ iudicentur, exceptis cauſis merè Criminalibus, fiſci, exemtionis bonorum Regalium, Ciuilibus, & alijs in conſtitutione anni 1578. expreſsis. Videre autem Iudices debent, vt quàm proximè ad iura & conſuetudines Pruſsiæ accedant, in omnibus tamen actionibus, inſtar Tribunalis Regni maior pars concludat.

Sig. warſ. 1589. Sądzienie. Spiritualium ex Pruſsia cauſæ, ita iudicentur, ſicut in Tribunali Regni iudicari ſolent, ad quę duo deputati Spirituales, ex Pruſsia admittantur, ita tamē vt tam ex Regni quàm ex Pruſsiæ deputatis, ſex tantùm ſententias dicant. C. 14.

Ibidem Salaria. Salaria Iudices eadem habebunt quæ & noſtri. Ibidem.

Ibidem. Czas y miesięcze. Tempus electionis Iudicum ad hæc Iudicia, feria ſecunda poſt Natiuitatis B. Mariæ Virginis. Locus verò Palatinatuum Culmeñ, Radzini, Marieburgeñ, Sthumæ, Pomeraniæ, Starogardæ, qui electionis Conuentus, eiſdem legibus aſſecurati ſint, quibus Conuent⁹ Regni gaudent. Ibidem.

Ibidem Beſpieczeńſtwo. Miniſteriales in Pruſsia, ita ſint ſecuri ſicut in Regno. Ibidem.

Sig. warſ. 1589. Correcturá. Correctionem iurium ſuorum liberā habeant Pruteni, quam tamen antè futurum Conuentum faciant, vt ibidem de illa cenſura inſtituatur, quam in rem conuenire debent Graudenti, duabus ſeptimanis poſt feſtum SS. Trinitatis. C. 15.

Idem ibidem. O Siadłość. Palatini in Pruſsia poſſeſsionati eſſe debent, quilibet in ſuo Palatinatu. C. 15.

Idem ibidem. O Cżudzo ziemcách.

Extranei homines, & tranſmarini, qui bona Terreſtria in Pruſsia, ſiue hęreditariè, ſiue obligatorio iure poſsidẽt, ea ante triennium vendant, ſub amiſsione bonorum. Si verò quis extraneꝰ inpoſterum idipſum audeat, in inſtanti & bona & pecuniam amittat, quæ theſauro Regni debebuntur, eo verò nomine cui libet in Tribunali agere licebit peremptoriè inter cauſas offfcij. C. 16.

Idem ibidem. Cauſæ.

Cauſæ ex officio Pruſsiæ, in Tribunali eodem modo audiantur, quo in Tribunali Regni audiuntur. C. 16.

Idem ibidem. O przypo. wách.

Ad proſequeñ. cauſas Brutenicas in Tribunali, nullis adcitationibus opus eſt. Ibidem.

Sig. 3. warſ. 1590 Prorogácia.

Terræ Pruſsiæ, correcturam iurium ad proxima Comitia adferant, & ibidem ſeſe declarent, vtrum velint Tribunal Regni ſuſcipere, quam in rem Conuentus illis indictus eſt, pro feſto S. Ioannis, Marieburgi. C. 26.

Sig. 3. warſ. 1591 Commiſſárze.

Ad diſtinguendum terras Pruſsiæ, à Palatinatu Maſouiæ, Commiſſarij deputantur, qui in Craſtino S. Ioannis Baptiſtæ officium ſuum faciant. C. 9.

Sig. 3. warſ. 1598 Táwárćie.

Exequutio Statuti Alexandrini, de non alienandis bonis Regalibus terras Pruſsiæ, ampliùs afficere non poteſt, in bonis hucuſq; non abiudicatis. C. 25.

Idem ibidem. Práwá.

Correctio iuris Prutenici approbatur, & inpoſterum permittitur quo ad Iudicia, modò fiat authoritate Conuentus. C. 26.

CAPVT QVARTVM.

De Ducatu Maſouiæ.

Ex Statut. Maſo. Sig. Pet. 1540. Cum omnia iura.

IVra Ducatus Maſouiæ & libertates, confirmantur. P. 799

Ibidem.

Et adſcribitur Maiori Poloniæ. Ibidem.

Sig. Crac. 1529. Nuncij ex Terris.

Ratio tamen certa Maſouiorum ac Polonorum, haberi non potuit, donec ſeſe iuribus Polonicis adſcriberent. P. 800. HL. 154

Iudicio

Ex Statut. Maſo Sig. Pet. 1538. Cauſæ.

Iudicio Aſſeſſorum in cauſis Ducatus Maſouiæ, adſint duo Conſiliarij, aut Officiales Maſouiæ. P. 51. HL. 155. HP. 27.

Idem ibidem. Et ne conſtitut.

Cauſæ ad Comitia ex Ducatu Maſouiæ deuolutæ, olim iure Maſouiæ iudicabantur. Ibidem.

Steph. Crac. 1576 Mazowża práwa Pol. przyśćie.

Sed iam Ducatus Maſouiæ, iuri Terreſtri Regni Poloniæ, ſeſe adſcripſit, exceptis certis conſuetudinibus (de quibus infrà) ita tamen, vt cauſæ iure antiquo ceptæ, in quibus decreta lata ſunt, eodem iure terminentur. C. 164.

Auguſt. Pet. 1562 O Statut. Alexan.

Ducatus Maſouiæ ab eo tempore exequutioni ſubiaceat, quo Priuilegia à Rege Sigiſmundo accepit. HP. 41. C. 101

Aug. Pet. 1565. Sądy Grodzkie Mazowieczkie.

Ad Iudicia Caſtreñ, per Maſouiam, ſi quis vocetur, in cauſa illa Iudicio non competenti, ibidem pœna 14. Marcarum puniatur, quam ſi Capitaneus non decreuerit, Iudicio Terreſtri exigatur, niſi quis ad inſcriptionem citetur, quas cauſas Capitanei citra exceptiones & excuſationes iudicent, ſi verò Capitanei extra forum quidpiam iudicent, vel obtenta per lucra exequantur, in damnis iuramento Actoris æſtimañ condemnentur. C. 55.

Aug. Pet. 1565. Vkroczenie.

In Maſouia proceſſus iudiciarius abbreuiatus eſt, quæ abbreuiatio hîc intermiſſa eſt, ideo quòd ſubſequenti tempore Maſouiæ iuri Regni ſeſe addixit, de quo infrà eodem Capite. C. 56.

Idem Pet. 1567. Vkroczenie.

Hanc abbreuiationem etiam terræ Czerneñ & Warſouieñ ſuſceperant. C. 77.

Idem ibidem. Cauſe officij Viceſgerens.

Viceſgerens Maſouiæ, cauſas officij poſt ſuam curiam non trahat, ſed eas in locis conſtitutione ſpecificali, iudicet. C. Ibidem.

Aug. Lub. 1569. Granicze.

Limites in Maſouia per commiſſarios facti approbantur, & ſi qui Nobiles hoc nomine, à Tenutarijs citati ſunt, abſoluuntur. C. 110.

Aug. Lub. 1569. Iż nieſądzenie.

Colloquia in Maſouia ſingulis annis Palatinus celebret, vel Caſtellanus in abſentia Palatini, ſub priuatione officij, à quorum ſententia, in manifeſtis appellatio non admittatur, ad ea autem conuenire debent Officiales terrarum, ſub amiſsione officij, excepto legali impedimento, quo caſu Nobilis idoneus abſenti ſubſtituatur. HP. 421. C. 111.

Steph. Crac. 1576 Viceſgerentia.

Viceſgerentia Maſouiæ abrogatur, & Palatinus alijs Palatinis Regni adæquatur. C. 165.

Steph. Torun. 1576. Swyezate /ć1.

Consuetudines Masouiæ specialiter exceptæ approbantur, quæ in se continent articulos infrascriptos. Cap. 67.

Ad terminos Terrestres & Castreñ, non nisi tres Citationes simul ponantur, adcitationes omnes sub sigillo Terrestri extradantur.

In causis Criminalibus, in conuentu primus terminus sit peremptorius.

Memorialia non nisi à sententijs definitiuis per sesquialterum grossum exigantur, itidem & ab inscriptionibus vulnerum, & violentiarum obductionibus, & oppignorationibus, sub pœna 14. marcarum, in Iudicio vltimæ Instantiæ peremptoriè exigeñ.

Appellationes liberæ sint, non motiones, quæ ad Tribunal dirigantur, posteaquam institutum fuerit.

Notarius Terrestris & Castreñ, acta scribat, aut ad ea Nobilem possessionatum habeat, rescripta tamen Capitaneus vel Vicecapitaneus subscribat, Terrestria verò Notarij Terrestres. Inscriptiones quoq; Castreñ. transferantur, infra vnius anni decursum. Quod si Iudicia vacent, in proximis id fiat, citationes Castreñ, sigillo Terrestri sub titulo Regio sint.

Notarius vbiq; habeat iuratum Vicenotarium, vbi Iudicia Castreñ sunt, quo delinquente, læsus agat, vel cum ipso Notario, vel cum Vicenotario, coram vltima instantia pro damnis & pœnis. Acta verò Terrestria in quibus perpetuæ inscriptiones, intromissiones & limites scribuntur, seorsiua sint, obligationum quoq; seorsiua & actionũ quę acta Notarius asseruet, sed in ea nihil scribat, nisi quod Iudex Terrestris, & Subiudex, aut officium Castreñ subscribat.

Notarij pro membranis, vnius Citationis dimidium grossum, à decreto itidem, & à simplicibus recognitionibus, à perpetuitatibus grossum vnum, ab intromissione dimidiũ grossum: à querela cũ deputatione officij grossũ vnum, à controuersijs, à qualibet interlocutione officij dimidiũm grossum, à lucro grossum vnum, à contumacia dimidium grossum, pœnam verò ratione contumaciæ nullam Iudices exigant. Inscriptiones iuxta formulam statuti

statuti scribantur, pro labore quęrendi inscriptionem annalem, nihil accipiatur, sed quod ante annum factum est, grossus vnus, pro rescriptis papireis grossus vnus, à lectura Priuilegiorum & aliorum nihil soluatur, quod si fuerint acticanda grossi duo, à literis pargamenis grossi duodecim, quorum Iudex quatuor, subiudex quatuor, Notarius quatuor tollat.

Si actor reum, vel reus actorem verberet, aut vulneret, causam amittat, & pro vulneribus satisfaciat.

Testes non sint consanguinei, neq; affines, nisi in causa honoris, si verò alter alteri testem à iuramento deterreat, ille cum reliquis iuret, quòd si omnes repellat, & in eo conuincatur causam amittat.

Iniurioſi erga parentes, per Capitaneos, turri puniantur, ad placitum parentum. Quod si patre vel matre secundò nubente, pueri portionem suam repetant, & eis quid eiusmodi accidat, puniantur instar aliorum vicinorũ.

Is qui pecora aliena, in damno retinet, ad fideiussoriam ea dimittat, damnum fideiussoribus ostendat, qui æstiment, adhibito per partem vno Nobili, aut duobus, vel Ministeriali, quod si inter eos de taxa non conueniat, damnum verò fuerit maius decem sexagenis, actor iuramento probet, quod si eam summam non excedat, factor ipsius iuret modo sit Nobilis. Si damnum fideiussoribus non ostenderit, neq; pecora dimiserit, parti læsæ tres marcas, & Iudicio totidem luat, & fideiussor liberatur, si fideiussor negat fideiussoriam, conuincatur ijs, qui præsentes fuerunt. Si verò dominus pecoris neget damnum, à suo pecore factum, probet hoc damnum passus, aut partem ad iuramentum admittat. Idem censetur de equis & securibus in syluis receptis.

Ratione non dimissi pecoris ad fideiussoriam coram Capitaneo agatur, vsque ad finalem exequutionem, pro damnis verò ad Iudicium Terrestre partes remittantur.

Pecunia homini possessionato ne arestetur, nisi minorem habeat possessionem quàm conuenitur. Si verò arestum admittitur continuetur ibidem, si verò per sex septimanas intermittitur, euanescat.

Miniſterialis ſi quid falſè recognoſcit, vel perperam negat, victus ſex teſtibus deponatur,& cauteriſetur, recognitio verò illius nihil valeat. Si verò præſentem habeat in aliquo actu Camerarium,Succamerarium, & Nobiles, qui vnà cum illo viſionem expediebant, & recognoſcebant,non poteſt eo nomine conueniri. Quod ſi is qui falſitatem Miniſteriali obijcit, deficiat in probatione, luat illi decem ſexagenas.

Miniſterialem ſi quis dum officium ſuum peragit,vulneret, in duplo pro vulneribus inſtar Nobilis ſatisfaciat, etiamſi ſit plebeius, & vulnerans 60. marcis per Regē vel Capitaneum mulctetur. Si verò occidatur duplicē Verigeldum Nobiliū ſoluat homicida, & abſq; miſericordia, anno & ſex ſeptimanis turri includatur. Si autē Miniſterialis quid interea,dum officium ſuum obijt, peccauerit, & ita percuſſus ſit,agat pro ſua conditione de vulneribus, neq; ſolarij plus accipiat, quàm à ſingulis miliarib⁹ à poſitione Citationis gl. 1. à proteſtatione, obductione,iuramento,teſtibus,intromiſsione,& reliquis actibus gl.1. ſub pœna ſuperiùs expreſſa.

Terminum viſionis ſi quis negligit, cauſam perdit, ſi verò officium ipſum non venerit,decernatur denuo viſio, ſi verò alter alterum in viſione violauerit, officium illud quod eſt præſens,pœnas decernat,& tandem rem ad Iudicia referat, vbi violator ſine vlla viſionis petitione, reſpondere tenetur, Officiales tamen & Miniſteriales à viſione vltra 3.gl. non exigant.

Poſt viſionem Citatio non impugnetur, ſi tamen Citatio cum viſione pugnet, amittitur cauſa, idem fiet, ſi Actor poſt viſionem Citationem emendauerit, niſi iuret ſe non emendaſſe.

Cum accuſatus pro coarratione,vel ſimili iniuria,ſiue ante,ſiue poſt viſionem negat, ſe iniuriam feciſſe, euadat, ſed locus ille actoris remaneat.

Quilibet Nobilis tenetur,per bona ſua, iter admittere vicinis,ad Eccleſiam,ad forum,ad molendinum, ad traiectum,& publicas vias non auertat.

Bona

Bona non diſtincta ſemper diſtinguantur, ſi verò quis plus poſsidet, quàm debet poſsidere, fundo æquiualenti id compenſet,niſi quis æquiualentiæ renunciet. Si etiam quis minorem,ſed meliorem fundum cepit, ſtetur pacto, inter illos, per amicos conſtituto. In cauſa verò diuiſionis,quæ in Iudicio Terreſtri forum habet,appellatio non admittatur,niſi intercedat diſputatio de validitate inſcriptionum,vel qualitate iuris.

Bonorum Commutationes,vbi inſcriptionibus roboratæ ſint,nunquam infringantur.

Inſcriptiones bonorum, extra diſtrictum proprium non fiant,alioquin nullæ ſunt. Exceptis actis Cancellarię, & Conuentus.

In bona vendita vel inſcripta,intromiſsio per Miniſterialem accipiatur,& accepta publicetur ſolenniter, à qua publicatione præſcriptio incipiat. Eam ſi quis impugnat, coram actis id faciat,circa relationem intromiſsionis, aut in ſecundis vel tertijs iudicijs, deinde citet partem & cū illa experiatur. Quod ſi in primis, ſecundis vel tertijs terminis non fecerit,intromiſsio robur acquirit, impugnatio verò euaneſcit. Ijs verò qui intromiſsiones ab anno 1531. non habent, præſcriptio nō prodeſt,ſed poſſunt redemptione per proximos remoueri, cùm tamē mulieres bonis renunciant,fratrib⁹ intromiſsio neceſſaria non eſt.

Bona in dote perlucris vel pœnis aliquibus conceſſa, præſcriptione non onerantur. Si verò fratres ſorori bona aliqua ſimpliciter in dote non determinata conceſſerint, taxentur bona, & iuxta taxam redimantur. Præſcriptio verò omnium iniuriarum ſit triennalis, criminalium annalis, & ſi infra annum cauſa criminalis continuata non fuerit,in ciuilem tranſit.

Si quis alterum in Templo, Cœmeterio,vel hoſpitio vulnerat,aut occidat,iudicetur tanquam inuaſor domus, idem fiat, ſi id in domo cuiuſpiam Kmethonis, aut oppidani fecerit.Pro inuaſione verò,etiam hoſpes cuius dom⁹ violata eſt, ſi eſt Nobilis agere poteſt, ſaluo Scrutinio.

Inuaſor

Inuasor domesticus, honore & bonis priuetur, coram Capitaneo conueniatur, qui inquisitione per Ministerialē facta, ad conuictionem actorem admittat, ex conuicti verò bonis, primùm læso satisfiat, reliquum fisco cedat.

Inuasor molendini ita puniatur, ac si id fecisset circa operas.

Si Nobilis Nobilem circa operas rusticas vulneraverit, vel occiderit, in duplo, quod si ex pixide fecerit, in quadruplo satisfaciat, & Iudicio Terrestri conueniatur, saluo Scrutinio, ex quo si constiterit, vulnera extra operas illata fuisse, Actor satisfactionem pro vulneribus amittat. Cum tamen de capite agitur, soluat simplicē verigeldum, ac turrim iuxta statutum sustineat, si non comparuerit, vel profugerit, proscribatur, & tandem per Capitaneum captus capite plectatur, bona verò Actori iuxta valorem verigeldi tradantur, saluo iure vxoris, si quod illi ante factum competebat.

Si plebeius circa operas vulneretur, conuincat cum quinque testibus reum, conuictus verò, decem marcas vulnerato, & totidem Domino ipsius luat, si occiderit in duplo soluat. Idem censetur de inuasione domestica plebei.

Si Nobilis Nobili membrum aliquod tyrannicè amputauerit, in duplo satisfaciat, & dimidio anni turrim sustineat.

Quod si id in Kmethone perpetrauerit, iuret se id non tyrannicè fecisse, & nihilominùs pro vulneribus iuxta præscriptum iuris satisfaciat.

Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, patruum, vxorem, maritum, occiderit, conuictus coram Rege vel Capitaneo, atrociùs, quàm reliqui homicidæ puniatur, & in bona occisi non ille neq; liberi eius, sed proximiores succedant. Si verò id accidat inter vxorem & maritum, cadit occisor, ab omnibus, donationibus, dotibus alijsque beneficijs.

Ciratio contra talem peremtoria sit, & in bonis ipsius, quatuor septimanis ante terminum ponatur, & tandem in sex

in sex septimanis actor testes inducat; si profugerit, infamis esto. Si verò coram Capitaneo conueniatur, & capiatur, capite plectatur. Complices vbi in euasione iuridica defecerint, actori in triginta, Iudicio in tribus marcis condemnentur, & per 12. septimanas turrim sustineant. Quòd si & ipsi vulnera inflixerint, per actorem conuincantur & satisfaciant.

Nobilis si in taberna cum rusticis biberit, ibidemque ab illis verberatus fuerit, non potest agere pro vulneribus, exceptis Nobilibus, qui in ciuitatibus & oppidis, propter Iudicia vel Conuentus versantur, vel ad diuersorium itinerantes descenderint. Si verò Nobilis negat, id in taberna accidisse, rusticus cum quinque testibus iuret.

Si quis fideiussores, in rebus rusticis missos, aut Iusticiam petentes violauerit, in duplo satisfaciat, & nihilominus in pœna 14. marcarum Regi, Iudicio verò in pœna 3. marcarum condemnetur, cum amissione causæ. Idem si actor reum, aut reus actorem, in termino administrationis Iusticiæ designato violat.

Qui per extinctionem ignis occasionem dederit vulneri, vulneratus verò nesciat, à quo esset læsus, extinguens pro vulnere satisfaciat.

Verbales contractus, præsertim de bonis hæreditarijs, non habent locum in Iudicio.

Inquisitores salis transmarini, ampliùs in Masouia non sint. Capitanei tamen locorum Prussiæ, videant ne sal in Masouiam inferatur. Quod si apud quempiā repertum fuerit, in aquam proijciatur; ille verò 14. marcis Regi mulctetur.

Succamerarius iuxta consuetudinem antiquam, ipse, aut eius Camerarius, visionibus aut limitibus interest, & ea omnia ad Iudicium referat, quo præsente, partes controuersias suas faciant, Iudicium verò decernat, acta tamen Succamerarius non habeat.

In causis finium regundorum, vbi limites nulli sunt, sed possessio sola, Iudiciū Terrestre, Officiales terrestres deputet, coram quibus qui illorum potiora iura, & signa

ostenderit, possessionem pacificam probauerit, huic probationi stetur, si verò neutra partium signa ostenderit, Citatus ductionem habet, quam iuramento comprobet.

Si quis vicinum citauerit, pro limitibus renouandis, & in citatione signa & scopulos specificauerit, atque se ea iuramento probaturum obtulerit, is primum ad ductionem & probationem testium admittatur, quam probationem si officium terrestre susceperit, quamuis pars altera ei contradicat, iuramento confirmare debet, & ita scopuli constituantur, de quo relatio apud Iudicium terrestre fiat, & tandem cum parata rota iuramenti, ad bonorum limites remittantur, quæ omnia conscribantur, & ad acta referantur. Si quis Priuilegium aliquod, aut inscriptiones, literasue habuerit, super certa loca, is prior erit in probatione limitum, iuxta illa munimenta, idq; si illis per posteriores limites derogatum non est.

A limitibus verò soluantur Succamerario triginta, Capitaneo totidem, Ministeriali verò sex grossi, vbi verò ex consensu partium limites constituuntur, ab vtroque illorum duntaxat 30. gl. dentur, Ministeriali tres.

Actiones de bonorum diuisione inter fratres, aut cohęredes, nō obstantibus appellationibus, terminentur, nisi intercedat quæstio de munimentis, vel genealogia. Mensor verò, à singulis mansis Culmeñ per grossos duos exigat, quod si in diuersis locis sulcos dimensuret, a singulis sulcis solidum vnum exigat sub pœna 60. marcarum.

Dotalicium si vidua vendiderit, possunt hæredes mariti, illa bona, solutione duntaxat dotis, absque dotalicio liberare, præscriptione non obstante.

Vxor si marito consentiat ad inscriptionem bonorum, dotem in bonis illis perdit, sed si sunt marito alia bona, dos vxoris ad medietatem illorum transfertur. Idem censetur de bonis oppignoratis, cum consensu vxoris, summa tamen dotis non minuatur.

Fideiussoria subditorum, in Masouia abrogatur, sed quilibet ratione subditi aut Kmethonis, aut serui, vtriusq; sexus, tenetur respondere, coram officio Castreñ peremtoriè, citra motionem & appellationem.

Nemo

Nemo autem ausit kmethonem, aut seruum vtriusq; sexus suscipere, nisi literas à Domino suo absolutorias habuerit, quòd si apud quempiam talis præuentus fuerit, is coram officio Castreñ respondeat, cum pœna centum marcarum, & in damnis condemnetur, cui legi etiam ciuitates, & oppida, tàm Regalia, quàm Nobilium & Spiritualium subiaceant.

Steph. Crac. 1578 O Kmieciach. C. 190. Constitutio de profugis seruis & Kmethonibus, in Masouia, à morte Sigismundi Augusti locum habeat, idque inter incolas sub pœna 14. marcarum, per medium, parti & Iudicio diuideñ, causæ tamen ante mortem Regis Sigismundi Augusti ceptæ, eodem iure terminentur, quo ceptæ sunt.

Sig. 3. warſ. 1590 De termino. C. 30. In causis Criminalibus Palatinatus Masouiæ, primus terminus non sit peremptorius.

Sig. 3. warſ. 1593 O Przyſiędze. C. 20. Officiales Terrestres Masouiæ, in absentia Palatini, aut Castellani iurent, super officia, corā Officialibus & Nobilitate illius terræ in terminis terrestribus.

Sig. 3. warſ. 1598 O Poźwiech. C. 7. In Ducatu Masouiæ de bonis, per Duces Masouiæ collatis, iura Nobilium, etiamsi Priuilegia non habeant, modò dispositiones Antecessorum suorum habeant, salua & integra conseruātur, iuxta confirmationem generalem, Ano 1529. factam, & iuxta constitutionem anni 1562. ita vt si quis eo nomine aliquem molestauerit, pœna quingentarum marcarum corā Tribunali inter causas officij peremtoriè exigeñ, à Iudicio non recedeñ puniatur. Eadem pœna interponitur cōtra Capitaneos, si decreta cōtra Cōstitutionem præsentem, siue in Contumaciam, siue ex controuersia partium, lata, exequi voluerint. Causæ Praznio vvskich de bonis, & aduocatia villæ Nieporeth, ex hac Constitutione exeipiuntur, quæ tamen in proximis Comitijs finaliter decidi debent.

Idem ibidem. Porządek. 26. Electio deputatorum ad Tribunal in Palatinatu Masouiæ eo ordine fiat, vt primo anno vnus ex terra Czerneñ, alter, ex Warsouieñ. secundo vnus ex Wizneñ alter ex Wiſſogrodeñ. tertio vnus ex Zakroczimeñ alter ex Ciechanouieñ. quarto vnus ex Lomzensi, alter ex

Rozanenſi. Quinto vnus, ex Liuenſi, alter ex Nurenſi terris eligantur, quę electio Varſouiæ celebrari, & totius Palatinatus Nobilitas, ad eam pertinere debet.

Sig. 3. warſ. 1598 Seymiki.

In electionibus deputatorum nunciorum, Succamerariorum & Iudicum Terreſtrium, in Palatinatu Maſouiæ, per pluralitatem ſuffragiorum concludatur, ad quod Senatores cum Officialibus Terreſtribus, & Nobilitate pariter pertineant. Ad eoſdem actus Marſchalcus itidem ex pluralitate votorum eligatur. C. 27.

Idem ibidem. Beſpiecz ẽſtwo

Securitas Iudiciorum, Officiorum, Commiſsionum & Conuentuum, in Palatinatibus, Plocenſi, Maſouienſi, Podlachiæ & Rauenſi, inſtar ſecuritatis Iudiciorum Tribunalis inſtituitur, & forma proceſſus contra violentos circumſcribitur. Plebeis vſus bombardarum ſub pœna capitis interdicitur, ſed hæc omnia non niſi ad reditum Regium ex Suecia. C. 34.

Idem ibidem. O mszczeniu ſtwie.

In eiſdem Palatinatibus, proceſſus contra homicidas, ex pixide occidentes, inſtituitur, & pœna perpetuæ bannitionis eis imponitur, ſed & hæc ad reditum duntaxat Regium. C. 35.

Reliqua omnia quæ tam de Iudicijs quàm alijs rebus Maſouiæ, poſt ſuſceptionem iuris Communis ſubſequuta ſunt, habes inter conſtitutiones Regni ſuis locis.

CAPVT QVINTVM

De Ducatu Oſvviecimeñ & Zatorieñ.

Auguſt. Pet. 1563. O Xięſtw. Oſwięc.

DVcatus Oſuiecimeñ & Zatorieñ Regno vnitur, & incorporatur, & Palatinatui Cracouieñ aſcribitur, ſaluis per omnia ſuis iuribus, ita vt onera communia, cum incolis Regni ferant, & iure Regni iudicentur, exceptis infraſcriptis, HP. 756. C. 38.

Iudi-

Iudicia Terreſtria & Caſtreñ ibidem ſunto, eorumq; Officiales poſſeſsionati ſint.

Electionem Iudicis, Subiudicis, & Notarij, Palatinus indicat, quod ſi is impeditus fuerit, perficiat hoc Oſvviecimeñ Caſtellanus, Rex confirmet.

Dum Iudicia in Oſuiecim celebrantur, Iudex Satorieñ illis loco Subiudicis aſsideat, & è conuerſo, dum Zatorij iudicatur Iudex Oſuiecimeñ vices agat Subiudicis, ea Iudicia bis ſingulis annis celebrentur.

Ii qui Priuilegijs Regijs ſpecialiter erant iuri Polonico aſcripti, nunc cœteris æquantur, cauſas tamen iure antiquo ceptas, eodem iure Capitaneus perficiat.

Decreta, inſcriptiones, reſignationes, proteſtationes, controuerſiæ, lingua Polonica ſcribantur.

Iudicia Caſtreñ in vno loco puta Oſuiecimij ſemper celebrentur. Ad Conuentus particulares, vnus nuncius ex vtroque Ducatu eligatur.

Ab oneribus antiquis incolæ liberantur, bellum tamen ſeruiant, & contributiones conferant, inſtar incolarum Regni.

Nonnulli articuli ſupraſcripti declarantur.

Aug. warſ. 1564 Mtery Prży wilei.

Primò vt Nobilitas eorum Ducatuum ſit habilis ad Dignitates & Officia Palatinatus Cracouieñ. HP. 761. C. 34.

Electionem Iudicis indicat Cracouieñ Palatinus, eo verò occupato Caſtellanus Oſuiecimeñ, cum Capitaneo Oſuiecimeñ & Zatorieñ id faciat.

Iudicia Terreſtria in Zator celebrentur, ſingulis diebus Veneris angariarum.

Chirographa & fideiuſſoriæ, in robore conſeruantur, ex quorum præſcripto fiant quæ fieri debent, iuxta antiquam conſuetudinem.

In expeditione bellica incolæ eorum Ducatuum ſub vexillo terræ Cracouieñ militent, & locum Capitanei ſub hoc tempus teneat Tribunus.

Limites inter bona Nobilium conſtituat Succamerarius Crac. qui Camerarium illius terræ Nobilem, poſſeſſionatum & iuratum habeat.

Reliqui Dignitarij & Officiales, parem habeánt per omnia poteſtatem in, eiſdem Ducatibus, cum incolis terrę Cracouienſis.

Steph. warſ. 1581 Seimik o ſwoiém. Conuentus particularis in Zathor inſtituitur, in quo vnus nuncius eligatur, ad Conuentum generalem, nunciũ ſuum Rex illuc non mittat, ſed duntaxat informationem ad Capitaneum Oſuiecimeñ. tranſmittat, literæ verò eius Conuentus Cracouiam, vel Oſuiecimum mittantur. C.214.

Idem Cžka y mytha. Nobilitas eorum Ducatuum libera ſit, ab omnibus theloneis, tam aquaticis quàm terreſtribus. Ibidem.

Sig.3.warſ.1598. O rokoſzem ſtich. Literæ fideiuſſoriales in Ducatu Oſuiecimeñ, & Zatorieñ abrogantur. Quæ verò ante conſtitutionem præſentem factæ ſunt, infra annum ad acta Caſtreñ Cracouieñ vel Oſuiecimeñ inſerantur, ſub pœna nullitatis, Chirographa tamen ſuper debita in robore conſeruantur. C.30.

CAPVT SEXTVM.

De Ducatu Kiouienſi.

Aug. Lub. 1569. O Ko. Kiowſkim. DVcatus Kyouieñ, ad Regnum ad quod ſemper pertinebat reſtituitur, & ad omnes libertates admittitur. HP.764.C.92.

Incolæ eius Ducatus bellum ſeruiant, & contributiones ſoluant, cum ſuo, & ſuorum Nunciorum conſenſu laudatas, inſtar incolarum Regni.

In limitibus antiquis conſeruatur.

Liberantur incolæ ab omnibus oneribus, præter fumalia, quæ per duos groſſos, de ſingulis laneis emenſis, vbi verò emenſi non ſunt, per groſſum vnum de ſingulis fumis poſſeſſionatis. Boiari etiam Putni, qui militant, per groſſum vnum ſoluant, hortulani ab eo tributo liberi ſint.

Executio

Executio bonorum Regalium, incolas Kyouieñ non afficiat, vſq; ad præſens Priuilegium, ſed ab eo tempore, ampliùs Rex nihil alienet, neque illi literas ſuper bona ſua producere ſint aſtricti coram Rege, & coram quouis Magiſtratu.

Iure Lithuanico cauſæ Kyouieñ incolarum iudicentur, ex quo tamen articulus de bello reijcitur, ſalua eiuſdé ſtatuti emendatione.

Acta & controuerſiæ idiomate Rutenico, in cauſis verò iuris Magdeburgeñ Polonico ſcribantur.

Duces & Nobiles eius Ducatus, coram Iudicijs Terreſtribus, & Caſtreñ reſpondeant, & cauſas inſtituant. Dignitates & officia non minuantur, ſed integra conſeruentur, dum autem vacabunt, non niſi incolis dabuntur poſſeſſionatis, qui locum inter Dignitarios, & Officiales Regni, itidem & nuncij inter nuncios Regni habeant.

In bello, acies ſuas, inſtar aliarum partium Regni conſtituant, & Conuentus inſtar aliarum terrarum celebrent, nuncioſque eligant, quibus etiam pro victu, pecunia dabitur, inſtar aliorum nunciorum Ruſsiæ.

Inſignia habeant Aquilæ.

Aug. Lub. 1569. Roſi Kiowſkie Tempus terminis Kyouieñ præfigitur, de quo ſuprà par. 3. Cap. 3. C.110.

Steph. 1578. Vrzędy. Sit ibidem Pincerna, Dapifer, Subpincerna & Subdapifer. C.192.

